K
324
R73

DE VERA RESIDENTIA EPISCOPORVM

OPVS MIXTVM

Episcopis benè præesse volentibus necessarium.

AVTHORE

D. D. THOMA DE ROSA
OLIM EPISCOPO S. ANGELI
LOMBARDORVM, ET BISACCIEN.

Nunc motu proprio Sanctissimi Domini Nostri Innocentij Diuina Prouidentia Papa XI. ad Ecclesiam Policastrensem translato.

NEAPOLI,
Ex Typographia Hiacynthi Passari. M. DC. LXXIX.

SVPERIORVM PERMISSV.

Digitized by Google

SVMMO EPISCOPORVM ANTISTITI DEO. ET HOMINI CHRISTO IESV

ERuctauit iam (Domine) cor meum verbum, profectò bonum, quod de Episcopo est. Verbum, inquam, bonum, quod à te, qui Verbum es, per quod omnia facta sunt verba, processit. Verbum vtique bonum, quod Ministros Verbi, videlicèt Episcopos, quos constituisti regere Ecclesiam Dei, quam acquisiuisti sanguine tuo, docet non verbo solùm, sed & exemplo, ac virtutibus oues tuas pascere. Sed sicut Tu, qui Verbum es Patris, in ipsius sinu perpetuò latitare minimè es passus, quin corpus adaptares Tibi, nobisq; in carne Deus apparens, omnibus hominibus loquereris: Ita ego verbum, quod in abscondito cordis, Te largiente, audiui, super librorum tecta prædicare non prætermisi. Linguam meam tanquam calamum scribæ velocitèr scribentis acui; vt quod à te sinè fictione didici, cæteris sinè inuidia communicarem. Cum hoc igitur opus bono cum laborum certamine, fideq; seruata consummauerim, quid mihi de reliquo repositum est, nisi corona iustitiæ? Hanc autem operis mei coronam iustitiæ arbitror, si illud idem, non alteri, quam Tibi ipsi humillimè dicem. Quod si Dauid omnia opera sua (Sanctos scilicèt, qui de te sunt, Psalmos) Tibi Regi suo, Deo suo dicauit; quid magis dignum æquum, ac iustum, mihiq; erat salutare, quam, vt opus hoc meum, quod Episcopi munera exponit, ad Te, qui Pastor es bonus, ac Episcopus animarum nostrarum tota animi contentione conuerteretur? Si ad mare, vndè fluxerunt flumina, reuertantur, vt iterum fluant; procul dubio meus iste tenuis Episcopalis Sapientiæ fluuius, cum à te, qui mare magnum, & spatiosum es æternæ Sapientiæ processerit, ad Te quoque fas erat, vt reuerteretur, vt rursùs effluat, vitamq; habeat, & abundantiùs habeat. Venit sanè ad Te (Domine) liber iste meus modicam, ac turbidam continens perfectionis doctrinæ aquam, vt indè largiùs incipiat in legentium animas melle, & la-

Psal. 44. 1.
Ioan. 1. 1.
Ioan. 1. 1.
Act. 20. 28.
Ioan. 21. 17.
2. *Tim.* 4. 2.
Ioan 1. 2.
Hebr. 10. 5.
Tit. 2. 11.
Hebr. 1. 2.
Matth. 10. 27.
Psal. 44. 2.
Sap. 7. 13.
2. *Timot.* 4. 7.
2. *Timot.* 4. 8.
Psal. 44. 1.
Psal. 67. 25.
Eccl. Præf. Miß.
1. *Petr.* 2. 25.
Ioan. 10. 11.
Eccles. 1. 7.
Psal. 103. 26.
Ioan. 10. 10.
Ierem. 2. 18.

Exod. 3. 8. *Psal. 92. 1.* *Isai. 42. 3.* *Psal. 61. 4.* *Cant. 4. 3.* *Eccles. offic. Dominic. 3. Nouemb.* *Psal. 63. 8.* *Psal. 63. 14.* *Psal. 44. 1.* *Ioan. 10. 27.* *Ezechi. 34. 14.* *Ioan. 10. 28.* *Luc. 17. 10.* *2. Corinth. 15. 9.*

te instillatæ tuæ dulcedinis promanare? Venit obscurus, ac debilis, vt decorem indè, ac fortitudinem inducat; qua & beneuolis gratus existat, & aduersùs obtrectantium Iacula sit munitus. Quid enim expedit mihi, quassato calamo, parieti inclinato, ac maceriæ depulsæ (tale enim est hominis cuiusque Patrocinium) librum meum commendare; Te reiecto, qui Turris fortissima es, ex qua mille Clypei pendent, & omnis armatura fortium? Muro igitur inexpugnabili tutelæ tuæ circumcinge opus meum (Domine) vt sic quotquot ipsum oblatrantes carpere attentauerint, sagittas paruulorum sentiant factas eorum plagas, ipsorumq; linguas penitùs infirmatas. Tu enim es, qui inuidorum Capita Draconum confringis; salutaris autem amatores Verbi, quod per Seruos tuos in dies eructare non desiuis, iugitèr exaltas, ac velut oues tuas, quæ vocem tuam audiunt, per vberrima Diuinarum veritatum pascua, Pastor sempiterne, deducis, & vitam æternam das eis. Quam vt & mihi inutili Seruo tuo, ac Episcoporum minimo, ex ineffabili dignatione largiaris, pronus, ac cernuus humillimè deprecor.

INNOCENTIO XI.
PONT. OPT. MAX.

Thomas de Rosa Episcopus Policastrensis.
F.

BEATISSIME PATER:

NIHIL est, quod magis amantissimæ Sponsæ pectus vrgeret, quam vt prædilecto Sponso inhianti ore oscula infigeret; vndè & aiebat clamans: quis mihi det, vt inueniam te foris, & deosculer te? En ego meritis, licet imparibus, non impari tamen ardore, in idem extimulor, vt BEATISSIMIS Pedibus Tuis oscula figam. Fœlicia profectò oscula Pedibus impressa Regnantis. Pedibus, inquam, qui iam sublimium, ac superborum colla propria virtute calcarunt. Antè quos procidunt Æthiopes, hoc est Populorum nationes sub sacro Tuarum ALARVM tegmine iam receptæ: ac inimici ipsi, proterui scilicet hæretici, à voce RVGITVS Tui penitus consternati, terram lingentes, humili supplicatione deuoluuntur. O equidem quam speciosi Pedes, tam sublimè Regnantis! Regnantis sanè à mari vsque ad mare, & à FLVMINE vsq; ad terminos Orbis terrarum, omnibus gentibus, quæ sub Cœlo sunt; non iam in virga ferrea, sed virga Directionis, Æquitatis, ac Prouidentiæ, Virga Regni Tui. Ad hoc Te, non humanus ambitus, aut arridentis Fortunæ fauor, sed Pedes Isti Tui euexerunt: Quibus stans iugiter in directo, nec ad dexteram, aut sinistram aliquando deflectens, arctam virtutis, ac bonarum artium semitam immaculato calle percurrens, eo in INNOCENTIA Tua ingressus es, quo nec ambitio expetere, nec virtus promereri possit vlterius. Exultasti profectò vt Gigas, ad currendam SANCTITATIS, ac morum INNOCENTIÆ viam: quam regali prorsus animo ab infantia ipsa arripiens, ac inter lubricas Iuuentutis ambages intemeratam custodiens, & ad vsque senectam, integram, illibatamque perducens, eo te demum adduxit, quo Te vocabat cœlitus collata, non humanitus, rerum potestas omnium. Roborasti fortitudine brachium Tuum, sicut LEO paratus ad prædam, INSATIABILI cupiditate, Iustitiæ. Assumpsisti pennas, vt AQVILÆ magnæ: volasti minimè deficiens, celsitudinum omnium Cœlos penetrans, Regũ, ac Principum quorumcumque dignitatem Isto SANCTITATIS Tuæ fastigio supergrediens: nec vllis sublimitatibus modum Tuæ prouectionis habiturus, nisi Dei OPT. MAX. in hominum regimine receptus consessu, illius gloriæ sociareris in Throno, cuius Auctoritatem CHRISTI VICARIVS copularis in Filio. Quapropter profusis gaudijs totus in Orbe terrarum mundus exultat: quippè, qui in Te tandem videt, non impium, aut impietatem, sicut olim dolens intuebatur Propheta; sed INNOCENTEM, aut INNOCENTIAM superexaltatam, vtique super cedros Libani, hoc est supremos Catholicæ Ecclesiæ Apices; incorruptibiles SANCTITATIS, ac Sapientiæ (qua attingis à fine vsque ad finem fortiter, & disponis omnia suauiter) fructus vndequaque supereffluentèr emissuram. Nec enim decebat tantam INNOCENTIÆ, ac SANCTITATIS Arborem iugi aquarum decursu, hoc est Gratiarum, ac Donorum

Cant. 8. 1.
Luc. 7. 38.
S. Bern. serm. 1. de assump. B. M.
Eccli. 24. 11.
Psal. 71. 9.
Alæ Aquilæ.
Rugitus Leonis, quæ sunt stegma Pontifi.
Rom. 10. 15.
Psal. 71. 8.
Flumen Tibris, qui est Romæ.
Act. 2. 5.
Psal. 2. 9.
Psal. 44. 8.
Psal. 25. 12.
Num. 20. 17.
Matth. 7. 14.
Psal. 25. 11.
Psal. 18. 6.
Hymn. de Ascēs. Domi. ad Matut.
Prou. 31. 17.
Psal. 16. 13.
Bellua Insatiabilis.
Prou. 23. 5.
Isai. 42. 31.
Apoc. 12. 14.
Hebr. 4. 14.
S. Leo Pap. ser. de Ascens. Dom.
Præf. de Pentec.
Psal. 36. 35.
Sap. 8. 1.
Psal. 1. 3.

rum

rum omnium largitione perfusam, priuatis addictam muneribus, in lateribus Domus Dei particularibus quibusdam tantummodò frugibus abundare; sed in Medio, ac in Atrio eiusdem Dei nostri Domus plantari, vt vel ipsis folijs cunctarum gentium perenniter foret saluti. Ita demũ factum est Illius nutu, cuius Prouidentia in sui dispositione non fallitur, vt talis Ecclesiæ suæ daretur PONTIFEX, qui esset super omnia BENEDICTVS, SANCTVS, impollutus, segregatus à peccatoribus, ac tandem INNOCENS manibus, & mundo corde: Super cuius SANCTISSIMVM Caput tota Sacerdotalis vnguenti plenitudo dignissimè effunderetur. Vndè, & per humeros, & bracchia excurrens (quibus nos Episcopos non abs re intelligimus) vsque ad oram vestimenti Tui (minores scilicet Sacerdotes) viuifica quadam suaue olentia descenderet. Itaque sicut vnguentum illud supercœleste non prius in cętera membra dilabitur, quam totum caput imbuerit; ita & nos, cęterique Ecclesiæ Ministri, non antea Christi electione, ac auctoritate donamur, quam à Te, qui Caput es, largiente superfundamur. Quemadmodum igitur Dignitas ista Tua, ac Potestas Maxima, Dignitatis, ac Potestatis nostræ exẽplar est, ac mẽsura; ita & INNOCENTIA, ac SANCTITAS ista Tua omnium, ac præcipuè pastoralium, Virtutum, nobis exhibet formam. Quod vt Fratribus, ac Dominis meis Episcopis perspectius fieret, præsens, haud incuriosis à me lucubrationibus DE EPISCOPORVM RESIDENTIA exploratum Volumen SANCTITATIS Tuæ characteribus præsignari etiam, atq; etiam percupiui. Quod, quia ex Tua ineffabili dignatione non vetas, audacter exequor, ipsum Eidem SANCTITATI Tuæ humiliter dicans, ac consecrans; Vt quicumque illud perlecturi sunt Episcopi, non tam mihi curæ fuisse sciant, ei Te constituere Patronum, ac Dominum, quò opus meum venerantèr susciperent; quam Eisdem SANCTITATEM, ac INNOCENTIAM Tuam antè oculos obijcere; vt ex Te audito efficacitèr assurgerent ad, Tanti PONTIFICIS imitatione, strenuè idipsum complendum, quod legunt. Itaut si quid Libri mei literis minus expressum comperiatur, quod Episcopalis officij epigraphè exposceret; hoc in sola Tui Nominis ostensione compleatur. Dignare interim SANCTISSIME PATER submissæ hoc deuotionis erga Te meæ munus antè aram Benignitatis Tuæ æquo animo admittere: gratantèr accipiens, vt, quemadmodum Christus Patris Sui perfectionem Discipulis imitandam proposuit; ita & ego Fratribus meis Coepiscopis Pastoralem Tuam depredicem INNOCENTIAM, ac SANCTITATEM, dicamque eis: Estote perfecti sicut PATER Vester perfectus est. Si quæ vos ipsos ignoratis, abite post vestigia SANCTISSIMORVM Eius Pedum, per quæ quam tutissimè ad astra peruenietis consummatæ virtutis. Demum eundem Deum, ac Dominum impensè omnium votis deprecor, vt Te Ecclesiæ suæ diutissimè conseruet incolumem, tanquam Lucernam lucentem in caliginoso tenebrarum harum loco expolitam; ad quam Episcopi, cęterique Fideles attendentes, arduam perfectionis viam (quanta fas sit INNOCENTIÆ, ac SANCTITATIS Tuæ imitatione) valeant absque pedum offensione percurrere.

Psal. 127. 3. *Psal.* 91. 14. *Apoc.* 22. 2. *Orat. Domin.* 7. *post Pentec.*

Nomen Pontificis dum esset in minoribus. *Hebr.* 7. 26. *Psal.* 23. 4. *Psal.* 132. 2. P. *Maced. de Claui. Petri lib.* 1. *cap.* 2. *in fin. & cap.* 3. *concluſ.* 3. *cum D. Thom.* 2. 2. *q.* 39. *art.* 3. *& alibi.*

Matth. 5. 48. *Cantic.* 1. 7.

2. Petr. 1. 19. *Ephes.* 6. 12.

ILLV-

Digitized by Google

ILLVSTRISSIMIS, AC REVERENDISSIMIS

SANCTÆ ROMANÆ ECCLESIÆ

EPISCOPIS

HVMILIS SERVVS

Thomas de Rosa Episcopus Policastrensis.

ET si gentium Magister, ac Doctor Paulus pro Euangelicæ Prædicationis munere innumeris, ac penè incredibilibus præmeretur erumnis; in laboribus plurimis, in carceribus abundantiùs, in plagis supra modum, in mortibus frequentèr: Nihil tamen vehementiùs Apostolicum pectus vrgebat, quam instantia quotidiana, ac sollicitudo omnium Ecclesiarum, ac eorum præcipuè, quos Spiritus Sanctus posuerat Episcopos regere Ecclesiam Dei. Ob hanc non subterfugiebat, quominus annunciaret omne consilium Dei ipsis, nocte, ac die non cessans monere vnumquemque eorum, & docere eos publicè, & per domos cum omni humilitate, & lachrymis. Quod quidem mihi tantam fateor erga Episcopale onus (Tridentino teste) Angelicis humeris formidandum, ingessit existimationem, excitauit pietatem, vt (quamuis non sim Apostolus, nec dignus vocari talis) minimè tamen acquiescerem, quin vniuerso Episcoporum ordini, meis hisce lucubrationibus, qualis qualis subsidij esse contenderem. Os igitur nostrum patet ad vos (ò Episcopi). Quos non vt doceam alloquor, sed vt Fratres meos charissimos moneo, & vt Dominos obsecro. Non inquam quasi imperans hæc dico, sed pro vestra sollicitudine, ac salute. Neque item hæc scripsi, aut apud vos beneuolentiam, aut inanis auræ fucum captaturus: Quasi glorians hæc fieri in me, quemadmodum suadeo Vobis. Bonum est enim mihi magis mori, quam vt gloriam meam exquiram: est qui quærat. Nam ex multa tribulatione, ac studiorum labore scripsi per multas lachrymas, non vt me ipsum commendarem, sed vt sciatis quam Charitatem habeam abundantiùs in vobis. Igitur gratantèr accipite, quod ego iugitèr elaboratum vobis ingenuè promo: ferculum Episcopalibus mensis vtique aptissimum. Non quidem ex lignis Libani, magnificis videlicèt doctrinarum sumptibus instructum, sed ex paruulis frugalis mensæ meæ micis compositum. Non enim in sublimitate sermonis, non in persuasibilibus humanæ sapientiæ verbis, aut in defluentibus sæcularium verborum folijs annunciaui vobis methodum

1.*Timot.*2.7. 2.*Cor.*11.23. 2.*Cor.*11.28. *Act.*20.28. *Act.*20.27. *Act.*20.20. *Actor.*20.31. *Trid. sess.* 6. *reform. cap.*1. 1.*Cor.*9.2. 2.*Cor.*15.10. 2.*Cor.*6.10. 1.*Cor.*4.14. 2.*Cor.*8.8. 1.*Cor.*9.15. *Ioan.*8.50. 2.*Cor.*2.4. *Cantic.*3.9. *Matth.*15.27. 1.*Cor.*2.1. *Isai.* 1.

Digitized by Google

dum vocationis veſtræ; ſed in oſtenſione ſpiritus, & virtute Dei,
1.Cor.2.4. ac ſolido Sacrarum Scripturarum fructu. Has ergò Epiſcopales
Luc.16.21. micas (modicas quidem, maxima tamen ex veſtris ſtudijs, ac diligentia ſuſcepturas incrementa) menſis veſtris ſuperaddere ne dedignemini, Charitatem ſcilicèt, Eleemoſinam, Reſidentiam. Quibus omninò quam opi pare Vos epulatores minimè ſuſpicor, quales profectò Sanctos Dei Epiſcopos decet. Si quid autem præſi-
2.Matth.15.39. dij, (vt ſpero) ſi quid vtilitatis, aut comodi, ex hoc noſtro labore percepiſſe ſentietis, hoc & ipſe velim: Si quo verò minus, hoc tenuitati meæ concedendum eſt. Deus Opt. Max. (à quo omne
Iacob.1.17. donum,& omne datum optimum) dignetur mentem Veſtram ſpi-
Eccleſiaſt. offic. Sacram. ritualium chariſmatum abundantia impinguare, ac diutiſſimam vitam benignus largiri. Vt pari modo perennitèr Ipſius gloriæ, Veſtrum meritis, gregum prouentibus, ac totius Catholicæ Eccleſiæ ſplendori conſulere valeatis.

Digitized by Google

IN Congregatione habita coram Eminentiſſimo D. Cardinali Caracciolo Archiep. Neap. ſub die 18. Ianuarij 1679. fuit dictum, quod Reu. V. I. D. D. Hieronymus Borgia reuideat, & in ſcriptis referat eidem Congregationi.

Stephanus Menattus Vic. Gen.

Ioſeph Imperialis Soc. Ieſu Theol. Eminentiſs.

EMINENTISS. ET REV. DOMINE.

LEgi, Te iubente, librum inſcriptum: *De Reſidentia Epiſcoporum*, Authore Illuſtriſs. Epiſcopo D. Thoma de Roſa, & in eo, in quo nil fidem, aut mores perturbat, reſidere Theologiam, & Iuriſprudentiam inueni, atque mutuo miniſterio concordes Oracula proferre, & decreta pronunciare obſeruaui; dignus ergo eſt, vt prælo datus, vel ipſos Populorum Magiſtros, & Paſtores erudiat. Ita cenſeo, ſi Eminentiæ videbitur Tuæ. Neap. nonis Mar. 1679.

Em. Tuæ Reuerendiſs.

Seruus addictiſſimus

D. Hieronymus Borgia.

IN Congregatione habita coram Eminentiſſimo D. Cardinali Caracciolo Archiep. Neapol. ſub die 9. Martij 1679. fuit dictum, quod ſtante ſupradicta relatione imprimatur.

Stephanus Menattus Vic. Gen.

Ioſeph Imperialis Soc. Ieſu Theol. Emin.

ECCELLENTISS. SIGNORE.

DEſiderando Monſignor Tomaſo de Roſa Veſcouo di S. Angelo, e Biſaccio mandare alle ſtampe vn libro *De Reſidentia Epiſcoporum*; per tanto ſi ſupplica V. E. concedere licenza allo Stampatore poſſa imprimerlo, che il tutto, &c.

M. V. I. D. Aemilius Gaudioſus videat, & in ſcriptis referat.

Galeota R. Carrillo R. Valero R. Calà R.

Ill. Marchio Criſpani non interfuit.

EXCELLENTISS. DOMINE.

QVi inſcribitur (*de Epiſcoporum Reſidentia*) liber per Illuſtriſs. & Reu. D. D. Thomam de Roſa meritiſſimum olim S. Angeli Lombardorum, & Biſaccien. nunc verò Policaſtren. Antiſtitem compoſitus, atque à me V. E. imperata facturo accuratiſſimè perlectus; aliquid in eo à Regia Iuriſdictione diſſonum, & bonis moribus incongruens reperiri inficias eo: ideò in lucem edendum, ſi ita veſtro erit in animo, vt huius Roſæ ſuauitas (bonus quidem Chriſti odor) ad comunem Paſtorum, atque ouium ſibi à Deo creditarum ſalutem vbiq; terrarum orbis diffundatur, autumo. Neap. die 15. menſis Maij 1679.

Excell. V.

Humillimus Seruus

Aemilius Antonius Gaudioſus.

Imprimatur, verum antè publicationem ſeruetur Reg. Pragmat.

Galeota R. Carrillo R. Valero R. Calà R. Soria R.

ELEN-

Digitized by Google

ELENCHVS

CAPITVM, ET SECTIONVM.

CAPVT PRIMVM.

DE origine Residentiæ Episcoporum, atq; horum primæua institutione. fol.1.

Sectio I. *Episcopatus an in Apostolis immediatè institutus, & quando. fol.3.*

Sectio II. *Episcopatus an ordo sit Sacramentalis distinctus à Sacerdotali. fol.14.*

Sectio III. *Quo iure sit potestas in Episcopo. fol. 40.*

Sectio IV. *De diuisione Prouinciarum, & Erectione Cathedralium. fol.52.*

Sectio V. *de origine Residentiæ. fol.55.*

CAPVT SECVNDVM.

Quo iure Episcopi ad Residentiam teneantur. fol.71.

CAPVT TERTIVM.

De causis excusantibus à Residentia. fol. 91.

Sectio I. *Quæ sit Christiana charitas. f.94.*

Sectio II. *Quæ sit vrgens necessitas. fol. eod.*

Sectio III. *Quæ sit debita obedientia. f. 105.*

Sectio IV. *Quæ sit Ecclesiæ, vel Reipublicæ vtilitas. fol.112.*

Sectio V. *Quæ causæ excusent S.R.E. Cardinales à residentia in Ecclesijs Collegio vnitis. fol.113.*

CAPVT QVARTVM.

Quid per Residentiæ nomen intelligatur, quomodoque Episcopus Residentiam explere debeat latè demonstratur. fol.124.

Sectio I. *De gloria Dei, & salute animarum quærenda. fol. 131.*

Sectio II. *De munere prædicandi populo. fol. 146.*

Sectio III. *De exemplo, quo pascere debet Episcopus gregem suum. fol.153.*

Sectio IV. *De eleemosina eroganda, atque diuitijs, & pompis fugiendis. fol.163.*

Sectio V. *De Sacramentorum administratione ab Episcopo facienda. fol.200.*


Sectio VI. *De visitatione Diœcesis ab Episcopo facienda. fol.222.*

Sectio VII. *De immunitate, libertateq; Ecclesiastica tuenda ab Episcopis. fol.303.*

Sectio vltima. *De euitanda negligentia, de sectanda vigilantia ab Episcopis circa munia Episcopalia. fol. 311.*

CAPVT VLTIMVM.

De pœnis, & præmijs Episcoporum non residentium, & verè residentium. fol.326.



Digitized by Google



CAPVT PRIMVM

De origine Reſidentiæ Epiſcoporum, atque horum primæua inſtitutione.

ORIGINEM Reſidentiæ Epiſcoporum, in proprijs Eccleſijs non ità liquidò oſtẽdere poſſumus, niſi, & ipſorũ Epiſcoporum principiũ, & primæuum ortum demonſtremus. At priùs neceſſario præmittendum eſt, Epiſcopi nomẽ apud veteres, etiam gentiles, Magiſtratum ſonare, hocque ad illos ſpectaſſe, qui inſpectores, & cuſtodes ad ſtatum rerum cognoſcendum, atque inſtruendum mittebantur, vt liquet ex *Cicerone ad Atticum, epiſt.* 10. *lib.* 7. *Vult enim*, ait, *me Pompeius eſſe, quem tota hæc campania, & maritima ora habent Epiſcopum. & Arcadius Iuriſconſultus in l. munerum, ff. de muner. & honorib. Epiſcopos vocat illos, qui præerant pani, & cæteris venalibus rebus, quem Ciuitatum populus quotidianum victum ſugerunt*: *Cuiacius obſerv. lib.* 27. *c.* 29. *Duarenus, lib.* 1. *de ſacris c.* 7.: At in noſtra Republica Chriſtiana nomẽ hoc in ſacrum, & ſpirituale miniſteriũ tranſiuit, retento veteri ſignificato, vt qui hominibus præficitur, Epiſcopus vocitetur; & quidem optima ratione diſpoſitum, nàm Epiſcopi nomen eſt Græcum, conſtans ab Epi, quod idem importat, ac ſuper, & ſcopus, quod ſonat intentio; vt dicit *Auguſtinus, de Ciuitate Dei, lib.* 19. *c.* 19. habetur in *c. qui* 8. *q.* 1. vel vt explicat *S. Thomas* 2. 2. *qu.* 185. *art.* 1. *ad primũ*, ideſt intendens; ſic Epiſcopus græcè, latinè verò ſuperintendens, ſeù ſpeculator dicitur, vt intelligere valeamus, vt qui Epiſcopus efficitur, ad ſuperintendendum, & ſpeculandum mores gregis, conſtituitur; explorare enim debet mores ouium, earumque ſaluti inuigilare, vt Sancti præfati docent: hoc enim nomen præ cęteris magis conſonum viſum eſt; qua de re *Baron. anno* 58. *Maculerus de Monarchia Eccleſiaſtica, tom.* 1. 2. *p. lib.* 5. *c.* 4. *Fragotius de Regim. Reipublicæ Chriſtianæ tom.* 2. *lib.* 8. *diſp.* 18. §. 1. *&* 2. *Alzedus de inſtitutione Epiſcopor. in princip. Petauius de Hierarchia Eccleſiaſtica c.* 11. *Marcus Antonius Cuchus inſtit. maior. lib.* 2. *tit.* 6. *num.* 4. *Barboſ. de poteſtate Epiſcopi, tit.* 1. *c.* 4. *Pac. Iordan. lucubrat. tom.* 1. *prælud.* 1. *nu.* 4. *Gonzalez in c. cum cuncta* 7. *nu.* 5. *de re iudicata, Gerunda de Epiſcopo tom.* 1. *diſp.* 1. *c.* 1. quod intelligendum dicit *Gerunda nu.* 7. practicè, & efficacitèr, tùm ad euertenda mala, ſeù culpæ, ſeù pœnę à ſuis ſubditis: tùm ad bona ſpiritualia, & temporalia eis procuranda, & adminiſtranda. Hoc poſito, ſecundum hiſtoriam euangelicam habemus, quod Dominus Ieſus Chriſtus caput Eccleſiæ militantis, ob quam de Cœlo deſcendit in terram, dùm indutus noſtra carne mortali ſe Epiſcopum nominauit, dicens *Ioan.* 10. *Ego ſum Paſtor bonus, & cognoſco oues meas. Primò elegit Andream, & Petrum, qui erant Piſcatores, quos cum vidiſſet mittentes rete in mare, ait illis, venite poſt me, faciam vos piſcatores hominum, at illi continuò relictis retibus, ſequuti ſunt eum, & præcedens indè, vidit alios duos fratres Iacobum Zebedei, & Ioannem fratrem eius in naui cum Zebedeo patre eorum, reficientes retia ſua, & vocauit eos*: *Matth.* c. 4. *&* c. 10. teſtatur idem Euangeliſta, quod *Ieſus, conuocatis duodecim diſcipulis*

dedit illis potestatem spirituum immundorum, vt ejcerent eos, & sanarent omnem languorem, & Euangelista exprimit ibi nomina Apostolorum, & quod *primus erat Petrus, & quos duodecim Iesus misit, & præcipit eis, ne abirent in vias gentium, & potiùs irent ad oues, quæ perierant domus Israel, & quod prædicarent, quia appropin-*
14 *quauit Regnum Cœlorum. Lucas verò in* c.6. ait, *Quod cum exiret Iesus in montem orare, & cum erat pernoctans in oratione Dei, & cum dies factus esset, vocauit discipulos suos, & elegit duodecim ex ipsis, quos & Apostolos nominauit Simonem, &c.* Item
15 Christus Dominus Petro promisit claues Regni Cœlorum, ideſt Ecclesiæ, dicens *Matth.16. Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, & tibi dabo claues Regni Cœlorum, & quodcumquè ligaueris super terram, erit ligatum & in*
16 *Cœlis*: Apostolisquè verò cæteris dixit, *Quæcumquè alligaueritis super terram, erũt ligata & in Cœlis, & quæcumquè eorum solueritis super terram, erunt soluta & in Cœlo*, vt apud eumdem *Matth. c.* 18. expresè legitur: *Cumquè autem esset transi-*
17 *turus de mundo ad Patrem, priùs quàm pateretur, vna cum discipulis suis fecit cœnã: accepitq; Iesus panem, & benedixit, ac fregit, deditq; discipulis suis, & ait, accipite, & comedite, hoc est corpus meum, & accipiens calicem, gratias egit, & dedit illis dicens, bibite ex eo omnes, hic est sanguis meus*, vt narrant *Matth.c.26. Marcus c.14. Luc.c.22.* qui addidit illa verba, *hoc facite in meam*
18 *commemorationem*: post verò resurrectionem narrat *D. Matth. c.28. quod vndecim discipuli abierunt in Galileam in montem, vbi constituerat illis Iesus, & videntes eum*
19 *adorauerunt. Quidam autem dubitauerunt; & accedens Iesus loquutus est eis, dicens, data est mihi omnis potestas in Cœlo, & in terra, euntes ergò, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, docentes seruare omnia quæcumq; mandaui vobis, & ecce ego vobiscum sum omnibus diebus vsquè ad consũma-*
20 *tionem sæculi*: *Marcus verò cap.vltim.* ait, *nouissimè recumbentibus illis vndecim apparuit; & exprobauit incredulitatem eorũ, & duritiam cordis, quia ijs, qui viderant eum resurrexisse non crediderunt, & dixit eis, euntes in mundum vniuersum, prædicate euangelium omni creaturæ, qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit: qui verò non crediderit, condemnabitur. Lucas verò*
21 *Euangelista cap.vltimo* narrat, *quod cum cum essent discipuli congregati, stetit Iesus in medio eorum, & dixit eis, pax vobis, ego sum, nolite timere, conturbati verò, & conterriti existimabant se spiritum videre, & dixit eis, quid turbati estis, & cogitationes ascendunt in corda vestra? videte manus meas, & pedes, quia ego ipse sum, palpate, & videte, quia spiritus carnem, & ossa non habet, sicùt me videtis habere, ostendit eis manus, & pedes, adhùc autèm illis non credentibus, & mirantibus, præ gaudio dixit, habetis hìc aliquid manducare, at illi obtulerunt ei partem piscis assi, & fauum mellis, & cum manducasset coràm eis, sumens reliquias dedit eis, & dixit ad eos, hæc sunt verba, quæ scripta sunt in lege Moysi, & Prophetis, & Psalmis de me; tunc aperuit illis*
22 *sensum, vt intelligerent scripturas, & dixit eis, quoniam sic scriptum est, & sic oportebat Christum pati, & resurgere à mortuis tertia die, & prædicari in nomine eius pœnitentiam, & remissionem peccatorum in omnes gentes incipientibus ab Hierosolyma, vos autem testes estis horum, & ego mitto promissum Patris mei in vobis. Vos autem sedete in Ciuitate quoadusquè induamini virtute ex alto, &c.* hæc Lucas. Sanctus
23 verò Ioannes in c. 21. sui Euãgelij postquam narrauit tertiã apparitionẽ Christi Domini discipulis ait, *Cum ergò prandissent dicit Simoni Petro Iesus, Simon Ioãnis diligis me plus his, dicit ei etiàm Domine tu scis, quia amo te, dicit ei pasce agnos meos, dicit ei iterùm, Simon Ioannis diligis me, ait illi etiàm, Domine tu scis, quia amo te, dicit ei pasce agnos meos, dicit ei tertiò, Simon Ioannis, amas me, cõtristatus est Petrus, quia dicit ei tertiò, quia amas me, & dixit ei. Tu Domine omnia nosti, tu scis, quia amo te, dixit ei, pasce oues meas, &c.* hæc
24 Euangelistæ Sancti referunt. Post verò Christi Domini nostri ascensionem in Cœlis, stantibus Apostolis vnanimitèr in oratione Hierosolymis, sicùt præceperat eis, expectantibus promissionem Patris, quam audierant per os eius, suffectoq; Matthia in locum Iudæ, Petro proponente, *Factus est repentè sonus tanquam aduenientis Spiritus vehementis, & reple-*

Digitized by Google

repleuit totam domum, vbi erant sedentes, & apparuerunt illis dispertitæ linguæ tanquàm ignis suprà singulos eorum, & repleti sunt omnes Spiritu Sancto, & cœperunt loqui varijs linguis, prout Spiritus Sanctus dabat eloqui illis.

Accepto Spiritu Sancto, incipit, inquam, prædicatio Apostolorum, & pri-
25 mus fuit Petrus, qui annunciauit Euangeliũ Christi Domini, interim post paucos menses lapidatus fuit Stephanus, vt obseruat *Baron. an.* 34. & facta fuit persecutio magna in Ecclesia, quæ erat Hierosolymis, & dispersi sunt fideles per Regiones Iudeæ, & Samariæ præter Apostolos, qui Hierosolymis permanserunt, vt patet in actibus Apostolorum, præsertim *c.*8. & narrat *Baron. in eod. loco.*

26 Hæc ex sacris literis, ex quibus deducimus certò Apostolos non omnia simul habuisse à Christo Domino, primò enim habuerunt Apostolatum, vt patet in dictis locis Matthæi, & Lucæ, secundò presbyteratum in vltima cœna, cum instituit sacrosanctum Eucharistiæ Sacramentum, tunc enim Sacerdotium fuit institutum, vt vnanimiter Sancti, & Doctores admittunt, ac tunc suprà corpus Christi verum potestatem acceperunt.

27 Potestatem autèm supra corpus Christi mysticum post resurrectionem eiusdem Domini nostri; & in hoc etiam omnes consentiunt, nec est aliquis Catholicus, qui negauerit, vt benè dicit *Bellarm. de Sacramento ordinis cap.* 9. *vers. tertiò nota ibi*; Christus diuisit has duas potestates, cum ordinauit Apostolos, & vnam tradidit in cœna, cum ait, hoc facite, &c. alteram post resurrectionem, cum ait, accipite Spiritum Sanctum. *Vasquez in* 3. *par. Diui Thomæ tom.* 3. *disput.* 23. *qu.* 14. *vers. & sanè, Sotus in* 4. *dist.* 24. *qu.* 1. *art.* 4. *vers. argumentum ibi, & confirmatur*, sequitur *Layman. in opusc. moral. lib.* 5. *tract.* 5. *c.* 4. *vers. porrò in fine*, & nouissimè *Macedon. de Clauibus Ecclesiæ lib.* 1. *differ.* 4. *c.* 2. *vers. quod attinet in fin.*, & ità paulatim creuit Apostolorum dignitas, donèc ad culmen peruenit, *Turianus in Clementem lib.* 6. *constitutum c.* 12. *Macedo. loco cit.*

28 Certum quoquè est Apostolos Episcopos fuisse, hoc nèc Catholicus negare poterit, egregiè *Baron. an.* 53. *Macedo. loco nuper citato, vers. igitur, Angelus Petricca de potestate Apostolorum disp.* 2. *fol.* 28. *& disp.* 3. *fol.* 175. & alij infiniti Patres, & Doctores, quos in re tàm clara omitto.

Dubium totum reducitur, quando, & à quo Apostoli fuerunt Episcopi instituti, seù an Episcopatus fuerit à Christo Domino institutus: ideò sit.

SECTIO PRIMA.

Episcopatus an in Apostolis immediatè institutus, & quando.

IOannes Antonius à S. Georgio Præpositus Mediolanensis, ac Cardinalis Ale-
1 xandrinus dictus in *can.* 1. 15. *dist. nu.* 27. dicit, quod solus Petrus, quantum videri potest ex sacro Euangelio, intèr Apostolos immediatè fuit Episcopus ordinatus, quia cum in *c. in nouo* dicatur, quod à Petro post Christum Sacerdotalis incœpit ordo, intelligẽdum est, quod ipse fuerit Episcopus à Christo ordinatus, quod fuit per illa verba, *pasce oues meas*, quæ propriè Episcopo conueniunt. *c. Cleros* 21. *dist. & c. perlectis* 25. *dist.* & cum illa verba dixerit Dominus in recessu suo, ab Apostolis, & soli Petro, solus apparet relictus Episcopus à Deo. Secundò probat ex *c. porrò* 66. *dist.* vbi Iacobus Alphæi à Petro, Iacobo, & Ioanne Zebedei fuit Episcopus ordinatus, & sic patet, quod non erant Apostoli Episcopi ordinati à Christo: si enim fuissent alij ordinati; quarè, & non Iacobus, & ideò credendum, dicit, quod Christus ordinauit Petrum Episcopum, cum dimisit eum Vicarium suum per dicta verba pasce, &c. Petrus autèm post ascensionem Domini ordinauit Ioannẽ, deindè Iacobum Zebedei, quibus tribus Episcopis existentibus Petrus cum alijs duobus ordinauit Iacobum Alphæi, vt in *d. c. porrò*, & tunc statuit, quod deinceps non ordinaretur Episcopus, nisi à tribus Episcopis, licèt propter necessitatem, quia non aderant alij in ordine Ioannis, & Iacobi Zebedei, Petrus hoc non seruasset: item adducit *epist. Clementis* 2. dùm ibi dicitur, quod Petrus magister institutor, & Princeps Apostolorum, atquè eorum ordinator. Item

Digitized by Google

adducit *Præpositus illud actorum cap.*13. dicit eis Spiritus Sanctus, segregate mihi Paulum, & Barnabam in opus, ad quod assumpsi eos, tùnc orantes imponentes manus, &c. exponit *glosa in modum ordinandorum*. Nequè creatos Episcopos tùnc, cùm dixit Dominus quæcumq; ligaueritis, quia cum tùnc Apostoli non essent Sacerdotes, non est credendum Christum Dominum tùnc voluisse creare Episcopos, atquè per illa verba nudum actum Sacerdotalem demonstrat, & non potest importare Episcopi ordinationem: neque per illa verba, quorum retinueritis, &c. *Ioan.* 20. quia cum ordinatio Episcopi sit distincta ab ordinatione Sacerdotis, illa verba, accipite Spiritum Sanctum, &c. dicuntur in ordinatione cuiuslibet Sacerdotis, non est verisimile, quod tùnc voluisset eos ordinare Episcopos;quoniàm dixisset alia verba magis conformia ordinationi Episcopali, sicùt dixit Petro, quem cum ordinauit Episcopum, dixit ei,pasce oues meas: & tempore illorum verborum non erat Thomas, & sic non fuisset Episcopus, sicùt alij, quod est erro-
2 neum. Respondet insuper ad alia argumenta Præpositus, præsertim ad illud *Dini Augustini in quæst. veter. & nou. testam.* vbi docet, Christum Dominum creasse Apostolos Episcopos; nàm dicit verùm aliquos ordinasse immediatè,scilicèt S. Petrum, aliquos verò mediatè, scilicèt per ministeriũ Diui Petri. Itèm respondet ad argumentũ,quod Christus Dominus dedit claues etiàm Episcopales Apostolis; nàm dicit,quod intelligitur secundùm claues, quas ipse Christus Dominus dedit Apostolis mediatè, idest mediantè Petro, & alijs successoribus. Hęc & alia ibi Præpositus,qui longo calamo rem hanc disputat, & dicit, quod Christus Dominus vnam curam animarum instituit, quam Petro dedit, sed quia impossibile erat,quod per se solum perfectè totius gregis curã ageret, ideò per consequens ei commisit facere alios curatos, quotquot ipse pro suo adiutorio, & populi salute opus esse cognosceret, &c. & si solus Petrus immediatè Episcopus creatus fuerit, alij verò mediante Petro; & hoc idem dicit *Præpositus in c. in nouo* 21. *dist. sub num.*9.

3 Hanc etiàm sententiam *Cardinalis de Turrecremata in summa Ecclesia,lib.*2.*c.*32. 33. *&* 34. probat ex multis rationibus, & argumentis in dictis capitibus, præsertim quia in *can.in nouo* 21.*dist.* dicitur in nouo testamento post Christum Dominum à Petro cœpit Sacerdotalis ordo, quia ipsi primò Põtificatus in Ecclesia Christi datus est, Domino docente: Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam, & portæ inferi non prævalebunt aduersùs eam, & tibi dabo claues Regni Cœlorum, &c. qui Canon est Anacleti; si ergò incepit à Petro, Petrus constituit hunc gradum. Sic etiàm in *can.porrò 66.dist.*qui est eiusdem Anacleti in eadem secunda epistola ad Episcopos Italiæ dicitur, Porrò, & Hierosolymitanę primus Archiepiscopus Beatus Iacobus, qui iustus dicebatur, & secundum carnem Domini nũcupatus est frater, à Petro, Iacobo, & Ioanne Apostolis est ordinatus,successoribus, videlicèt, suis dantibus formam, vt non minus, quàm à tribus Episcopis, reliquis omnibus assensum præbentibus vltimus Episcopus ordinatur, & communi voto ordinatio celebretur; ergò si Petrus ordinauit Iacobum, à Petro instituti fuerunt Apostoli, Episcopi. Insuper nullum conueniens est testimonium in sacra scriptura, quo probari possit, quod Apostoli fuerint ordinati à Christo Domino immediatè, nàm in cœna Domini dumtaxàt ordinati fuerunt Sacerdotes, ibiquè dumtaxàt ordinem Sacerdotalem instituit Christus Dominus; post autèm resurrectionem illa verba, quæ dixit Apostolis, quæ suprà retulimus, eo tendunt, vt ex illis tantùm probetur Christum Dominum dedisse potestatem Apostolis absoluendi à peccatis,vt fusiùs di-
4 scurrit Turrecremata; ità etiàm *Rodulphus Cupers. in comment. ad c. oportebat* 79. *dist. in verbo Petro art.*4. *fol.*136.ità scribens. Ab ipso Domino immediatè Diuinum Apostolorum Principem primatus sui iura esse assequutum prędefertur; nàm sicùt omnipotenti Deo placuit vnitas in creatione humani generis, adeoùt ab vno cæteri mortales originem ducerent, iuxtà *Apostol.act.cap.*17. ità in sua

Ec-

Digitized by Google

Ecclesia ad ipsius vnitatis iura seruanda instituit; vt ab vno capite omnes ceteri Ecclesiarum rectores iurisdictionis potestatem consecrationis ope sumpturi essent, vt Apostolici ritus adhùc iura præseuerant, vndè sicùt vnus Deus dicitur, vna fides, vnum quoquè baptisma, ità & vna est Ecclesia, iuxtà quod Nicena Synodus suo attestatur symbolo; quarè Ecclesiæ vnitati non conueniret, si iuxtà hæreticorum dogmata Episcopalis institutio non fuerit solius Petri, sed cæterorum Apostolorũ simul; quandoquidem non pateat alicubi processisse Dominum ad aliquem Apostolorum in Episcopum instituendum antè eius passionem; nec post resurrectionem, nisi solum Petrum; & tùnc quando Ecclesiã pascendam, & gubernandam ei commisit: *Ioan. c. vltim.* solùm igitur Petrum, Dominum Episcopum instituisse ad Ecclesiæ vnitatem propagandam; vrgens ratio demonstrat, quæ sumitur ex Apostoli Iacobi Alphæi consecratione, quãuis enim carnis propagatione esset coniunctus Domino; constat tamèn à Diuo Petro, in Hyerosolimitanum Episcopũ fuisse consecratum, accersito ad id & Ioanne alioquè Iacobo; *cap. porrò 63. dist.* quam consacrationem non fuisse necessariam constaret, si Iacobus à Domino iàm in Episcopum ordinatus fuerit, quia solo Domini verbo episcopari potuit; cum Sacerdos iàm in cœna institutus esset cum alijs Apostolis paritèr in verbo Domini ibi: hoc facite in meam commemorationem; cuius verbi Domini virtute solum Petrum in vniuersi orbis Episcopum constat fuisse institutum: vndè sequitur, quod si Dominus Iacobum, vt sibi coniunctum, in Episcopum non assumpsit, sed Petri ministerio consacrandum in Episcopum reseruauerit; conuicitur, vt nullus Apostolorum, qui minori expectatione, & dilectione Domini haberetur, fuerit à Domino immediatè in Episcopum assumptus; sicùt Dominum, solum Petrum in Episcopum immediatè instituisse, Euangelica attestatione demonstratur: *Io: c. vlt.* Petrum Apostolorum Principem, etiàm ipsa vnitatis demonstrant iura, quæ non in Ecclesia inferiora esse, quàm in sinaga extitisse legitur; cum liqueat Moysem ipsum Legislatorem, cuius erat Dei iussu exequi, vnum tantum Episcopum instituisse, à quo omnes alij immediatè potestatem Sacerdotalem sumerent, ità consonum videtur, censendum fore Dominum vnicum Petrum in Episcopum instituisse, à quo omnes alij immediatè, vel mediatè Episcopi ordinarentur. Sic sumitur conclusio, Petrum primum Põtificem, non ab alio, quàm à Domino in talem fuisse immediatè assumptum, vt ab eo Episcoporum aliorum institutionis principium deriuaret; ità habet *text. in c. in nouo 27. dist.* est Diui Anacleti Papæ, & Martyris, vbi ait, in nouo testamento post Christum, à Petro incœpit Sacerdotalis ordo, quia ipsi primò Pontificatus in Ecclesia Christi datus est, & est aduertendum, quod Sacerdotalis exponitur, idest Pontificalis; quia etiam Sacerdos exponitur pro Episcopo, *can. solemnitas de cons. dist. 1. & c. esto 95. dist.* quia non verificaretur in eo sensu cum Sacerdotium à Domino in cœna fuerit introductum, & singulis Apostolis collatum. *D. Leo paritèr in c. ita Dominus 19. dist.* ait, Pontificalem ordinem à Petro ad alios Apostolos deuenisse, ibi vt ab ipso, quasi quodam capite dona sua, velùt in corpus omne diffunderet. Præterea, constat B. Apostolum Paulum à Diuo Petro paritèr in Episcopum ordinatum cum Barnaba: quamuis ad Apostolatum à Domino post eius ad Cœlos ascensum vocatum pateat; *act. lect. c. 15.* ibi dixit eis Spiritus Sanctus, segregate mihi Paulum, & Barnabam in opus, ad quod assumpsi eos; tùnc ieiunantes, & orantes, imponentesq; eis manus dimiserunt eos; *glos. ibi imponentes manus*, ait: in modum ordinandorum, & quod hoc in loco colligatur, hos Apostolos in Episcopos fuisse ordinatos, comprobatur, *can. quod die Dominico 75. dist.* hic etiàm sumitur probatio; quod si Apostolus Paulus à Domino glorificato vocatus, nisi Diui Petri ministerio est effectus Episcopus, sicuti D. Iacobus, quod alij paritèr Apostoli non aliàs ad ordinem Episcopatum assumerentur, nisi Diui Petri ministerio immediatè, vel mediatè; ideòq; cum hoc B. Marcello Papæ, &

Mar-

Digitized by Google

Martyri, vt Apostolorum temporibus viciniori innotescerent; propterea suarum epistolarum, prima, inquit, ad Sedē Romanam omnes subterfugere debent, vt indè accipiant tuitionem, vndè acceperunt consecrationem. Nequè istis resistit, quod dicitur Dominum Apostolos in Episcopos instituisse; *Matth. c. 17.* quādo dixit, quæcumquè alligaueritis; quià liquet nec Dominum D. Petrum consimili verborum virtute instituisse Episcopum. *Matth. c. 16.* igitùr quodcumquè ligaueris: cum eo tempore nō dùm fuissent creati Sacerdotes, & quia illa verborum series fuit promissio, & non collatio; sicuti etiàm nec ex verbis illis *Lucæ c. 22.* ius aliquod Episcopalis dignitatis est Apostolis collatum, ex illis verbis (hoc facite in meam commemorationem) quia huiusmodi verba non important, nisi nudum Sacerdotis simplicis ministerium, videlicèt ad consecrandas illas species panis, & vini, iuxtà à Domino ibi traditam formam, quæ quidem ordinem simplicis Sacerdotis Dominū contulisse Apostolis palam est: minùs etiàm comprobatur Dominum, Apostolos instituisse Episcopos, ex illis verbis post resurrectionem, quando insufflauit in eos, dicens, accipite Spiritum Sanctum, quorum remiseritis &c.; nàm horum virtute Sacerdotes simplices promouentur ad Ecclesiæ clauium exercitium; quando ab Episcopis promouentibus aliquem proferuntur ista, quæ ā Domino prolata sunt. *Ioan. c. 20.* & hoc manifestatur eodem loco *Ioan. c. 20.* nàm si horum verborum virtute Apostoli à Domino in Episcopos fuissent promoti, sequitur, quod Diuus Thomas Apostolus non fuisset Episcopus promotus, cū non adesset cum eis, quando venit Iesus Euangelio attestante *Ioan. c. vlt.*, quod falsissimum est; cum apud Indos Euangelium prædicans, & Episcopalia iura exercens, est martyrio coronatus: & sic stat firma conclusio, Petro iura Pontificatus à Domino immediatè fuisse collata: sicùt cæteris Apostolis sunt data ab eodem Petro immediatè, vel mediatè, aduersùsq; ipsa, vt suprà deducta, moderna hæresi polluta, quamplurimis medijs nituntur contrarium præseferre.

Hæc *Rodulphus Cuperf.* quæ omnia dixit *Turrecremata loc. cit. ab ipso non cit.* Idem *Cuperf.* & respondet ad contraria, quę opponi possunt *in verbo Presbyteris art. fol. 271. in princip.* sic ait, & *Diuus Augustinus in lib. noui, & aterni testam.* vbi inquit, Dominum omnes Apostolos Episcopos instituisse, quoad authoritatem intelligitur Petri tamèn ministerio, & est *textus in cap. 1. de Summa Trinitate*, ibi dùm loquitur de Ecclesiæ Sacramento, ait, & vtiquè Sacramentum nemo potest conficere, nisi Sacerdos, qui rectè fuerit ordinatus secundùm claues Ecclesiæ, quas ipse concessit Apostolis; nàm nisi ille Episcopos instituisset Presbyteros, promouere non potuissent *d. c. quanto de consuetud.* & hoc pacto ostenditur, Dominum Episcopalem ordinem in cętu Apostolico instituisse.

5 Ità quoquè videtur sentire *Cardinalis Bellarm. de Romano Pontifice lib. 1. c. 23.* vbi sic scribit, Vigesima secunda est, quod solus Petrus à Christo Episcopus ordinatus fuerit, cæteri autèm à Petro Episcopalem consecrationē acceperint, id probat *Ioan. à Turrecremata lib. 2. c. 32.* multis rationibus, sed præcipuè sunt duæ, prima est, quoniàm vel Dominus nullum ordinauit Episcopum, vel omnes, vel aliquos, vel vnum.

6 Quod nullum, non potest dici: nàm si ità esset, nullum haberemus iàm Episcopum: nemo enim potest dare alteri, quod ipse non habet; non ergò potest non Episcopus Episcopum ordinare: si ergò Dominus neminem, ac nè Petrum quidem reliquit ordinatum Episcopum, quis posteà ordinauit Petrum, & alios?

7 Quod autèm non omnes Apostoli immediatè à Domino sint ordinati, patet: nàm saltèm Paulum, quem ipse de Cœlo vocauit, & Apostolum fecit, non Episcopum ordinauit, sed iussit ordinari per manuum impositionem Ministrorū Ecclesiæ, vt patet *act. 13.* & ex *Leone in epist. ad Dioscorum, quæ est 81. in operibus eius, sed in tomis conciliorum 79.* vbi loquēs Leo de ordinatione Episcoporum, exemplum hoc Pauli adducit, & ex *Chrysostomo, qui in hoc loco Actorum* dicit, adeò veram fuisse Pauli ordinationem, vt in ipsa nomen mutauerit, cum primum

Digitized by Google

mum Saulus, & posteà Paulus.

8 Præterea, quod Iacobus minor, vnus ex duodecim, cum fuerit ordinatus Episcopus Hierosolymæ ab Apostolis, & non ab alio immediatè, docet *Anacletus in epist.* 2. vbi scribit, Episcopum debere à tribus Episcopis, sicuti Iacobum minorem ordinauerunt Episcopum Iacobus maior, & Ioannes.

9 Item *Clemens Alexandrinus apud Eusebium lib. 2. hist. c. 1.* idem tradit, Iacobum scilicèt à Petro, Iacobo, & Ioanne ordinatum Episcopum.

10 Idem dicit *Hieronymus de viris illustribus in Iacobo*: Iacobus, inquit, statim post passionem Domini ab Apostolis Hierosolymæ Episcopus ordinatur.

11 Neque dici potest, hunc Iacobum nõ fuisse Apostolum ex duodecim: repugnat enim *Hieronymus in lib. contra Heluidium*; & nos alibi idem ostendimus ea ratione, qua sequeretur vnius Apostoli ex duodecim nullam fieri memoriam in Ecclesia.

12 Quod autèm non aliquos Dominus ordinauit, alios non ordinauerit, indè satis probat, quod Apostoli, excepto Petro, fuissent interse æquales, & nullus in alium ius habuisset, & omnis potestas eis tradita, communitèr omnibus fuerit tradita, quantum ex Euangelijs colligi potest: ergò, si neque nullum, neque omnes, neque aliquos plures Dominus ordinauit, sequitur, solum Petrum ab eo ordinatum.

13 Secunda ratio est, quia passim docent veteres, Romanam Ecclesiam esse matrẽ omnium Ecclesiarum, ab ea omnes Episcopos habuisse consecrationem, & dignitatem suam: quod non videtur esse verum, nisi in eo sensu, quia Petrus, qui Episcopus fuit Romanus, omnes Apostolos, omnesq; alios Episcopos, vel per se, vel per alios ordinauit: alioquin enim, cum omnes Apostoli plurimos Episcopos in varijs locis constituerint, si Apostoli ipsi non fuissent facti Episcopi à Petro, certè maxima pars Episcoporum non deduxisset originem suam à Petro.

14 Quid est ergò, quod *Anacletus epist. 1.* dicit in nouo testamento post Christum à Petro Sacerdotalis cœpit ordo; non enim loqui potest de ordine minorum Sacerdotum, idest Presbyterorum, nam constat Apostolos in vltima cœna simùl omnes ordinatos Sacerdotes; loquitur ergò de ordine maiorum Sacerdotum, idest Episcoporum, qui à Petro nõn rectè dicitur incœpisse in omnes, Apostoli immediatè à Christo ordinati fuerint Episcopi. Hæc, & alia ibi *Bell.* qui respondet ad argumenta in contrarium, præsertim ad id, quod dici potest in Apostolum Episcopatum includi, cum Episcopi Apostolis succedant. Christus tamèn fecit Apostolos, non Petrus: nàm respondet in Apostolatu contineri Episcopatum, & Episcopos succedere Apostolis, non quia eo ipso quòd aliquis est Apostolus, sit Episcopus: nàm Dominus *Luc. 6.* elegit duodecim, Apostolosque nominauit, etiàm antequàm Sacerdotes eos faceret, nè dùm Episcopos. Apostolatui enim propriè pertinet ius prædicandi, cui annexa fuit amplissima iurisdictio quædam delegata, qualis etiàm in non Episcopis esse potest; sed quia omnes Apostoli fuerunt Episcopi, imò etiàm primi Episcopi Ecclesiæ; tamèn & si non sint ordinati à Christo, sed à Petro. Respondet etiàm ad illud argumentum de Iuda, qui vocatur Episcopus in actibus Apostolorum, & dicit in *Psal.* 108. non vocari Episcopatum id, quod hodiè vocamus Episcopatum, sed præfecturam quamcumque. Hæc & alia ibi *Bellarmin.*

15 Ità quoque videtur sentire *Francesc. de Ecclesia Catholic. c. 1. num. 46. & 47. & Prosper Fagnanus in c. perniciosam de officio ordinarij* 248. *&* 49. *Salmeron. tom. 12. in act. Apostol. n. 13. §. verum hoc posito Grand. 3. p. contr. 9. tract. 1. disp. 1. Marchinus de ordine tract. 1. puncto 2. c. 12. Leander de Sacramentis tom. 2. tract. 6. disp. 2. qu. 33.* qui omnes existimant, Episcopatum fuisse institutum, cum Christus Dominus dixit Petro: pasce oues meas; quibus cum videtur sentire *Diana p. 12. tract. de conf. ref.* 80. Sic Episcopatus est de iure Diuino immediatè quoàd Petrum; in reliquis verò Apostolis mediante persona Petri, vt videtur discurrere *Præpositus locis cit.* sic etiàm apertè videtur sentire *Michael Maculerus de Monarchia Ecclesiast. tom. 1.*

Digitized by Google

tom.1.2.p.lib.4.c.10.fol.554, ità scribens, quòd ipsi immediatè à Christo Domino Apostoli, terræque Principes in spirituali hierarchia creati, non alia posteà ratione ab ipso Domino dignitatis Episcopalis splendore, nisi per Sanctum Petrum, illustrati fuisse videantur; neque enim facilè ad assertionis oppositæ tuitionem aliquis in Euangelio locus inueniri potest, in quo Apostoli ab immediata Domini largitione dignitatis Episcopalis lumine decorati, refulxisse cõprobentur; sicùt de hoc Episcopatus honore, quo Dominus per se ipsum Beato Petro gratificari voluit, manifestissima D. Ioannis authoritas, testimoniumque proclamat, cui soli Dominus Petro dixit: pasce oues meas. Hæc *Maculerus*, vir sanè eruditus.

16 Ex aduerso *Dominicus Sotus* inter Alumnos præclaræ Religionis Dominicanę Doctor primarius *in 4. dist.29. q.2. art. 2.post secundam conclusionem vers. vnum tamèn argumentum*; Ad obiectionem, quæ fieri potest: nullibi legi, Christum Dominum ordinasse Apostolos Episcopos, sed tantùm Sacerdotes in cœna Domini, quibus potestatem remittendi peccata dumtaxàt post resurrectionem dedit. Respondet, & ità dicit: Respondetur primò: multa, vt ait Ioannes, fecisse Christum, quæ Euangelistæ scripto non demandarunt: secundò, quòd Christus per potestatem excellentiæ, prætermisso ordine, qui nunc seruatur, potuit Apostolos, cum eos ad Apostolatum assumpsit, Episcopos creare, quantùm ad eorum peculiares functiones, licèt post modum virtutem consecrandi, & absoluendi contulerit; certò enim certius est, siuè antè Sacerdotium, siuè posteà, Apostolos antè fuisse in Episcopos institutos, quando quidem summa eis Ecclesiæ gubernatio incũbebat: Apostolis autèm Episcopi successerunt. *Augustinus enim in lib. de quæst. noui, & veteris testam. c.97.* nemo, inquit, ignorat Episcopos Saluatorem Ecclesijs instituisse, ipse enim priusquàm in Cœlos ascenderet, imponens manum Apostolis ordinauit Episcopos. Hoc Apostolus Sancto Spiritui deputat, cum dicit: *Attendite vobis, & omni gregi, in quo vos Spiritus Sanctus posuit regere Ecclesiam Domini Iesu Christi.* Et Anacletus Papa Petri discipulus in epistola citata de Parochis, & Primatibus, & reliquis Episcopis, quæ refertur causa in *9. dist.* vndè *Apostolus ad Ephes. 4.* postquàm dixit, quod Christus *quosdam dedit Apostolos, quosdam Prophetas*, ità, ad denotandum reliquos Presbyteros subiunxit, *alios Pastores, & Doctores*. Hæc ibi *Dominicus Sotus*, & luculentiùs loquitur in *lib.10.de iustitia, & iure qu.1.art.4.* vbi ponit primam conclusionem: Episcopalem ordinem, hoc est gradum, & dignitatem, institutionem prorsùs diuinam esse, eamque Christum Dominum ore proprio fecisse, quod ex multis rationibus ibidem probat, præsertim quia Christus ipse elegit Apostolos, cui muneri annexa est Episcopalis dignitas, nempè Christianum gregem pascendi. Illam autèm dignitatem, præter spiritum propheticum, quem illis tribuit, non in tempus instituit, sed vt perpetuò duraret in Ecclesia, vt cum dixit: *Ego vobiscum sum vsque ad consummationem sæculi*, vt infrà nos demonstrabimus; ergò dicit *Sotus*: Episcopalis dignitas, & gradus qualis nùnc in Ecclesia perseuerat, est ex Christi institutione, Christus enim, cum fundauit Ecclesiam, perpetuò duraturam fundauit, sic in perpetuum hanc dignitatem instituit. Secundò ducit locum *D. Pauli ad Ephes. 4.* Pastorum enim nomine Episcopi cẽsentur. Tertiã rationem adducit sic: præstantiùs est Sacerdotium Euangelicum Mosayco & magis necessarium, Mosaycum verò fuit in Pontificem, & Sacerdotes diuisum pro toto legis tempore diuinitùs institutum; ergò & nunc Sacerdotium, in quo Episcopi Sacerdotibus præferũtur, à Christo institutum est. Quartam rationem adducit; quia Christus fuit solus Ecclesiæ fundator; fundamentum autèm aliud nemo potest ponere, quàm positum est, quod est Christus Iesus, vt dicit Paulus, per quod designat non solùm & personam, verùm & eius leges, & politiam, & Petro dixit: super hanc petram fundabo Ecclesiam meam; ad fundationem autèm Ecclesiæ non solùm necesse erat fides sperandarum rerum,

verùm

Digitized by Google

verùm & Magistratus, qui Ecclesiam gubernarent secundùm easdem leges, & hi Episcopi sunt, nàm pro patribus nati sunt nobis filij, vt dicit Augustinus; ergò episcopalis institutio à Christo, alias nõ satis firmitèr fundasset Ecclesiam. Quintam tationem affert Sotus, quia omnia Sacramenta, & quæ illis necessaria sunt, Christus Dominus per seipsum instituit, ac proindè Sacramentorum Ministros: Episcopi autèm soli proprio nomine habent quædam Sacramẽta administrare, vt est Sacramentum confirmationis, & ordinis: vndè dubium non est, quin Christus non solùm Papatum, verùm etiam dignitatem episcopalem instituit. Sextam rationem, quia episcopalis dignitas eiusdem generis est in omnibus Episcopis, nàm sola iurisdictionis latitudine inter se distant; ergò quatenùs Papæ, & reliquis communis est, eodem Authore Christo instituta est. Has, & alias rationes Sotus, præsertim adducit *can.* 691. vbi dicitur: Episcopos elegit Deus sibi oculos; probat igitur Sotus, Episcopatum esse de iure Diuino institutum, & hoc in Apostolis primò, quos ipse Christus creauit Episcopos.

17 Eiusdem sententiæ est alter Sotus, nempè *Petrus* eiusdem familiæ Alumnus *de instit. Sacerdotali in tit. de Sacramento Ordinis lect. 1. vers. ex ipsa*, vbi ità scribit: ex ipsa sacra scriptura, & vniuersalis Ecclesiæ consensu ab ipsis Apostolis vsque ad nos tres ordines, Episcoporum scilicèt, Presbyterorum, & Diaconorum semper fuisse, & necessarios esse in Ecclesia, certissima fide tenendum est; primùm verò (vt hìc asserimus ex scriptura sacra) horum ordinum institutionẽ habere à Christo probat electio duodecim Episcoporum primò facta ab eodẽ Christo, vt *Matth.* 10. *& Marc.* 3. *& Luc.* 6. *c.* scribunt, & similitèr septuaginta duorũ designatio, vt *Lucas* 10. *c.* testatur. Hic enim apertè ostenditur, Christum in suis discipulis diuersos instituisse ordines, & gradus, deindè illos non tantùm ad id temporis, quo superstites futuri erant in Ecclesia, quia tùnc eligebantur, sed ad perpetuam ædificationem, & cõseruationem Ecclesiæ datos fuisse, ipsa Ecclesiæ perpetuitas à Christo promissa satis ostendit, cum inquit: *Vobiscum sum vsque ad consummationem seculi*; nec enim hoc illis in seipsis promittebatur, sed etiam in successoribus suis, vndè & alibi ait, quod autem vobis dico, omnibus dico; in Apostolis igitur ipsis, & septuaginta duobus discipulis non præsens tantùm illa schola Christi, sed Ecclesia tota ordinabatur, & distinguibatur: & duo isti primi gradus Episcoporum, & Presbyterorum designabantur primò in ea futuri, quod postèà Apostolos ita explicasse, & docuisse, ostendit vniuersalis Ecclesiæ pèr totum orbem ab ipsis Apostolis vsque ad nos consensus. & in lectione secunda ait: Episcopos constat à Christo in Apostolis institutos, illisque datam summam potestatem Ecclesiasticam in ordinatione Ecclesiæ.

18 Idem tenere apertè videtur *P. Magister Fr. Franciscus à Victoria* eiusdem præclaræ Religionis Alumnus *in relect. 2. de potestate Ecclesiast. qu. 2. principalitèr à n.* 8. vbi proposito dubio: an omnes Apostoli habuerint potestatem etiam ordinis immediatè à Christo, vel solus Petrus à Christo, & alij à Petro, & adducta ratione dubitandi, quia Iacobus fuit creatus Episcopus Hierosolymitanus à Petro, & ab ipso Ioanne, & altero Iacobo consacratus, ponit conclusionem: Omnẽ potestatem, qualem Apostoli habuerunt, recepisse à Christo Domino immediatè; quod ex multis probat, nempè ex *Matth.* 18. *quæcumque ligaueritis, hoc facite in meam commemorationem; Luc.* 22. *quorum remiseritis peccata; Ioan.* 20. *& Matth. vlt. euntes in mundum; & Ioann.* 20. *sicut misit me Pater, & ego mitto vos; fecit Christus Dominus omnes Apostolos*, vt patet *Matth.* 10. *Marc.* 2. *Luc.* 6. *ad Corinth.* 12. *& Eph.* 4. ad officium autem Apostolatus spectant potestates ordinis, & iurisdictionis; ergò vtrumque habuerunt à Christo Domino. Dixit proindè *Victoria*, quod tria sunt consideranda in dignitate Apostolatus: Primum authoritas gubernandi populum fidelem: Secundò facultas docẽdi: Tertiò potestas miraculorum, quod tùm ex *Matth. loco cit.* tùm *Luc.* 9. *&* 1. *ad art.* 12. ipse posuit; igitur si fecit Apostolos, & Apostoli non poterant esse sinè potestate ordinis, & iurisdictionis, vtrã-

Digitized by Google

que recepisse à Christo Domino, est dicendum. Idem quoque *Victoria in relect. 1. lect. 5. in Marc. 9.* quando Christus Dominus dedit claues Apostolis, narrata opinione *Armachani lib. 11. c. 14. & 15.* ipse *num. 10.* dicit: non magni referre, quando Apostoli acceperint claues, aut antè, vel post passionem, dicitque probabile esse non accepisse simùl omnem potestatem, & claues, sed per partes, nam potestatem iurisdictionis pro foro exteriori *Matth. 18.* Ordinis, in quantum ad consacrationem corporis Christi. *Luc. 12.* claues in foro interiori. *Ioan. 20.* primatum autem, & plenitudinem potestatis accepisse Petrum: *Ioan. 21.* ibi: *pasce oues meas*; fortiusq; esse dicere, ait, quòd quicquid antè resurrectionem à Christo de hac potestate dictum est, aut factum, totum debeat intelligi in futurum post resurrectionem, nam *Matth. c. 18.* fuit tantum facta promissio clauium, & omnia in futurum prolata, *& super hanc petram ædificabo, &c. & tibi dabo, &c.* Vndè videtur institutio in futurum facta, ideòque Apostolos non habuisse claues antè illa verba: *accipite*, nec potuisse Apostolos exercere iurisdictionem antè resurrectionem in foro interiori.

19 Si ergò omnem potestatem ordinis, & iurisdictionis habuerũt Apostoli à Christo Domino immediatè, vt fatetur communis schola Catholicorum, & probat ipsemet *Bellarm. lib. 4. de Romano Pontifice c. 23. Caietanus de auth. Papæ, & Concilij c. 3.* & alibi *Sotus in 4. sentent. dist. 20. qu. 1. art. 2. Suarez de legibus lib. 4. c. 3.* sequitur ab eodem Apostolos creatos fuisse Episcopos, & hanc sententiam expresè videtur tenere *Henriquez in sum. lib. 6. c. 5. §. 5. in tar. lit. B. Cardinalis Baron. suo more eruditè an. 58. à n. 4. tum seq. Barbosa de potestate Episcop. p. 1. tit. 1. c. 1. nu. 8. vers. cum ergò patrat Patis Iord. tract. 1. prælud. 3. n. 4. & alij*, & antè istos *Cardinalis Caietanus in opusculis tom. 1. tractatu 1. c. 2.*

20 At Doctores, qui primam sententiam tuentur, respondent, & dicunt: Episcopatum fuisse quidem à Christo Domino institutum in Petro tamen immediatè, nam cum dixit Petro: *pasce oues meas*, tũc instituit Episcopatum, seù Episcopalem ordinem, illumque Petro dedit, à quo acciperent alij, & sic iure Diuino institutus est hic ordo, & ità intelligi potest authoritas D. Pauli ad *Ephes. 4.* dum dixit, *& ipse dedit quosdam autèm Prophetas, alios verò Euangelistas, alios autèm Pastores, & Doctores ad consummationem Sanctorum in opus ministerij in ædificationem corporis Christi, donec occurramus omnes in vnitatem fidei*
21 *agnitionis filij Dei*. Catholica namque veritas est, quod Episcopatus sit ordo institutus à Christo Domino immediatè, sed tunc institutus, cum dixit Christus Dominus Petro, pasce; nam ferè omnes Doctores Catholici docent, quod in quantum ad ordinem nulla differentia est inter Papam, & Episcopum: & tantũ differt in iurisdictione, & politica gubernatione, quæ suprema est pænes Pa-
22 pam. Cum enim Dominus dixit Petro, pasce, tunc fuit data potestas gubernandi, & pascendi, iussitque vnicuique Pastori pascere oues suas pro portione gregis cuique commissa, & attributa potestas spiritualis, neque alia lex est in Euãgelio præter istam *Boz. de sign. Eccles. signac. 80. c. 1.*

Sed *Pater Vasquez in 3. p. tom. 2. disput. 242. c. 7. num. 47.* confutat hanc sententi-
23 tiam, qui ait communis scholæ sentẽtia omnes Apostolos proximè vel à Christo, vel à Spiritu Sancto potestatem Episcopalem accepisse; neque nullo probabili fundamento dici potest fuisse omnes in Petro proximè ordinatos, & si vera esset hæc opinio, dicendum esset Christum nunquam fuisse functũ officio Episcopi ordinando alios in Episcopos.

Alij verò dixerunt Apostolos creatos
24 fuisse Episcopos in cœna Domini, tuncque institutum ordinem Episcopalem, in illa enim functione Christum Dominũ vtrumque ordinem constituisse.

Verum hanc sententiam refellent alij
25 Doctores, præsertim idem *Vasquez d. c. 7. num. 48.* quia Episcopatus præsupponit necessariò ordinem Presbyteratus, nempè characterem, & potestatem sacrificãdi, & absoluendi à peccatis. In cœna enim Domini non fuit datus integrum Sacerdotium, sed dumtaxat potestas cõsacrandi; ergo Episcopatus non est collatus

Digitized by Google

latus à Christo Domino antè Presbyteratum, nec valuit recipere ordinē Episcopatus, & iurisdictionem aptitudinalem, siuè actiuam in Ecclesia, priusquā collata fuerit potestas, & character absoluendi fideles à peccatis: hanc autem contulit Christus Dominus Apostolis post resurrectionem, cum dixit: Accipite Spiritum Sāctum, quorum, &c. vt definitum est in *Trident. sess. 14. can. 3. de Sacramento pœnitentiæ*, igitur non potest dici, quod in cœna Christus Dominus creauerit Episcopos Apostolos.

Non desunt tamen, qui dicunt: Do-
26 minum Iesum creasse Episcopos Apostolos non in cœna, sed in cœnaculo cū post resurrectionem, stantibus Apostolis congregatis, & fores essent clausæ propter metum Iudæorum, venit Iesus, & stetit in medio, & dixit eis: pax vobis, & cum hoc dixisset ostendit eis manus, & latus, & cum gauisi essent discipuli, viso Domino, dixit eis iterum: pax vobis, sicut misit me Pater, & ego mitto vos; hæc cum dixisset, insufflauit, & dixit eis: accipite Spiritum Sanctum, quorum remiseritis peccata remittuntur eis. Hanc sententiam tenent quamplurimi Doctores, præsertim *Macedo. de clauibus Ecclesiæ dissert. 4. c. 2. Angelus Petricca de potestate Apostolorum disp. 2. fol. 29. vers. quando, & fol. 30.* vbi egregiè *Raphael Auersa de Sacramento ordinis sect. 10. vers. tandem videtur*, qui opinatur Christum Dominum contulisse Apostolis Episcopalem ordinem. *Ioan. 20.* ibi: accipite Spiritum Sanctum, nam quamuis simul addiderit, quorum remiseritis peccata: per quæ verba illis contulit alteram partem ordinis Sacerdotalis remittendi peccata;
27 tamen optimè potuit Christus simul vtrumque perficere cum sua connexione, & subordinatione inter ordinem Sacerdotalem, & Episcopalem: atque opinatur idem Doctor non fuisse collatum dictum ordinem, cum dixit: sicut misit me Pater, & ego mitto vos; quia non est credendum Christum Dominum priùs dedisse ordinem Episcopalē, quàm compleret in eis ordinem Sacerdotalē, verùm hæc sententia displicet *Diana par. 12. tract. de conf. Episc. resol. 80.* quia dicit, quod tunc data fuit Apostolis potestas Presbyteris ad remittendum peccata, secundo quia ibi non erat D. Thomas, nec Paulus, neque Matthias.

Vasquez in 3. p. S. Thom. tom. 3. disp. 242. c. 7. num. 57. affert, quod tunc fuerunt
28 facti Episcopi, quando Dominus post resurrectionem dixit discipulis: data est mihi omnis potestas in Cœlo, & in terra, euntes ergò docete omnes gentes. *Matth. vlt.* Nam quamuis duodecim Apostoli multo tempore antè passionem Christi Domini nominati fuerint tales, & missi ad prædicandum. *Matth. 10. & Marc. 13.* tamen tunc Episcopalem dignitatem non acceperunt, cum nō dum Presbyteri ad consacrandum corpus verum Christi, & ad absoluendum essent constituti, neq; potestatem plenam prædicandi gentibus Euangelium, sed tantum ad verbum Regni Cœlorum Iudæis pronunciandum; post verò resurrectionem habuerunt omnem potestatem Sacerdotalem, & prædicandi Euangelium gentibus, igitur tunc fuisse Episcopos constitutos Apostolos, dixerat etiā *Vasquez in d. tom. 3. disp. 235. c. 3. n. 19. & 20.* Apostolos creatos Episcopos ex electione ad prædicandum, vbi latè agit de Paulo Apostolo, quando fuerit Episcopus constitutus.

Quidam verò asserunt Apostolos fuis-
29 se electos Episcopos in die Pentecostes, prout hanc sententiam probat *Frāciscus Turrianus lib. 2. epist. Pontif. c. 21. & Scolis defens. c. 12. fol. 81.* ex multis rationibus, & authoritatibus; sed hanc sententiam
30 refellit etiam *Vasquez loco n. 52.* ex multis, & respondet ad argumenta, & authoritates in contrarium *nu. 55. cum seq.* & sequeretur, dicit *Diana loco cit.* quod alij, qui tunc aderant etiam Episcopi fuissent electi. Hanc etiam improbat *Auersa de Sacramento ordinis sect. 10. q. 2.*

Sententiam illam, quæ docet, Apos-
31 tolos fuisse ordinatos Episcopos à Christo Domino, non improbabilem existimat *Diana loco cit. d. resol. 80.* & pro eo citat *D. Augustinum lib. 3. ep. 9. Cyrillum in Ioan. lib. 12. c. 55. Caiet. de authoritate Papæ, & Concilij c. 3. expressius c. 4. Sotum in 4. dist. 20. q. 1. art. 2. Franciscum Vargas de potestate Papæ. Herueum de potestate Papæ. Gabriel in can. missæ lect. 3. Maior in 4. du-*

Digitized by Google

bio 24. q. 3. Zachariam Pouerinm in censura contra Rempublicam Marci Antonij de dominis lib. 2. c. 2.

Sed vt quid sentiendum sit in hac Doctorum varietate, percipiamus, certa ab incertis separare bonum est; & quod Catholica veritate constanter tenēdum
32 est, ac definitum inspicere reperio in *Trid. sess. 23. can. 7. de Sacramento ordinis*, ita statutum esse! *si quis dixerit in Ecclesia Catholica non esse Hierarchiam Diuina ordinatione institutam, quæ constat ex Episcopis Presbyteris, & Ministris, anathema sit*; igitur habemus certò, Episcopalem statum Diuina non humana authoritate institutum, ac ab ipso Domino nostro Iesu Christo immediatè institutum. Hæc concors est omnium Catholicorum sententia, in qua omnes conueniunt *Sotus loco cit. tàm in 4. quàm de iustitia, & iure. Victoria loco cit. Vasquez in 3. p. S. Thoma tom. 3. disp. 240. c. 3. Petrus Sotus loc. cit. Michael Medina de sacrorum hominum continentia c. 3. & 4. Michael Matuterus de Monarchia Ecclesiast. tom. 1. p. 2. lib. 5. c. 1. fol. 572. Fangosius p. 2. de regimine Reipublicæ lib. 7. disp. 16. §. 1. n. 1. Barbosa de officio, & potestate Episcopi p. 1. tit. 1. c. 1. Bac. lord. p. 1. lucubrationum prælud. 3. Reginald. in prax. pœnitent. lib. 30. tract. 1. num. 5. Raphael Auersa de Sacramento ordinis q. 1. sect. 6. vers. pro.* Resoluitur, dico primò: Hancque resolutionem esse certam, & de fide dicunt, & antiquos Theologos citant Doctores citati, & communiter *Canonistæ in c. quanto de consuetudine*, vbi nouissimè *Fagn.* & idem *Fagn.* fusè in *c. requisiuit de ordinatis ab Episcopo, &c num. 69. cum seq.*

Et hoc quidem extrà controuersiam
33 est, tàm apud Theologos, quàm apud Canonistas; solum tamen discrepantia est, an Episcopatus sit ordo, & Sacramẽtum, & imprimat characterem (vt videbimus infrà) quod patet ex *epist. Anacleti 3.* in qua circa principium dicitur, quod Sacerdotum ordo bipartitus est, & sicut Dominus illum constituit, à nullo debet perturbari, deindè paulò post explicat de quo ordine loquatur, dicit ordinem Episcoporũ sub Apostolis traditum, & institutum fuisse Sacerdotium tantum sub septuaginta duobus discipulis, vt & obseruauit *Fagnan. de requisit. num. 70.* Item aperta est ratio, quia Sacramenta non solùm quoad materiam & formam fuerunt instituta à Christo Domino, sed etiam quoad ministros: Episcopus autem est proprius minister ordinis, & confirmationis; ergò talis ordo à Christo institutus est. Alia argumenta adducunt Doctores citati, quæ hic omitto: quod fuerit autem necessarius Episcopatus in Ecclesia, & Republica Christiana optimè probant *Sotus de iustitia, & iure lib. 10. qu. 1. in 1. concl. Gerunda de Episcopo tom. 1. disp. 1. c. 5. & alij passim*, tùm vt inter Sacerdotes vnus in tota esset diœcesi, qui totam gubernaret; atque adeò, à quo Sacerdotalis iurisdictio penderet, ne videlicèt Presbyteri quoscumque obuios à peccatis absoluere temerè possent, tùm quia hæc Hierarchia Ecclesiastica militans ad instar triumphantis Ecclesiæ est constituta, in qua etiã ordines Hierarchici sunt distincti nempè, vt inferiores per superiores illuminentur. Item quia ad populi gubernationem necessaria est, tùm prudentia, & sapientia, tùm etiam morum probitas, & authoritas cogendi errantes in viam. Hæc autem (dicit *Sotus*) Sacerdotum multitudini suppetere non possunt, necesse ergò fuit tùm populo, tùm Clero Episcopum præficere, qui esset sicut Sol ad illuminàndum, & sicut norma ad regendum.

At si quæras quando sit institutus
34 Episcopatus, & an omnes Apostoli fuerint electi Episcopi à Christo Domino immediatè; ego veriùs existimarem dicendum, omnes Apostolos fuisse destinatos Episcopos ab ipso Christo Domino immediatè, licèt consacrati fuerint à Diuo Petro: instituit enim Christus Apostolos Episcopos, sed Petrus consacrauit, & sanè quis ignorat, quod aliud est institutio, aliud consacratio, vt benè distinguit *Maced. de clauibus Eccles. d. diss. 4. c. 2.* & consentit *Barbosa loco cit. de 1. num. 7.* & præcipuè *num. 8.* hoc enim fecit Petrus, vel præcepto Domini oretenus habito, licèt de eo mentionem non fecerint Euangelistæ, quia multa facta fuerunt à Christo Domino, quæ scripta non sunt, vt ait *Ioan. c. 20.* vel Spiritu San-

Digitized by Google

Sancto instructus; & ita intelligendus est *textus in c. in nouo 21. dist.* Vel etiam dici potest, quod incœpit ordo Sacerdotalis à Petro passiuè, non actiuè, quatenùs ab ipso ordo Sacerdotalis, seù Episcoporum incœpit, nõ autem quod ipse instituerit, vt dixit *Fagnan. loco cit.* Tem-
35 pus autem huiusmodi institutionis quale fuerit, & quando instituerit Episcopatum Christus Dominus, do in arbitriũ Lectoris, vt eligat opinionem magis sibi placidam. Vnum dico, quod Christus Dominus quia omnimodam habuit à Patre potestatem, & vno verbo potuit facere Apostolos Episcopos, credendum est piè, quod cum illos duodecim eligit in Apostolos, tùnc eosdem destinauit futuros Episcopos post ascensionem suam in Cœlis; nam dum ipse in Terris fuit, non erant Episcopi necessarij, quia per seipsum rexit Ecclesiam. Hanc
36 verò deliberationem perfeciſſe Christum Dominum post resurrectionem suam, vel cum dixit illis: *data est mihi omnis potestas in Cœlo, & in terra, euntes ergò docete omnes gentes baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, docentes eos seruare omnia quæcumque mandaui vobis*, quod proprium est Episcoporum, *& ecce ego vobiscum sum vsque ad consummationem sæculi. Matth. vlt.* Vel cum dixit, euntes in mundum vniuersum prædicate Euangelium omni creaturæ. *Marc. vlt.* vel cum dixit eis: Pax vobis, sicut misit me Pater, & ego mitto vos. hæc cum dixisset insufflauit, & dixit eis: accipite Spiritum Sanctum, quorum &c. *Ioan. vlt.* Hæc enim omnia in vnum tendunt, nec refert, quod tunc non aderat Thomas Apostolus, quia Christus Dominus potuit ei dare hanc potestatem, quando alias venit ad eosdem Apostolos, & Thomas cum illis erat. Potentia Christi Domini non est metienda cum regulis humanis, & optimè *S. Cyrillus lib. 12. in Ioãnem cap. 16.* ait, quomodò si tunc aberat, quando Christus sufflans, dixit: accipite Spiritum Sanctum, spiritus ipse particeps factus est dicimus? virtute Spiritus ex intentione dantis Christi in omnes discipulos pertransisse, non enim quibusdam, sed omnibus discipulis dedit, quarè liberalitate dantis non solùm præsentes, sed etiam absentes Apostoli Spiritum Sanctum receperunt. Sic no-
37 ta secundùm me, quod destinati fuerũt Apostoli Episcopi, cum eos in Apostolos destinauit antè passionem: perfecti verò fuerunt post resurrectionem; sicuti enim Pontificatus, & Principatus Ecclesiæ Petro fuit promissus à Christo Domino antè passionem, cum dixit: *tibi dabo claues*, & adimpleta promissio est post resurrectionem cum dixit ei tertiò, *pasce oues meas*, vt communiter Sancti Patres, & Doctores dicunt, & videre est penes *Bellarm. & Suarez* infrà citandos. Ità etiam dicendum videtur, quod Christus Dominus primò destinauit Apostolos Episcopos, cum eos in Apostolatum elegit; potestatem verò Episcopalem dedit post resurrectionem, non enim omnia simul dedit Christus Apostolis, sed
38 paulatim, vt notat *Macedo. loco cit. Bellarm. de Romano Pontifice lib. 4. c. 23. in fin.* & alij quamplurimi Doctores. Consacrationem autèm eorum Petro demandauit, atque à Petro receperunt, vt benè *Macedo. loc. cit. d. lib. 1. ac d. c. 7.* dicens: ordinem Episcopalem à Christo immediatè cœpisse, & Apostolos omnes à Christo in Episcopos immediatè institutos, cõsacrationem verò quoad cerimonias, & ritus à Diuo Petro expletas, ac ab ipso incœpisse. Christus enim Dominus ipsemet Petrum consacrauit immediatè in Episcopum cum potestate excellentiæ cum dixit ei pasce oues meas, vt dicunt *Barbosa, Præpositus, Cuperf.* & alij lo-
39 cis citatis, Petrus verò cæteros. Insuper existimo, quod cum Dominus dixit Petro, *pasce oues meas*, tunc supremam, authoritatem, & principatum totius Ecclesiæ ei dedit, atque ordinariam potestatem etiam supra cæteros Apostolos, vt latè explicant *Cardinalis Bellarm. 1. tomo contro. lib. 1. de Romano Pontifice c. 14. 15. & 16. Suarez defens. fidei contra Regem Angliæ lib. 3. de primatu Romani Pontificis c. 10. à num. 16. cum seq. Baron. an. 34. num. 202. & 203. Thomas Boz de sign. Ecclesiæ tom. 2. sign. 80. integro illo signo per multa capita, & in tract. de iure status Ecclesiæ*, vbi latè rem digerit, & alter *Bozius* scilicèt *Franciscus de Monarch. Eccles. per totum illum*

illum tractatum Abraham. Bzouius in lib. Romanus Pontifex c. 1. & c. 24. Nicolaus Sander. de visibili Monarchia lib. 6. per totum, præsertim c. 4. Michael Maculerus de Monarchia Ecclesiast. tom. 1. p. 2. lib. 2. per totum, præsertim c. 20. & antè istos *Cardinalis Caetanus in opusculis tract. 3. de Romani Pontificis institutione per totum, præsertim c. 10. & 11.* & omnium optimè *S. Thomas in 3. p. q. 71. alias 40. art. 6. ad 1.* ibi: *Pasce oues meas, ideſt loco mei, vt dicit Christus Præpositus, & caput esto fratrum*; per dicta enim verba *pasce oues meas*, non solum dumtaxàt potestatem pascẽdi spiritualitèr tradidit Christus Dominus Petro, vt falsò hæretici, cæterique
40 nouatores existimarunt, sed etiam regendi, & gubernandi politicè totum orbem Christianum, vt iam definitum fuit in Concilio Florentino in bulla vnionis, & communitèr dicunt Doctores, quia licèt pascere non significet principari, significat tamen Christi oues regere, in quo includitur principari, & si nõ significat principari, trahit secum principari, sicut trahit secum requirere, reducere, alligare, consolidare, custodire, sanare, &c. Etenim pascere non potest nisi superior, quarè præsupponit principatum, cui enim datum fuit pascere, datum quoque fuit esse superiorem, optimè, & fusiùs *Caetanus in opusc. 3. de instit. Romani Pontificis c. 11. vers. affirmamus, & vers. non oportet*; proindè cum dicta verba *pasce*, Petro dicta fuere, tùnc fuisse
Episcopatus ordinem institutum in Petri personam dumtaxàt dicunt Doctores, nempè *Præpositus, Turrecremata, Bel-*
41 *larm. & alij*; & semper restat firmum fuisse Episcopatus ordinem iure Diuino institutum, ac immediatè à Christo Domino, prout clarè probatur ex Paulo Apostolo ad *Ephes.* 4. & alibi, & magis euidenter apparebit ex infrà mox subiungendis. Hoc tamen intelligendum est de institutione ordinis Episcopalis in genere, non tamen in concreto, prout est in hoc, vel illo subiecto, vel in hoc, vel illo loco, vt optimè probat præ cæteris *Barbos. loco cit. nu. 24. Fragos. de regimine Reipublicæ Christianæ p. 2. lib. 8. disp. 18. §. 2. nu. 3. Maculerus d. p. 2. lib. 5. c. 10. fol. 555.* ibi: *Omnem Episcopalis culminis honorisque gradum, & ordinem à Sanctæ Romanæ, & Apostolicæ Sedis authoritate dependentem quoad applicatam limitationem personæ in individuo propter Sancti Petri principatum.*

Secundùm hanc explicationem eui-
42 dentèr apparet, quomodò Iudas in actibus Apostolorum *c.* 1. vocetur Episcopus, ibi *& Episcopatum eius accipiat alter*, non enim Iudas fuit verè Episcopus, sed destinatus talis, cum alij Apostoli Episcopi destinati fuerint; Apostolatui Iudæ enim debebatur Episcopatus, ideòque Episcopus vocatur, ità *Matedo. de clauibus Petri diff.* 4. *c.* 2. & si plerique alitèr respondeant, vt videre est apud citatos. Cæterum quando fuerint electi Episcopi S. Matthias, & S. Paulus, & S. Barnabas, vide Doctores adductos, præsertim *Baronium*, nam non consors est eorum opinio.

SECTIO SECVNDA.

Episcopatus an ordo sit Sacramentalis distinctus à Sacerdotali.

VIdendum est nunc breuitèr, quantum fieri poterit, an Christus Dominus
1 Episcopatum instituit, vt sit ordo Sacramentalis imprimens characterem, & distinctus ab ordine Sacerdotali. Et equidem controuersia hæc satis agitata est inter Theologos, & Canonistas; siquidem *S. Thomas in 3. p. qu. 71. alijs 40. art. 5.* proposito dubio, an Episcopatus sit ordo, respondet in corpore dicendũ, *quod ordo potest accipi dupliciter vno modo, quod est Sacramentum, et sicut priùs dictum est, ordinatur omnis ordo ad Eucharistiæ Sacramentum, vndè cum Episcopus non habeat potestatem superiorem Sacerdoti, quantum ad hoc, Episcopatus non erit ordo; alio modo potest considerari ordo secundum quod est officium quodam respectu quarumdam actionum sacrarum, et sic cum Episcopus habeat potestatem in actionibus hierarchicis respectu corporis mystici supra Sacerdotem, Episcopatus erit ordo,* & secundum hoc loquuntur authoritates inductæ, quod
2 etiam docuit idem *S. Thom. in 4. dist. 29. qu. 3. art. 2.* cum *S. Thoma* consentiunt quàplurimi Doctores, præsertim Theologi,

Digitized by Google

logi, qui existimarunt Episcopatum non esse ordinem, quatenùs est Sacramẽtum, præsertim *S. Bonauentura in 4. dist. 24. 2. p. tit. 2. qu. 3. D. Antoninus in 3. p. tit. 4. c. 6. Dominicus Sotus in 4. sentent. dist. 24. qu. 2. art. 3. in 1. concl.*, in qua firmat expresè
3 Episcopatum non esse Sacramentum ordinis, esse tamèn ordinem in quantum est dignitas, & gradus altior Sacerdote, cui eminentiora officia sunt addicta. Affert multas rationes *Sotus*, præsertim primò, quia septem ordines assignat Ecclesia. Secundò, quia ordines omnes referuntur ad Ecclesiæ Sacramentum, & in ordine ad Episcopatum, Episcopatus autem neque est ordo ministrandi Sacerdoti in Ecclesia, neque altior; nàm neque ad potestatem consecrandi est ei superior, quia Sacerdotum quisque æqualem habet potestatem, & quantum ad substantiam Sacramenti indè pendentem ab Episcopo; nam quicumque Sacerdos potest per se consecrare, tamẽ si quantum ad cerimonias accidentales Sacerdos dependeat ab Episcopo, qui
4 potest vasa, & vestes consecrare. Tertiò, quia sequeretur, quod si quis, antequam fieret Sacerdos, consecraretur in Episcopum, eumdem Episcopalem characterem cum gratia gratum faciente susciperet; siquidem in susceptione Sacramentorum non est essentialis ordo, vt superior ab inferioribus pendeat, vt patet in *tit. de Clerico per saltum ordinato*. Hoc autem est falsum, quoniàm si Episcopus consecraretur antequàm fieret Sacerdos, nihil fieret. Insuper si in con-
5 secratione Episcopi imprimeretur character, esset superior charactere Sacerdotis, atque adeò includeret potestatem consecrandi, & ità non esset opus alio præcedente ordine Sacerdotali. Dixit tamen *Sotus in respons. ad 2.* quod Episcopus, qui non via ad Sacerdotium, sed illud præsupponit, illudque perficit, non imprimit characterem nouum, sed idem character Sacerdotalis, dum Sacerdos in Episcopum consecratur, fit extensior, & amplior; extenditur enim ad aliqua munera exequenda, quæ antè non erant. Tandem dicit *Sotus*, quod Sacramentum ordinis confertur in Sabathis quatuor temporum, consecratio verò Episcopo-
rum dumtaxàt fit Dominicis diebus, in qua consecratione nulla apparet materia, & forma Sacramenti. Hæc & alia *Sotus*, qui respondet ad omnia argumẽta, quæ in contrarium afferuntur, & etiã docet, quod nulla noua gratia accipitur in consecratione Episcopi, quia gratia in Sacramento ordinis nõ confertur ad illa officia exercenda, quæ spectant ad
6 iurisdictionem, & gubernationem, sed ad illa, quæ ad potestatem ordinis attinent, alioquin maior gratia conferretur Archiepiscopo dum consecratur: gratia verò quæ ad potestatem characteris ordinis attinet completè per Sacramẽtum ordinis Sacerdotalis, confertur ad omnia administranda Sacramẽta, quæ quocumque tempore Sacerdos administrare debuerit, & ideò licèt dùm consecratur in Episcopum, extendatur eius potestas ad alia danda Sacramenta, nempè ordinem, & confirmationem, attamen non indiget noua gratia Sacramentali, idem *Sotus de iustitia lib. 10. q. 1. art. 2. in vltima conclus.*

7 Hanc eamdem sententiam docent *Reginald. in prax. for. pœnitentiali lib. 3. tract. 1. c. 1. nu. 5, Syluester in verbo ordo 1. q. 1. dub. 3. Rosella in verb. ordo 1. n. 4. Tab. verb. Episcopus q. 8. Ledesma de Sacramento ordinis dist. 5. 8. 9. & 10. Conarrunias variar. lib. 1. c. 10. num. 15. Lotterius de re benef. lib. 3. q. 35. à num. 32. cum seq. præsertim num. 38.* vbi dicit: Episcopatum esse ordinem, quatenùs ordo refertur ad dignitatem, non ad Sacramentum. Ex Canonistis antiquis videtur hanc opinionem tenere *Abbas Panormit. in c. ex literis de excess. Prelat. num. 4.* hanc etiam opinionem tenet *Bonac. de Sacramentis disp. 8. q. vnica p. 1. n. 3. & alij*. Nam cum hi Doctores negant esse ordinem, Episcopatum, negant etiam esse Sacramentum, & è contra aduertunt *Vasquez in 3. p. S. Thom. sect. 3. dist. 24. Ioannes Dicastillus tract. 6. de Sacramento ordinis disp. 1. dub. 5. num. 31.* tenent enim Theologi
8 Episcopatum esse quidem ordinem largo modo sumptum, & dumtaxàt hierarchicum, non autèm ordinem, vti Sacramentum, vt scripsit expresè *S. Thomas in locis citatis*; hanc etiam sententiam apertè videtur *Azorius p. 2. lib. 3. c. 27. in*

3. qua-

3. *quæsito*, vbi docet, quod si ordo accipiatur, vt est nomen officij, gradus, dignitatis, administrationis, & potestatis in conferendo Sacramenta, Episcopus alium ordinem habet, atque Sacerdos cum in superiori, & eminentiori gradu sit dignitate, officio, & potestate constitutus, & cum aliqua Sacramenta possit Episcopus administrare, & conferre, quę Presbyter non potest. At si ordo accipiatur, prout nomen potestatis in corpus Christi consecrando, & offerendo, tunc Episcopatum non esse ordinem, ptout Theologi veteres sentiere, verius probat *Azorius*, nam in hac acceptione Episcopatus non est distinctus à Sacerdotio.

9

Alij verò in contrarium existimarũt,

10 Episcopatum esse verum ordinem Sacramentalem, ita communiter Canonistæ *Præpositus in c. 1. 21. dist. nu. 3. Hostiens. in c. cum contingat de ætate, & qualitate num. 5. Ioan. Andrea in d. c. cum contingat num. 3. Abbas ibidem num. 3. Antonius de Butrio ibidem num. 7. Fagn. nouissimè in c. quanto decens, vt & in c. requisiuit de ordinatis ab Episcopo*, vt latè *Cardinalis Tuscus in litt. O. conclus. 189. num. 10. Petrus Sotus de inst. Sacerdotali de Sacramento ordinis lect. 4. sub vers. ex his igitur. Michael Medina de sacrorum hominum continẽtia c. 15. Scotus in 4. dist. 24. art. 2. Altisidor. lib. 4. sum. in c. de sacramento ordinis. Sà in verbo ordo num. 7. Coninch. de Sacramentis disp. 20. dub. 2. Beccan. c. 26. q. 3. de Sacramẽto ordinis. Fornarus de ordine c. 1. Nauar. in sum. c. 22. num. 18. Gabriel Vasquez in 3. p. S. Thomæ 3. disp. 240. c. 3. & 4. n.* quod & probat respondens obiectis *Soti, Cardinalis Bellarm. de Sacramento ordinis c. 5. per tot.* vbi ostendit ordinationẽ Episcopi esse Sacramentum iure, & propriè dictum. *Sanch. Z cons. lib. 7. c. 1. dub. 9. nu. 3. Dicastillus loco nuper citato d. dub. 3. n. 34. Layman. lib. 5. tract. 9. c. 3. Auersa de Sacramento ordinis p. 1. sect. 6. vers. dicto secundo. Diana* recedens à contraria opinione *par. 12. in tract. de consecratione Episcopi res. 2.* vbi docet esse verum ordinem, & *res. 6.* in qua docet Episcopatum esse Sacramentum, & *res. 9.*

Quinimò nonnulli ex citatis docent

11 contrariam sententiam post Tridentinũ defendi non posse, atque incurrere in manifestissimum errorem, ità *Medina, Petrus, Sotus, Vasquez, Nauar.* & alij citati, quibus adde *Gerundam de Episcopo tomo 2. lib. 8. disp. 6. c. 1. nu. 6. & c. 3. Turianum in selectis cent. 3. dub. 85.* hanc sententiam tenet etiam *Pac. Iord. p. 1. pralud. 4. n. 7.* eamque magis dilucidat.

Probant hanc sentẽtiam pluribus ra-

12 tionibus, & argumentis. Primò, quia scripturæ, quibus Catholici probant ordinationem esse Sacramentum, de ordinatione Episcopi loquuntur, vt patet ex *Timoth. 1. c. 1. 2. & 4.* in quibus locis distinctè ponitur, vt dicit *Bellarm.* symbolum externum cum promissione gratiæ, & agitur in his locis de ordinatione Timothei, qui Episcopus fuit creatus à Paulo. Item actorum 13. agitur de or-

13 dinatione Pauli, & Barnabæ. Hinc si ordinatio Episcopalis non est Sacramẽtum, non possumus ex scripturis apertè probare ordinationẽ esse Sacramentum.

Rursùs probatur, quia ordo, vt dici-

14 tur talis, est quædam potestas, seù gradus, secundum quem alius est alio superior, vel inferior in ordine ad conficiendum Sactamentum Eucharistiæ in Altari: sed Episcopatum constituit hominem alijs superiorem, etiam in ordine ad cõficiendum Sacramentum Altaris; nam quamuis prout distinguitur à Presbyteratu, non ordinatur per se ad consecrandum Christi Domini corpus, & sanguinem, sed supponit hanc potestatem: actamen ordinatur ad illud, in quantum per huiusmodi gradum potest alijs dare hãc potestatem consecrandi corpus, & sanguinem Christi Domini in Altari, quia proprium Episcoporum est Sacerdotes creare; ergò Episcopatus est ordo propriè dictus: Episcopus enim efficit, & constituit Ministrum sacrificij missæ per suam Episcopalem potestatem sacrificãdi, quod si sola potestas ministrandi cõstituit ordinem Acholyti, vt dicit *Dicastillus*, & potestas exorcizandi, vt meliùs quis aptetur ad assistendum missæ, est ordo, & censetur ex eo capite quis ordinatus ad sacrificium, cur non multò magis cẽsetur ad sacrificium ordinata potestas Episcopalis, quæ non iam disponit assistentẽ missę sacrificio, sed confert potestatẽ sacrificandi, & cõstituit Sacerdotẽ?

Addit

Digitized by Google

Addit *Bellarm.* quod cum ordinatio Episcopalis sit cerimonia imprimẽs cha-
15 racterem spiritualem,& conferens gratiam, sequitur esse verissimũ Sacramentum. Probat antecedẽs,& primo de charactere, ex eo quod Episcopalis ordinatio non potest repeti: Item, quia Episcopus duo Sacramenta conficit nimirum confirmationem, & ordines sacros, quæ non possunt alij ordinis inferioris conferre; ergo habet Episcopus ex sua ordinatione spiritualem potestatẽ,ac nouum characterem. Et si dicatur quod non sit opus nouo charactere, sed satis esse, si estendatur character presbyteralis,dicit *Bellarm.* quod qui ita differunt, aut volunt reipsa extendi characterem illum,aut solum in significatione, vt scilicet in Episcopo sit signum plurium potestatum, pauciorum autem in presbytero. Si primum dixerint,eadem vis, & efficacia requiritur ad characterem reipsa extendendum, ac ad imprimendum nouum, & cerimonia, quæ habent effectum istum spiritualem, & supernaturalem, idest realem extensionem characteris, erit sine dubio Sacramentum; si
16 vero solum significatione, tunc licet character non agat reipsa,sed sit signum pacti Dei cum homine de concursu diuino in actionibus illis Sacramentalibus, tamen hoc signum est reale, & ideo sicut vbi est spiritualis potestas, colligimus realem esse in anima characterem; ita quoque vbi est additio nouæ potestatis,oportet colligere additionem realem characteris, aut nouum characterem, quod probabilius est. Pergit *Bellarm.* & ait, quod si magis distant inter se potestates confirmandi, & consecrandi Eucharistiam,quam potestas legendi Euangelium, & Epistolam in sacrificio, dum propter ista admittuntur distincti characteres in Diacono, & Subdiacono, nec dicitur vnum extendi; cur igitur non erunt distincti in presbytero, & Episcopatu?.

Quod vero Episcopalis consecratio conferat gratiam,probat *Bellarm.* mani-
17 festissimo argumento,nam ideo probant Theologi in ordinatione presbyterali dari gratiam, quia debet presbyter quædam Sacramenta ministrare, quæ sine gratia dignè non ministrantur; Episcopus autem debet quædam etiam Sacramenta ministrare, scilicet Sacramentum confirmationis, & ordinationis,quæ sine gratia non dignè ministrantur.

Mirabile, ait *Bellarm.*,esse, quod multi velint ad officium Diaconi, & subdia-
18 coni requiri nouam gratiam,ideoq;illas ordinationes esse Sacramenta, & ad officium Episcopi, quod est sine vlla comparatione difficillius, & excellentius non sint gratiam requiri quod confirmatur ex ipso ritu consecrationis Episcopi, ex quo dignoscimus,quod in nulla aliarum ordinationum adhibentur tot solemnitates,quot in ipsa, nam interuenit manus impositio, vnctio, & plurima alia.Nec credibile est tot Sacramentalia instituta vbi nullum Sacramentum.

Item probatur ex *Anacleti epist.3.c.1.* vbi dicit ordinem Sacerdotalem bipar-
19 titum esse,scilicet Episcoporum, & Sacerdotum, quod & asseruere alij Pontifices summi, vt videre est apud *Dianã*, & alios locis citatis.

Probat quoque hanc sententiam *Vasquez,quia Trident,sist.23.c.3.* definiuit
20 per sacram ordinationem gratiam conferri, ac proinde esse Sacramentum, & ordinem gradum illũ Ecclesiasticæ hierarchiæ,in quo interuenit aliqua Sacra ordinatio,at Episcopatus est huiusmodi; nam idem *Trident.c.4.* ad hierarchicum ordinem pertinere precipuè Episcopatum,ergo est ordo, & Sacramentum.

Ampliatur hæc ratio, quia non potest aliquis constitui in aliqua hierarchia, nisi per aliquam sacram ordinationem:
21 sed Episcopus cõstituitur in hierarchia Ecclesiastica, & à Concilio expresè id asseritur, etiam distinctè loquendo de Episcopatu, ac de Sacerdotio; ergo Episcopus recipit ordinem sacrum, gratiam, & Sacramentum.

Confirmatur ex *Paulo ad Thimot.* 4. noli negligere gratiã, quæ data est tibi per Prophetiã cum impositione manuũ
22 presbiterij,& ex *Ambrosio lib.de dignitate Sacerdotali c.5.* ibi,quis dat frater Episcopalem gratiam Deus, an homo; Respondet sine dubio Deus, sed tamen per hominem dat Deus; ex quibus habetur in ordinatione Episcoporum, per homi-

Digitized by Google

nem ordinantem dari à Deo gratiam: cũ autem gratia non conferatur, nisi suscipiatur ordo, & conficiatur Sacramentum, vt supponitur tamquam certum ex comuni Theologorum in hac materia sententia; clarè liquet Episcopatum esse ordinem.

At breuiori ratione probat hanc eandem sententiã *Auersa loco cit.*, quia cum
23 Episcopatus fuerit institutus à Christo, & tribuat potestatem administrandi validè Sacramenta quædam, quæ alioquin per se non possunt validè à meris Sacerdotibus conferri: & hæc Sacramentorum administratio, vt dignè fiat, requirit sanctitatem ministri; consequenter fatendum erit Episcopatum imprimere characterem talis potestatis, & conferre gratiam ad hanc dignam administrationem, atque adeo verè esse ordinem, & Sacramentum.

Verum non concordant inter se Doctores citati tenentes sententiam, quod
24 Episcopatus sit ordo, & Sacramentum; nam multi ex ipsis docent non esse omninò distinctũ à Sacerdotio. Dicit enim *Bellarm. loco cit. vers. resp.* Episcopatum esse ordinem vnum cum presbyteratu, sed genere non specie, nam ordines sumuntur ab habitudine, quam habent ad Eucharistiam, & quia summa circa eucharistiam est potestas ipsam conficiendi; ideo primus ordo est Sacerdotalis, idest eorum, quæ eucharistiam consecrare possunt, neque supra hunc potest fingi alius ordo maior vel superior. Quia vero hanc potestatem vario modo participant præsbyteri, & Episcopi, inde sunt duo species Sacerdotum, qua præsbyteri in consecranda eucharistia, saltem quoad vsum, pendent ab Episcopis, qui possunt interdicere, ne consecrent, vel suspendere ad tempus, vel præcipere vt tali loco, tali modo, tali tempore celebrent, & præterea idem presbyteri nõ habeant potestatem, vt illum alijs communicare possint, hæc *Bellarm.* sed plus dicit *Dicastillus loco cit.* & cum eo, *Diana loco cit.*

Quod si dicatur id non esse verum, nam Episcopus ex sua consecratione
25 non habet, vt possit eucharistiam consecrare, sed solum confirmare, & ordinare, ideo genere non conuenit cum præsbyteratu, sed esse rem distinctã, & diuersissimam. Replicat *Bellarm.* Episcopatum includere in sua ratione & esse ntia Sacerdotium, loquendo de potestate ordinis, de qua sola est sermo, nã non potest
26 intelligi Episcopus qui non sit Sacerdos, cum nihil aliud sit Episcopus nisi summus Sacerdos, sicut Papatus includit intrinsecè, & essentialiter Episcopatum, licet multa superaddat, sic sequitur, vt Episcopalis ordinatio integra consurgat ex duplici ordinatione, & character Episcopalis integer, & perfectus non sit vna simplex qualitas, sed quid compositum ex duplici charactere, sic duo Sacramẽta requiruntur ad Episcopum constituendum. Vnde respondet ad
27 argumentum, quod Episcopus non habeat, vt possit consecrare Eucharistiam verum ex sua vltima ordinatione cum tamen non id habeat ex alia ordinatione præcedente, quæ etiam est de essentia Episcopatus, sicut homo non habet ex differentia sua specifica, vt sit sensibilis, tamen id habet ex genere suo, proinde ex sua natura, quæ ex genere, & differentia constat hæc *Bellarm. Sanchez in d. lib. 7. c. 1. dub. 9. n. 8.* non placet hæc explicatio *Bellarm.*, & dicit, quod sicut consa-
28 cratio panis, & vini cõstituũt vnum Sacramentum tamquam partes eius integrales heterogeneæ; sic consa cratio simplicis Sacerdotis, & summi Sacerdotis est vnum Sacramentum tamquam perfectum, & imperfectum. Episcopus enim non est aliud quam Sacerdos primus, sic non octo sunt ordines, quia ordo Sacerdotalis, & Episcopalis est vnus specie differens, & Episcopalis est perfectus, & consumatum, sacerdotalis imperfectus.

Gabriel Vasquez loco cit. c. 5. n. 47. vers. mihi. Existimat Episcopatum esse verum ordinem, & Sacramentum, non ta-
29 men distinctum à Sacerdotio, non quod omninò idem sit Episcopus quod Sacerdos, sed quod Episcopus sit quasi Sacerdos magis perfectus, sicuti de Sacerdote ratione potestatis consecrandi, & absoluendi non habens diuersum ordinem in Sacramentum, sed eumdem magis perfectum; atque ita non esse duos integros ordines Sacerdotum ratione illarum

Digitized by Google

rum duarum potestatum, pro qua sua sententia citat *Durandum Plaudianum, & alios, & c.6.n.54.* & ita discurrit quo-
30 que *Diana d.trac. 12. ref.3.* Item *Vasquez* existimat, quod in ordine Episcopatus non imprimatur character omnino distinctus à præcedente, nec extendatur præcedens, sed permanente eodem charactere cõferatur alia potestas distincta à præcedente: & addit *Vasquez* quod licet verum esset, quod per ordinationem Episcopalem imprimeretur character omninò diuersus à charactere Sacerdotali, sicut Sacerdotalis omninò distinctus ab alijs; nihilominus non foret, vt non prę̃misso Sacerdotali, Episcopalis imprimi possit, sicut imprimi potest Sacerdo-
31 talis non præmisso Diaconali, quia ita instituti sunt huiusmodi ordines, vt Sacerdotium collatum non præmisso ordine Diaconatus verum & firmum sit: at potestas absoluendi à peccatis non præmissa potestate consecrandi, vel Episcopatus non prę̃misso Sacerdotio si facto, non iure conferatur, neque rata, neque vera ordinatio sit, quod in comuni sententia est, hæc *Vasquez*. Hanc sententiam quoque videtur tenere *Ochaganiam de Sacramento tract. de ordine 96. à n.6. Hurtad. de ordine diff.3.*

Inuehitur quoque *Vasquez contra Sotũ c.4.n.39.& 40.* eo quod dixerit *Sotus*,
32 Episcopatum non esse ordinem sacrum, neque per hunc conferri gratiam, & tamen concedit imprimi characterem, non quidem omninò distinctum à Sacerdotali, sed veluti gradum quemdam ipsius Sacramenti extensiorem; nam, dicit, nescio, qua ratione adduci poterit, vt negaret per hanc ordinationem gratiam conferri, nam hoc posterius semper coniunctum videtur cum priori, & *Concilium Trident. sess.23.c.3. Ordinationi sacra*, quam dixerat esse Sacramentum, gratiam conferre. & *c.4.* characteris impressionem tribuit, valdeque mirabile esse, quod Sotus dicat, Subdiaconatum esse ordinem Sacramentum à Christo institutum ad conferendum gratiam, Episcopatum autem multo Superiorẽ à Christo quidem institutum esse, ad extendendum characterem, non autem ad conferendum gratiam, neque ordinem propriè, neque Sacramentum esse. & rursus velit quatuor minores ordines verè, & propriè ordines esse, licet à Christo non fuerint instituti, & licet ex eius sẽtentia characterem non imprimant; Episcopatum autem à Christo institutum esse, & in eius consecratione characterem extendi, ordinem tamen propriè, & Sacramentum non esse.

Dicastillus loco cit. dub.3. n.39. & alij vtuntur alio vocabulo, & dicunt ordi-
33 nem Episcopatus non esse totaliter distinctum à Sacerdotio, sed partialiter, & essentialiter supponens Sacerdotium, & censeri ordinem complentem, & perficientem ordinem Sacerdotij: non solum eo modo, quo potestas absoluendi complet, & perficit simplex Sacerdotium, quia sicuti potestas absoluendi necessario ex institutione Christi prę̃supponit potestatem consecrandi, adeò vt hac non præsuppositа, nequeat illa conferri, ita etiam potestas efficiendi Sacerdotes necessario præsupponit ordinem, & potestatem simplicis Sacerdotis, qua non præsuppositа non potest validè conferri, itaut meritò Episcopus appellatur Sacerdos perfectus, & fecundus potens alios Sacerdotes creare.

Nihilominus dicit *Dicastillus num.4.* quod adhuc maiorem distinctionem, seu
34 separabilitatem possumus agnoscere inter Episcopatum, & Prę̃sbyterum, quã inter potestatem absoluendi, & consecrandi: sunt hęc inter se annexa, vt vna nequeat licitè ab alia separari, etiã substantia non mutata: quamuis enim prius per aliquam temporis moram conferatur potestas consecrandi, quam potestas absoluendi, sequitur tam hæc illam prę̃cisè, cum tamen potestas simplicis Sacerdotis conferri possit, vt patet, absque collatione Episcopatus, sed hoc accidentale est. Quod si aliquis nimium contendat absolutè concedendos esse octo ordines Ecclesiasticos propter hanc actualem distinctionem, & separationem, nõ tamẽ dicat esse nouem ordines propter distinctionem potestatis consecrandi, & absoluendi, quæ nullam separationem permanentem admittunt, sed quasi
35 per modum vnius simul successiuè conferuntur. Non multum contendendum

Digitized by Google

est; res enim ipsa vera est; quicquid sit de modo loquendi, secundum quem loquēdi modum potest assignari disparitas cō secrādi, & absoluēdi, quāuis duo dicātur Presbyteratus, & Episcopatus Ordines.

Alij vero præsertim Canonistæ nem-
36 pè *Præpositus Hostiens. & alij citati Nauar. in serm. c. 22. nu. 18. Michael Medina de sacrorum hominum continentia cap. 16. & 18. Petrus Sotus de Sacramentis sect. 4. Marcus Ant. Cuchus instit, maior. lib. 2. tit. 6. Campasulis in diuers. iuris Canonici rubr. 6. c. 4. n. 4. Barbos. de iure eccles. lib. 1. cap. 6. num. 3. Prosper Fagnan. in cap. requisiuit de ordinatis ab Episcopo à n. 33. cum sequent. & nouissimè Emanuel Gonzalez in cap. ne Episcopi de tempore ordinat. n. 4. qui citat Anton. Dianam p. 12. ref. 9.* docent Episcopatum non solum ordinem, & Sacramentum verum distintum à sacerdotio esse, sed nouum characterem imprimere, aduertè tamen, quod *Anton. Diana d. ref. 9.* contrariam probabilem putat, & *citat Philippum Fabrum in 4. sentent. dist. 24. qu. 1. c. 2. num. 43. tenet hanc sententiam à fortiori Gerunda tom. 2. lib. 8. disp. 6. c. 3. p. 5.* vbi docet distinctionem inter Sacramētum consecrationis Episcopalis, & Sacerdotalis esse iuris diuini.

Adducit pro hac sententia *Fagnanus*
37 multos sacros Canones nempè *c. requisiuit de ordinatis ab Episcopo*, qui renunciauit Episcopatui, in quo textu habetur, quod qui se fecit ordinari ab Episcopo, qui, & loco, & dignitati renunciauit; si scienter, exequutionem ordinis sic susceptì non habebit, si ignoranter, poterit cum eo Episcopus dispensare; clarè ergo indè colligitur, quod in consecratione Episcopi imprimitur character, qui est indelebilis: alias si non imprimeretur character, nouiter esset ordinandus ille, qui se fecit ordinari ab Episcopo, qui renunciauit dignitati Episcopali; imprimitur ergo character indelebilis in tali consecratione Episcoporum, vt clarè probat textus, & si imprimitur character, est ordo Sacramentalis. Item adducit *can. cleros 21. dist. cap. auditis 25. dist. c. Diaconos 93. dist. cap. cum in præterito 84. dist. Can. p. omnium Sacerdotum 32. dist. cap. sanctitas iuncta glosa verbo à capite 50. dist. c. p. ordinationes Episcoporum c. quod die 75. dist. c. si seruus 54. dist. ibi Episcopalis ordo c. Episcopus 23. dist. ibi Episcopus cum ordinat, c. porrò 66. dist.* Item adducit *c. si Archiepiscopus, & ego addo c. ne Episcopi de temp. ordinat. c. veritatis de dolo, & contumacia*, vbi Episcopus fuit depositus, non enim deponitur nisi ab ordine *cap. 1. de testamentis ibi* antè Episcopatus ordinem *c. aqua de consecratione Ec-*
38 *clesiæ, vel Altaris, ibi*, quæ ordinis sunt Episcopalis in his omnibus sacris Canonibus Episcopatus vocatur ordo, nec cōueniens est in tot tantis sacris Canonibus accipi ordinem largè, & impropriè, cauillari enim possent omnia iura Canonica, quæ Sacerdotes, Diaconos, ac Subdiaconos ordines vocant. Optimè etiam alludit textus in *cap. cum in cunctis* de electione in quo textu Episcopatus connumeratur inter sacros ordines.

Adducit etiam *Fagnanus Sacrum Concilium Trident. sess. 23. cap. 4.* antè canones vbi dicitur insuper Sacrosancta, Synodus in ordinatione Episcoporum Sacerdotum, & cæterorum ordinum; illa
39 enim particula cæterorum est implicatiua similium: sicut enim sacerdotium, & cæteri ordines sacri sunt veri ordines, & Sacramenta, conferunt gratiam, imprimuntque characterem; ita & Episcopatus est ordo Sacramentum, imprimitque characterem.

Probat etiam pluribus rationibus, & argumentis nempè quia gratia confertur in Sacramentis, non autem in sacris cęremonijs *S. Thom. 1. 2. q. 108. art. 2.* ad se-
40 cundum, nam proprium est Sacramentorum gratiam conferre gratum facientem, vt definitum in *Trident. sess. 7. can. 6. 7. & 8.* de Sacramentis in genere, sed in ordinatione Episcopi confertur gratia, vt patet *1. ad Thimot. c. 4 ibi* noli negligere gratiam, quæ in te est, quæ in te data est tibi per prophetiam cum impositione manuum Presbyteri; loquitur enim ibi Paulus de ordinatione Thimothei in Episcopum, & tamen dicit per talem ordinationem fuisse gratiam datam *Thimotheo.*

Item ordo definitur communiter à Theologis, vt sit signaculum quodam
41 quo traditur spiritualis potestas ordinato. *Summista in verbo ordo. S. Thom. in 4. dist. 24.*

Digitized by Google

dist.24.q.1.art.1. & in traditione instrumenti imprimitur character. Sacramentum quoque definitur in *S. C.T. sess.13.* 14. de Sacramento Eucharistiæ, vt sit symbolum rei sacræ, & inuisibilis gratiæ formam visibilem continēs. Vtraque autem definitio per omnia conuenit ordini Episcopatus, nam quod pertinet ad signaculum, vel symbolum, seu formam visibilem, Episcopatus traditur per instrumentum videlicet per impositionem libri Euangeliorum super ceruice ordinandi, prout statuitur in *Concilio Cartaginen.4.c.Episcopus cum ordinatus* 23. *dist.* quæ enim impositio est essentialis, vti dicit *Turrecremata in d.can. & Canonista in cap. vnico de sacra vnctione*, & cum dicto Concilio concordat Pontificale Romanum, & cum imponitur dictum librum Euangeliorum profertur forma. Hinc *Fagnan.n.56.& 57.* inuehitur contra *Vasquez in 2.p.tom.3.disp.240. nu.62.* & dicit, quod *Vasquez* non aduertit ad Pontificale Romanum; igitur Episcopatus est verè ordo, & Sacramentum, & distinctus ab ordine Presbyterali, quia habet specialem materiam, & formam
42 distinctam ab alijs ordinibus, (constat enim distingui Sacramenta per diuersā materiam, & formam) insuper habet diuersos ministros, atque Episcopus est minister cæterorum Sacramentorum diuersasque functiones facit, quas nequeūt simplices Presbyteri, vt patet in *c. perlectis 25.dist.* & eo magis, quia (vt infra diffusius dicetur) Episcopi distant à sacerdotibus; ergo diuersus ordo Episcopatus à sacerdotio, & hoc defendet *Fagnan.n.61.62. & 63.*

Rursus adducit etiam *Fagnan.* pro hac sua sententia confirmanda, quia potestas iurisdictionis non confertur Epi-
43 scopo in eius consecratione, quia illam accipit, cum confirmatur etiam ante cōsecrationem, prout in *c.trasmissa de electione*: potestas autem ordinis traditur in consecratione; ergo clarè apparet, quod Episcopatus est ordo, prout ipse ratiocinatur *n.* 64. Item quia Episcopi, & Papa quantum attinet ad ordinem, & consecrationem sunt æquales, vt in *c.in nouo* 21. *dist.* licet distent quoad potestatem iurisdictionis, cum Episcopi inferiores sint vocati in partem sollicitudinis, non in plenitudinem potestatis *c. decreto 96. c. multum 396.*

Probat insuper *Fagn.* hanc sententiā,
44 quia ordo est à Christo Domino institutus, & est Sacramentum, vt definitum est in *Sacro Concil.Trident. sess.23. can.3.* de Sacramēto ordinis. Episcopalis enim ordo à Christo institutus est, prout admittunt omnes Catholici, & patet ex *epist.3. Anacleti Papæ*, nec hoc absque nota hæresis negari poterit, cum sit in *Tridentino sess.23.can.6.& 7.* definitum; damnat enim Concilium asserentes, Episcopos non esse Presbyteris superiores. Ex his enim definitionibus Cōcilij clarè apparet, Episcopatum esse ordinem, & Sacramentum atque à sacerdotio distinctum, prout ipse latius discurrit *nu.*
45. *& 71.* & quamuis in primitiua Ecclesia idemque Presbyter, ac Episcopus videbatur, hoc tñ fuit in quantum ad nomen, non vero quoad substantiam idem esset.

Adducit etiam forte argumentum *Fagnan.n.73.74.& 75.* quia in casibus à iure expressis cum Episcopus erit tradendus Curiæ sæculari, actualiter degradandus est iuxta ritum Pontificalis, & assistentibus duodecim Episcopis iuxta *cap.felix 15.q.7.* ergo Episcopatus est ordo verè, & realiter: alioquin non esset possibile degradari actualiter ab ordine, quem non haberet, cum priuatio habitū supponat: neque in hac degradatione actuali consideratur ordo Episcopalis vti dignitas, vel officium, quia à dignitatibus, vel officijs non fit solemnis degradatio, sed verbalis depositio, seu per sententiam priuationis. Officia enim nuda voluntate conferuntur, & ita auferri possunt; sed in ordine, quia interuenit factum verbis, & signis, ideo requiritur degradatio realis. Ergo cum in Episcopo fiat degradatio realis, etiam in his quæ specialitèr Episcopo competunt; auferuntur enim ab eo non solum quæ vti sacerdoti, sed etiam ea quæ vti Episcopo data fuerunt; nam aufertur mitra, Euangeliium, anulus, baculum, abraduntur pollices, manus, & caput; ergò clarè apparet quod Episcopatus est ordo, & Sacramentū.

Demum *Fagnanus n.77.* probat hanc sen-

Digitized by Google

ſententiam hoc modo. Eccleſia hęc mi-
46 litans, & Eccleſia Hierarchia ſimilis eſt Cęleſti, ac Triumphanti, & ad eius ſimilitudinem formata, *Dionyſius de Eccleſiaſtica Hierarchia c.6.*, ſed in illa ſunt nouem ordines Angelorũ, ita quoq; in hac debẽt eſſe nouẽ ordines Eccleſiaſticorũ.

Hanc ſententiam Canoniſtarum vi-
47 detur omninò tenere ex *Theologis Pater Auerſa qu.1.ſect.7.* in qua primam ponit concluſionem, & dicit quod Epiſcopatus non ita diſtinguitur à ſacerdotio, ſicuti alij ordines inter ſe, & hãc aſſertionem dicit *Auerſa* non ſolum eſſe de mente Doctorum negantium Epiſcopatum eſſe diſtinctum à ſacerdotio, ſed etiam eſſe de mente illorum, qui affirmant diſtinctum, quod accurato modo explicat, & probat; Quia Epiſcopatus cum ſacerdotio ita ſe habet, quod niſi illud in ſubiecto ſupponat, non validè conferatur, & oportet de nouo ordinari Sacerdos, & poſteà Epiſcopus de nouo fieri: alij autem ordines ità ſe habent, quod ſolum ex præcepto Eccleſiæ eſt inter eos connexio: & in quantum ad ſubſtantiã valet reuera quicumque ordo collatus non ſeruato ordine. Rurſus Epiſcopatus conuenit cum ſacerdotio, quia cuicumque confertur poteſtas conficiendi valdè quædam Sacramenta per alios non poſſunt validè confici, nam ſacerdotium dat poteſtatem conficiendi Euchariſtiã, & abſoluendi à peccatis, & vngendi in articulo mortis: Epiſcopatus verò dat poteſtatem per ſe confirmandi, & ordinandi; ſic conueniunt in quodam genere proximo, ſub quo conueniunt reliqui ordines, qui non præbent poteſtatem ad aliquod Sacramentum conficiẽdum,
48 vt fuſiùs ipſe declarat. Secundam ponit concluſionem, & dicit, quod abſolutè, & ſimplicitèr videtur diſtingui Epiſcopatus à ſimplici præuio ſacerdotio, quam aſſertionem tenere dicit illos, qui docent diſtingui Epiſcopatum, & ſacerdotium, vt *Bellarm. & alij*, quod explicat, & commemorat, quia quando aliquis ritus ſe habet tamquam pars, aut perfectio cuiuſdam totalis, ſiuè cuiuſdã Sacramenti ſolet, ac debet omninò ſimul moraliter adhiberi cum alia parte, nec debet confici vna pars abſque alia, vt in ordine ſacerdotali de iure diuino in eadem ordinatione cõferri debet poteſtas conſecrandi, & poteſtas abſoluẽdi à peccatis, & ſic in Sacramento extremæ vnctionis, in Sacramento Euchariſtiæ: at ordinatio alicuius in Epiſcopatum poteſt, & ſolet fieri longo tempore, & annorum ſpatio poſt ordinationem illius in Sacerdotẽ, immò cum ſunt multi Sacerdotes, paucis conceditur Epiſcopalis ordinatio, & vt plurimum remanet purum ſacerdotium; non ergo ſe habet Epiſcopatus tanquam complemẽtum, & perfectio ſiuè tamquã pars vnius ordinis, & Sacramenti totalis cum ſacerdotio, ſed potius dici debet ſimplicitèr ordo diſtinctus.

Addit aliam rationem optimam *Pater Auerſa*, quia quando eſt vnum Sacramẽ-
49 tum habens plures partes non confert diſtinctum ordinem, effectum gratiæ per vnam, & aliam partem, ſed vnicum ſibi adęquatum, vel in fine vltimæ partis, vel ſi confert in priori parte, non ſuperaddit alium in altera parte, ſtante eadem diſpoſitione ſubiecti: ſic in extrema vnctione nõ conf rt illa gratiam per quaſcumque partes, ſed ſolum in vltima parte, & in Sacramentum Euchariſtiæ, qui communicat in vtraque ſpecie, non recipit alium effectum gratiæ in ſpecie ſanguinis præter eam, quam receperat in ſpecie corporis, niſi interim melius diſponatur. At in ordinatione Epiſcopatus per ſe ſeparatim confertur nouus effectus gratiæ præter illum, qui collatus fuit in ordinatione Sacerdotali; Ergo Epiſcopatus non ſe habet tamquam pars vnius Sacramenti cum ſacerdotio, ſed ſimplicitèr ab illo diſtinguitur.

Layman.loco cit.d.c.3.n.6. mediam inter
50 hos Doctores, Theologos, & Canoniſtas ſententiam adducit, ità ſcribens; verumtamen alij Doctores, & *Durandus in 4. diſt.24.q.6.n.8. Palud. q.7.art.3.& 4. Vaſquez diſp.240.c.5.* Epiſcopatum non numerat ordinem vt diſtinctum à Presbyteratu, quippe quem intrinſecè includit, ideoque vnum perfectum cum eo ordinẽ efficit, quando quidem nemo poteſt eſſe, aut fieri Epiſcopus, niſi habeãt ordinem Presbyteratus, vt benè explicat *Bellarm. de Sacramento ordinis cap.5.* diligẽtèr itaque

Digitized by Google

que hoc loco notandum est quod cum Episcopatus dicitur ordo, & quidam superior Presbyteratu non esse accipiendum Episcopatum in sensu diuiso, aut incompleto secundum potestatem ordinandi, & confirmandi, quæ ordini Presbytetatus superadditur, quia hæc potestas minor est, quam potestas consecrandi corpus, & sanguinem Christi, quippè qua nulla maior, aut excellentior homini conferri potest, sed debet accipi in sensu composito & completo, quatenus Episcopatus necessario supponit, & intrinsecè includit acceptum ordinẽ Presbyteratus, & potestatem cõficiendi corpus, & sanguinẽ Christi; est igitur Episcopatus secũdum diuinam constitutionem perfectior Presbyteratu, sicut totum continens perfectius est qualibet parte contenta. Quare pro conciliatione Doctorum distinguendum est atque dicendum, si Episcopatus completè accipiatur, includit in se ordinem Presbyteris, ideoque distinctus ab eo ordo censeri non potest: sin verò accipiatur incompletè secundum potestatem ordinandi, & confirmandi, quæ addictio Presbyteratu superadditur, negari non potest, quin sint diuersi ordines, quia diuersi etiam gradus potestatis, inter quos ab vno ad alterum ascenditur, *Caius Papa dixit in citata epistola, hac Layman.*

Est autem, & alia differentia inter hos Doctores, nam Theologi præsertim *Bellarm. Dicastillus, Sanchez, & alij* docent
51 characterem, qui imprimitur in ordinatione, seù consecratione Episcopatus, non esse omninò distinctum à charactere impresso in ordine sacerdotali, sed extendi illum impressum antecedenter in ordine sacerdotali, quod etiam tenuit *Sotus loco supra citato*, ait tamen *Sanchez d. dub. n. 5.* hanc extensionem esse realem per additionem nouæ partis numero distinctæ characteris, quæ vtraque pars constituit perfectum, & integrum characterem perfecti Sacerdotis, ità etiam sentire videtur *Pater Magister Candidus tom. 4. disp. 4. art. 1. dub. 6.* & etiam *Pater*
52 *Amicus tom. 7. disp. 7. sect. 9. n. 98.* quem citat *Diana loco citato resolut. 20. Vasquez autem loco cit. nu. 54.* docuit nec imprimi nouum characterem distinctum omninò à præcedenti, nec extendi præcedentem impressum, sed illo permanente, conferatur alia potestas distincta à præcedente, & addit, quod licèt verum sit, per Episcopi ordinationem imprimi characterem diuersum à charactere sacerdotali, sicut sacerdotalis est distinctus ab alijs; nihilominus non foret, vt nõ impresso sacerdotali, Episcopalis imprimi posset, sicut imprimi posset sacerdotalis non impresso Diaconali, quia ità constituti huiusmodi ordines, vt sacerdotiũ collatum non præmisso ordine Diaconatus verum, & firmum sit: at potestas absoluendi à peccatis non præmissa potestate consecrandi, vel Episcopatus nõ præmisso sacerdotio, si facto non iure conferatur, neque rata, neque vera sit, quod est in comuni sententia.

At *Michael Medina lib. 2. de sacrorum dominium continentia cap. 16. & alij* do-
53 cent imprimi in tali ordine, seù consecratione Episcopali characterem diuersum à charactere sacerdotali, & irridet eos, qui hoc negant, & docent tantum extendi sacerdotalem, quia dicit ipse per talem extensionem nihil ei diuersæ naturæ addi potest, quod in ipso antea virtute non contineatur, ac proindè si tantum fieret extensio, nulla potestas tunc conferretur, quæ in ordine sacerdotij non esset collata, quia extensio nõ addit rei extensæ maiorem essentiam, aut naturam, ita neque maiorem virtutem ad operandum tribuet, vt patet in extensione pellis, per quem solum maior quantitas loci, nõ tamen maior substantia, vel natura, vel potentia.

Hanc tamen rationem infregit *Vasq.*
54 *loco cit. n. 52* dicens friuola ratione duci *Medinam* ad hoc asserendum, quia extensio characteris non est excogitanda ad instar extensionis quantitatis, in qua solum additur aliquid quantitatis substantiæ autem potentiæ nihil, sed instar extensionis habitus circa varias conclusiones, per quam aliqua distincta potestas à prima additur.

Sed *Fagnanus* defendit *Medinam*, docetque, etiam imprimi characterem diuersum in huiusmodi consecratione di-
55 stinctum à charactere sacerdotali; nam dicit *Fagnanus*, quod exemplum, quo

vtun-

Digitized by Google

vtuntur Theologi de extensione characteris sacerdotalis, quam dicunt fieri per manuum impositionem ad potestatẽ ligandi, esse magis dubium, ac articulus principalis, de quo disputatur: nã plerique negant hanc extensionem, nec idẽ esse de Presbytero, ac Episcopo, quia Presbyter, qui recipit characterem Sacerdotalem in porrectione calicis cum vino, & patenæ cum hostia, vt in Concilio Florentino: postea in impositione manuum non ordinatur iterum, quia nõ traditur nouum instrumentum, prout requiritur ad essentiam ordinationis, sed tantum tribuitur noua potestas, *Syluester in verbo ordo 2.nu.4.* At verò Sacerdos in ordinatione Episcopali iterum ordinatur per nouam materiam, & formam, ex qua oritur ordinum distinctio. Insuper Sacerdos, qui accipit manuum impositionem, non dicitur maior, vel superior Sacerdos; at Episcopus est maior, & superior simplici Sacerdoti, sic non fit extensio, sed realis distinctio ordinum: Insuper tanto altior est gradus, quanto ad plura se extendit *S.Thom.in 4 dist.24.q.3.art.2.q.2.vers.sed contra*, potestas enim sacerdotalis se extẽdit ad purgandum, & illuminandum, Episcopa-
56 lis verò ad hoc, & etiam ad perficiendũ. Item Episcopus maiorem habet potestatem circa corpus Christi mysticum *S.Th. 3.p.q.82 art.1. ad 4.* igitur ex his respectibus, ait *Fagnanus*, Episcopus habet ordinem superiorem ordinatione sacerdotali etiam præscindendo à sacerdotio. Prætereà Episcopalis potestas considerari non debet sine fundamento ordinis sacerdotalis, sed prout illũ includit, cum non possit fieri Episcopus, quin sit Sacerdos, sic comparatio fieri debet ex vna parte Sacerdotem simplicem, ac Sacerdotem Episcopum, sic hic est maior hinc verò sequitur, vt ordo Episcopalis non sit distinctus à sacerdotio, sed tamen sequitur, vt Presbyteralem includat, sicuti
57 character ordinis includit ex natura Sacramenti characterem Baptismi, vt in *cap. fin. de Presbytero non ordinato*, & tamen non sequitur, vt character ordinis non sit distinctus: quia igitur in Episcopo cumulantur hæ distinctæ potestates, & duo characteres nempè sacerdotalis, & Episcopalis quorum vnus includit alium; ideò Episcopus simpliciter, & & absolutè dicitur in eminentiori gradu hæc *Fagnan. loco cit. à num.91.* vsq; ad finẽ. Hanc etiam sententiam, quod in ordinatione Episcopatus imprimatur distin-
58 ctus character, docet, & probat *Pater Auersa d.q.1. sect.7. vers. demum putandũ est*, ibi: sed præstat sanè dicere imprimi de nouo aliquid intrinsecum in anima quo conferatur, & signatur tam noua sublimisque potestas, quæ in ordinatione Episcopali tribuitur, & infra, hanc præstat quoque dicere imprimi alium characterem, quam extendi priorem, cũ enim constet aliquid reale de nouo infundi, censendum est infundi quamdam qualitatem, sicut erat prior qualitas, & non fieri tantum quasi modum prioris qualitatis, quod si de nouo fit talis qualitas, dici potiùs debet nouus character, quam prioris extensio, hæc *Pater Auersa. Pater tamen Gerunda postquam in d. lib.8. disp.7.* latè explicauerit quid sit chara-
59 cter in *disp.8.cap.1.* ponit quæsitum an in Episcopali consecratione imprimatur character, & adducit quatuor opiniones, ipse verò *cap.7.* tres conclusiones, quarũ prima est, per ordinationẽ Episcopi aliquid intrinsecum ei consecratio imprimi, quod probat, quia hic ordo repeti nõ potest. Secundam ponit conclusionẽ, illud intrinsecum, quod producitur per consecrationem, esse, & verum characterem, quod probat ex multis præsertim quia character est signum ex sua natura, quo cognito vt quod in cognitionẽ deuenitur rei, quam significat, sed per cõsecrationem Episcopi gratia habitualis sanctificans confertur, & constituitur insignitus minister famulus, & suo modo seruus Dei, iuxta illud, quis putat, item authoritate *Dionysij Areopag. de Eccles. Hierarchia cap.5.* Episcopo, Sacerdoti, & Diacono virtus sacratior habitusque infunditur, nomine virtutis characterem certè intelligit, & nomine habitus gratiam sanctificantem. Tertiam
60 ponit conclusionem, per hoc quod dicimus produci characterem, non extendi characterem Sacerdotalem, sed esse numero, & aliquo pactu specie distinctum ab illo spectantem ad totalem rationem

Epi-

Digitized by Google

Episcopatus, quod latè explicat, & probat multis rationibus, & *cap.*3. respondet ad argumenta contraria præsertim *Vasquez sic Gerunda* tenet cum Canonistis, ipsum videre poterit benignus lector.

61 Ad rationes primæ sententiæ negantes Episcopatum esse ordinem, & Sacramentum Respondēt Theologi, qui affirmant, & præsertim *Bellarm. Vasquez, Dicastillus, Sanchez, & alij*, & ad primum argumentum de nouem ordinibus dicit *Vasquez*, quod non addunt nouum ordinem supra septem, nam dicunt Episcopatum esse ordinem, non tamen distinctū à sacerdotio, sed eodem modo cum illo se habere, sicut potestas collata sacerdoti ad absoluendum à peccatis cum potestate consecrandi est potestas ordinis, & ordo Sacramentum, non tamen distinctus integer ordo, neque Sacramentum à priori potestate, sed cum priori vnum integrum ordinem, & Sacramentum cōstituit, sic in Episcopatu, nam sicut potestas absoluendi non constituit diuersū ordinem, & Sacramentum à priori, quia illum ità necessariò præuium postulat, vt nisi ex præmissa conferri nequeat, ità etiam nisi præuio sacerdotio Episcopatus conferri nequeat, & aliter collatus nullus omninò sit; est igitur Episcopatus perfectum sacerdotium.

Non dissimilis est responsio aliorum
62 Theologorum: dicit enim *Bellarm.* quod non sequitur esse plures ordines, quia Episcopatus cum sacerdotio est vnus genere ordo, & Sacramentum, licèt specie distinctus. Aliquid aliud addit *Dicastillus*, & absolutè hanc sequelam negat, quia Episcopatus comprehenditur sub generali ratione sacerdotij quatenus in illa diuisione ponitur sacerdotium, vt quid commune vtrique ordini, nec totaliter distinctus, vt supra retulimus & *Sanchez loco cit. num.* 5. dicit, quod non constituit nouum ordinem distinctum, quia non omninò diuersus, sed completus; quapropter quasi omnes Theologi ad vnum in substantia tendunt, licèt diuersis modis, & verbis explicent eorum doctrinam, multi tamen Theologi affirmant ordines esse octo, enumerādo Epi-
63 scopatum octauum ordinem. *Valentia tom.4.disp.9.q.1.pract.12. in fine*, ita scribens: *Dico* 3. absolutè tamen loquendo, esse octo ordines propriè dictos, nempè Episcopatum, & illos septem, vt rectissimè loquuntur authores quartę opinionis, Ità etiam tenet *Gerunda de Episcopo tom.2. lib.8.disp.6. cap.4. num.*4. qui tamèn *num.6.& 7.* concurrit cum respōsione *Bellarmini, Vasquez, & aliorū* Theologorum dicentium Episcopatum, & sacerdotium esse vnum Sacramentum vnitate generica, & sic videtur etiam admittere, & respondere *Pater Auersa loco cit. q.1. sect.7.* ita scribens ad fundamen-
64 tum alterius sententiæ, dici posse non oportere ab initio distinguere septem tantum ordines, sed benè posse distingui octo, at potest adhùc optimè retineri, vt ab initio dicantur septem quidem ordines, intèr quos septimus, & supremus dicatur ordo sacerdotij, sed tamen hoc nomen amplè sumatur nempè pro potestate conficiendi, & conferēdi validè illa Sacramenta, quæ requirūt ministrum consecratum, ac deindè hoc tāquam genus diuidatur in duas species, videlicèt in duos gradus sacerdotij, vnū ad conficienda Sacramenta Eucharistiæ, absolutionis, & extrema vnctionis, alterum ad Sacramenta confirmationis, & ordinationis, vt vni quidem relictum est idem commune nomen sacerdotij, alteri attributum est proprium nomen Episcopatus, sic *Anacletus Papa* dicebat, partitum esse ordinem Sacerdotum, & duos esse ordines sacerdotum, idque ex institutione Domini. & *Pelagius Papa* dicebat, hos esse duos primos ordines, hæc *Auersa.* cuius doctrina quoq; coincidit cum *Bellarmino, & aliorum* dictis, qui dicunt specie non genere diuersum esse Episcopatum à sacerdotio.

*Diana verò in d.par.*12. *tract. de consecratione Episcoporum ref.*11. respondet cū
65 *Isamberto in 3.par. tom.3. de Sacramento ordinis disp.1.art.*3. Patres, & Concilia enumerando tantum septem ordines cōprehendere Episcopatum sub sacerdotio ad eum modum, quo enumerando septē tantum Sacramenta nouę legis comprehendunt sub nomine ordinis omnes singulos ordines, qui sibi vendicare rationē Sacramenti, nam quemadmodum in ista

Digitized by Google

enumeratione, ità numerat ordinem pro vno Sacramento quatenus illud genericè, vt tamèn rationem Sacramenti non denegant membris sub isto genere contentis; pari etiam iure quando in enumeratione ordinum recensent illud quatenus genericè sumitur, & prout diuiditur in duas species, quarum vna est simplex Presbyteratus, & altera Episcopatus, nam Patres supra citati distingunt duos ordines sacerdotum scilicèt maiorum, & minorum, quod non potest intelligi, nisi de ordine simpliciũ sacerdotum, & ordine Episcoporum: af-
66 fert quoq; *Diana verba Sylues. in 3.p.q.4. art.5. concl.2.* dicentis, sub sacerdotio intelligitur Episcopatus, qui propterea non facit numerum cum illis, est enim ordo genere vnus, sub quo continentur duę species, scilicèt Presbyteratus communitèr dictus, & Episcopatus; si quis tamèn incompletè accipiat, prout à sacerdotio distinguitur, non malè cõcedet esse octo ordines: quod autem communitèr nominentur septem, accidit ex eo, quod sermo fiat de ordinibus, quibus cõmunes ministri ordinantur, qualis non est Episcopatus. Concludit demum *Diana cum Martino de Sanctis tom.2. disp. 66. sect. 3. num.31. Soto in 4.dist.24.q.1.art.3 Maiore q.1. §.3. Almat.q.vnica art.3.Vasq. disp.238.c.3.nu.26.Bellarm.lib.de ordine cap.8. in fine Ægid.Coninch.disp.20.dub.6*
67 *num.51.* Sacramentum ordinis esse vnũ non specie atoma, sed subalterna, & generica, vel esse vnum, & totale constitutum ex multis partialibus coordinatis. Diuiditur enim in plures species, quæ vnum totale Sacramentum ordinis coordinatione quadam constituunt, quatenus pertinent ad constituendum perfectum Ecclesiæ ministrum, quemadmodum multi habitus partiales propter quamdam coordinationem & habitudinem ad vnum obiectum totale constituunt vnam totalem scientiam: quod autem dicuntur septem tantum esse Sacramenta, non est intelligendum de specie infima, sed vel infima, vel subalterna eadem ratione, qua dicũtur esse quatuor virtutes Cardinales, quæ sub se plures diuersas species continent. hæc *Diana* ibi.

At Canonistæ, qui tenent esse ordinẽ distinctum realitèr, & characterem nouum imprimi in ordine, seù consecratione Episcopali; tenent esse nouem or-
68 dines in Ecclesia Dei. Ideò ad Concilium Florentinum, quod adducunt Theologi, quo probare nituntur, septem dumtaxat esse ordines, respondet *Fagnan.loco cit.num.78.* dicens, in Cocilio Florentino non determinari numerum ordinum septem dumtaxat esse, sed in eo determinari materiam ordinum, præsertim Subdiaconatus, Diaconatus, & Presbyteratus.

Ad secundam rationem *Soti, & alios* ũ
69 Respondet *Vasquez* nullo fundamento ordinem Sacramentum per respectum dumtaxat ministerij ad consecrationem constitui debere, quid enim obstat, ait *Vasquez*, quominus etiam per respectum ad consecrandos Sacerdotes ministros Eucharistiæ, possit ordo constitui, qualis est Episcopatus, ità etiam *Auersa d.q.1. sect.6. in fine*, at *Gerunda loco cit.c.4.* licèt omninò non admittat hanc *Vasq.* respõsionem, quà à communi Doctorum definitione non debemus recedere; attamèn sentit cum *Vasquez* absque fundamento, neque ex mente maiorum contrarios authores illam appositisse particulam in diffinitione ordinis hanc referri ad Eucharistiam, dum actu perficitur, in eo sensu quasi satis non esset ad ipsam referri absolutè sumptam, quamobrem, ait, satis esse dicimus, si ordo referatur ad initiandos Sacerdotes, alioque ministros omnes ad Eucharistiæ consecrationem necessarios: Imo si velint contrarij
70 illam clausulam in rigore exponendam esse, sequitur profecto, vel Subdiaconatum, vel Diaconatum non esse ordines, vel potiori iure Episcopatum ordinis subire rationem, qui quidem multò magis ad Eucharistiam refertur, quippequi absque illorum ordinum ministerio confici possit non sine ministerio Præsulis, sine quo Sacerdotes nullatenus essent ad cõsecrandam Eucharistiam necessarij.

At respondent alij, præsertim *Dicastil-*
71 *lus loco cit.nu.43.* quod potestas Episcopalis etiam vti distinctum à sacerdotio benè ordinatur ad ministerium alterius, & ad Eucharistiam, nam Christus effi-

cit,

Digitized by Google

cit, & constituit ministrum sacrificij Missæ per suam potestatem Episcopalẽ, conferendo Sacerdotibus ipsam potestatem consecrandi, sic nihil magis respicit sacrificium Missę quam Episcopus: & si sola potestas ministrandi in hoc sacrificio constituit ordinem, & Sacramẽtum; quantò magis hæc Episcopalis, quæ constituit, & creat, & efficit Sacerdotes. Ità etiam *Sanchez*, qui addit, quod multò magis Episcopatus ordinatur ad Sacramentum Eucharistiæ, quam alij ordines excepto tamèn sacerdotio, quia sine illorum ordinum ministerio potest Eucharistia confici, non verò sine ministerio Episcopi, cum ipse ordinet Sacerdotes, ac etiam consecrat vasa sacra, sine quibus Eucharistia non perficitur, ità *Sanch.d.dub.9.num.4.* latè *Diana dist.* 12. *tract.de consecratione Episcopi* per plures resolutiones.

Sed latiùs, & accuratius respõdet *Fagn.*
72 *loc.cit.n.*88.89.& 90. dicens, quod adesse ordinis, & Sacramenti non requiritur, vt habeat ministerium cooperatiuum in ipso actu consecrationis Eucharistię, sed sufficere, quod cooperetur, seù ordinetur ad ipsum Sacramentum, vel suscipiẽtes preparare, sicut patet in minoribus ordinibus perlectis 25. *dist.cap. Acholitus* 23. *dist. S.Thomas in* 4. *dist.*24. *q.*2. *art.*1. *q.*2. *vers.& ideò*, vbi ait ordinis Sacramentum ad Sacramentum Eucharistiæ ordinari, quod est Sacramentum Sacramentorum, vt dicit *Dionysius de eccleśiast. Hierarch. c.*3. *p.*3. & ideò distinctionem ordinum esse accipiẽdam secundum relationem ad Eucharistiam, quia potestas ordinis, aut est ad consecrationem Eucharistiæ, aut ad aliquod ministerium ordinatum ad hoc. ibiq; latè *S. Thomas* prosequitur, quomodo singuli ministri cooperantur mediatè, vel immediatè, vel in ordine ad ipsum Sacramentum, vel in ordine ad suscipientes, Episcopi autem potestas, quamuis non sit ad consecrationem ipsius Eucharistiæ immediatè, quia hæc est potestas Sacerdotum, vt in *d.cap.perlectis* §. *ad Presbyterum*, tamen, negari non potest, quin saltem mediatè relationem habeat tam ad ipsum Sacramentum, quam ad suscipientes: ad Sacramentum quidem, quia Sacerdotes, à quibus Eucharistiæ Sacramentum conficitur, à solo Episcopo ordinantur *cap. quamuis* 68. *dist.& d.cap.perlectis* §. *ad Episcopatum Trident.sess.*23.*c.*4.& *cap.*7. *de Sacramento ordinis*: quantum verò ad suscipientes, quia solus Episcopus confirmat *cap.de his verò de consecratione dist.* 5. *cap.quanto de consuetudine.* Quod si Hostiariatus, ait *Fagnanus* ex eo solum, quia arcet infideles ab Ecclesia Lector, quia instruit Cathecumenos, Exorcista, quia purgat energumenos, relationem habent ad Eucharistiam in ordine ad suscipientes. *cap. Exorcista*, *cap. Lector*, *cap. Hostiarius* 23. *dist.* longè magis idem in Episcopo dicendum, cuius ministerio fideles armantur, ideò concludit *Fagnan.* nemo negabit, quia proximus accedat ad Eucharistiam.

Insuper *Fagnanus* confirmat responsionem *Vnsquez*, quam supra retulimus,
73 quia scilicet gratis asseritur ordines debere constitui per relationem ad Sacramentum Eucharistiæ, nam poterit haberi respectus ad consecrandos, & ordinandos Sacerdotes ministros Eucharistiæ, qualis est Episcopatus, nam si confectio Eucharistiæ sit vltimus actus, & consumatio diuini cultus; nihil tamèn obest, quin poterit constitui specialis ordo pro consecrandis sacerdotibus, qui actum illud, & consumationem perficiunt, qui est Episcopatus, quia alioquin sacerdotium fuisset extinctum cum Apostolis.

Ad rationem tertiam *Soti*, & *aliorum* respondent Theologi, non imprimi nouum characterem (vt supradictum est) sub sequelas autem, quas deducit *Sotus*, falsas existimant. ità etenim scribit *Bel-*
74 *larm.* Respondeo nihilominus nihil eorum sequi, nam impossibile est ordinari Episcopum, quin, vel antea non sit Presbyter, vel certè non tunc simul accipiat vtramque ordinationem, quia, vt dixi, vtraque est de essentia Episcopatus, nec est verum ordinem vnum non pendere ab alio, nisi in ijs, quorum vnus non est de essentia alterius, nec valet similitudo Diaconi, & Presbyteri, quia Presbyteratus nõ includit essentialiter Diaconatum, sicuti Episcopatus includit Presbyterum, pari ratione non sequitur

Digitized by Google

posse Episcopum, qui non sit Presbyter, consecrare Eucharistiam, nõ enim Episcopatus, siuè Presbyteratum est ordo superior, imò nihil est in re, sed merum figmentum in mente, quomodo Archiepiscopus, qui non sit Episcopus, vel rationale, quod non sit animal. Cum qua *Bellarmini* doctrina, & responsione trãsseunt etiam *Sanchez loco cit. nu.6. Vasquez loco cit. vt supra Dicastillus, & alij.*

At *Fagnanus loco cit. n.79.* respondet
75 alio modo, & in primis negat, quod si Episcopatus recipiatur, omisso Presbyteratu, non imprimatur character, dicit enim hic author, quod tenet collatio, licèt non sit sacerdos, & ità communitèr teneri contendit, citatque Abbatem in *cap. vnico num.5.* de clerico per saltum ordinato, vbi verè hoc *Abbas* docet, & dicit communem opinionem, vnde si laicus ordinetur, Episcopus recipit characterem *glos. in cap. sollicitudo 52. dist. verbo Sudiaconatus*, nam præposteratio in ordinibus non vitiat, licèt impediat exequutionem. Neque constat *textus in cap. ex litteris* de excellentia Presbyteri, quia loquitur ille textus de exequutione ordinis, & non de impressione characteris, quia si non sit Sacerdos, exequi non poterit Episcopalem ordinem, sed character benè imprimitur. Hoc totum dicit ibidem *Abbas*. Sed quia Theologi
76 contrarium tenent, ità aliter, & secundo respondet *Fagnanus*, dicens, quod licèt nullus ordo præsupponit ex necessitate Sacramenti characterem alterius ordinis, hoc tamen non est absolutè verum, non fallit in Episcopatu, & rationem differentiæ assignant, quia in collatione aliorum ordinum ordinatus accepit potestatem exercendi principalem actum ordinis collationi annexũ, veluti Presbyter, cum ordinatur accipit eo ipso potestatem consecrandi Corpus, & Sanguinem Christi, qui est actus principalis Sacerdotis, ad hoc tamen non requiritur character Diaconatus, vel Subdiaconatus, quia potestates distinctę *S. Thom. in 4. dist. 24. q. 1. art. 2. q. 5. Abbas in d. c. vnico num. 9. Turrecremata in c. sollicitudo vers. ad secundum 52. dist.* At actus principalis
77 Episcopatus est ordinare Sacerdotes *c. Cleros §. Pontefice 21. dist. cap. quamuis 68. dist.* potestatem hanc exercendi huiusmodi actum non potest Episcopus in sua consecratione recipere, nisi etiam sit Sacerdos, nam impossibile est dare alteri ordinem Sacerdotalem, nisi ipse sit Sacerdos; nam nemo dat quod non habet, ideò ex necessitate character Episcopalis supponit Sacerdotalem tamquam fundamentum suæ potestatis, sed non rectè infertur ex hoc, Episcopatum non esse ordinem, sed potius infertur, quod sit numerus diuersus ordo, vt dicit *Hostiens. in cap. cum contingat de vnitate, & qualitate num.6. hac Fagnanus.*

Sed antequam ad responsiones aliorũ argumentorum trascamus, ad quod di-
78 cit *Fagnan.* quod Episcopatus ordo seù character non supponit ordinem, & characterem Sacerdotij, addendum est, quod scribit doctus *Emanuel Gonzalez in d. cap. vnico de Cler.* per saltum ordinatum *in 6. num.5.* ibi. Iam enim à primis Ecclesię seculis nemo ad dignitates maiores promouebatur, nisi prius minoribus functus esset, itaque laicus repentè, & medijs neglectis non eligebatur Episcopus. Cõcilium Sardicen. *can.10. S. Cyprianus epist. 25.* ad Antonianum non ipse ad Episcopatum peruenit, sed per omnia ecclesiastica officia promotus, & in diuinis administrationibus Dominum sępè promeritus ad sacerdotij sublimè fastigium cũctis religionis gradibus ascendit, *D. Hieronymus in Epist. ad Nepotianum* fit Clericus, & per solitos gradus Presbyter ordinatur, elegantèr *S. Gregorius Nazianz. serm.1. effusè in oratione* 20. Idemque ad laudem Anastasij cunctisque ecclesiasticorum gradum muneribusque deinceps perfunctus, & quæ media sunt resecem perficitur *Zozimus, cap.9. Vigilius Papa ep. 4.* Itaque *Goffredus Abbas Gofrido Carnotensi Episcopo* obijt, quod antea sacros ordines Episcopus electus sit *lib.2. ep.27.* Idemque exprobat *Raynaldus Anegan. lib. 3. ep.2.* omnes postmodum ordines, sed sine ordine, quia in octo diebus, & non certis tẽporibus accepistis propter Episcopatus ambitionem, sed hæc non ita semper rigidè obseruata legimus, nam ex Diaconis etiam assumebantur Episcopi *Krant. lib.7. dist. Rum.* Vidimus electũ vestrum, placet persona, placet scientia,

Digitized by Google

tia, placet eloquentia, placent etiam, quantum nouimus, mores. Verum modus electionis displicet, præsertim quia est infra sacros ordines, non dico Subdiaconatus, sed Acholytatus electio. Nicolaus Primus *ep.6.* interdum etiam ex causa, & dispositione Summi Pontificis graditum non offenditur, vti refert author historiæ Pontificum Romanorũ, qui in Gallia sederunt in Clemente Sexto, facta autem huiusmodi ordinatione religiosus effectus est, & habitum Prædicatorum assumpsit, dictus verò Papa demum ipso instante, & procurante Ioanne Rege Frãcię memorato, iam suo successore effecto, fecit Patriarcham Alexãdrinum, & Ecclesiam Rhemensem, vbi perpetuò commendauit, & causa ipsum honorandi, magis ne fortè à præmissis in posterum possit resilire, in propria nocte Natalis Domini nostri ipsum ad omnes sacros ordines vno contextu ordinauit, hæc ille, & sententiam, quod Episcopatus non supponat sacerdotium, certam dicit *Couar lib.1. variarum c.10. num.16.* & vti talem omnes Canonistæ *in d. cap. vnico* de Clerico per saltum ordinatum, quibus adde *Marcum Antonium Cuchum instit. Maior. lib.2. tit.6. à num.20. cum seq.* Verum omnes Theologi cõtrarium docent, & hanc veram sententiam dicit *Auersa d. ordine qu.1. sect.9.* & hodie non promouetur quis ad Episcopatum, nisi per sex menses antea fuerit ordinatus sacerdos.

Ad aliam sequelã *Soti, & aliorũ*, respõ-
79 dẽt Theologi dicendo, quod character Episcopalis integer, & perfectus sit maior Presbyterali, quia includit illum, & vnum præterea alium, & hoc modo comparantur Episcopi cum Presbyteris, cum dicitur, quod alij sint superiores, alij inferiores, si tamen quis conferat characterem, quem habet Episcopus ex vltima sua consecratione cum charactere, quem habet ex ordinatione Presbyterali, tunc iste est maior intensiuè, quia summa potestas est posse consecrare Eucharistiam, ille verò maior est extensiuè, quia ad plura se extendit, ita *Bellarm. loco cit. Sanchez loco cit. n.7. Vasq.* verò magis se dilatat, & dicit quod Episcopus simul cum potestate Episcopali habet etiam vtramque, Episcopalem scilicet, & Sacerdotalem, ideò meritò, per Episcopalem dicitur in eminẽtiori gradu supra Sacerdotes constitutus tãquam perfectior Sacerdos: si enim potestas Episcopalis secundum se consideratur, prout est distinctus à Sacerdotali, si cõparatur cum illa, certè non esset præstãtior, seù ad præstantiorem effectum, non referri, & ex eo, quod ordinatio Episcopi characterem imprimeret perfectiorẽ, minimè sequitur, vt in se includeret characterem sacerdotalem, ac proindè sacerdotalis distinctus ab Episcopali esset superuacuus, namque character sacerdotalis includit sub se Diaconalem, & Subdiaconalem, vt falsò ęstimat Sotus, & cum sacerdotalis est superior, & præstantior, & illos tamquam præuios iure requirit, neque ob id sũt superuacui. hæc *Vasquez loco cit.* & ne nimis sim prolixus Theologorum responsiones ad vnũ tendunt in substantia, licèt diuersis vtantur verbis, & fusius se dilatat *Gerunda loco cit. d. lib.8 disp.6. c.4. n.12.* qui optimè ratiocinatur.

Ad argumentum vero, quod Episcopatus conferatur die Dominico, omnes
80 respondent, quod ità constituit Ecclesia, quia dignior, & præstantior sit ordo, ità Theologi omnes, atque hoc argumentum friuolum valdè dicunt.

Magna tamen altercatio inter hos Doctores tenentes hanc sententiam, scilicet Episcopatum esse ordinem, vti Sacra-
81 mentum in assignando materiam, & formam huius Sacramenti, quam disputationem agitant ex professo *Vasquez, Dicastillus, Sanchez, Auersa, Michael Medina, Fagnan. & alij supra citati*, & septem sententias ni fallor adducit *Diana d. par. 12. tract. de consecratione Episcoporum ref. 12.13.14.15. et 16.*

Vidisti benignè Lector, quod scripserint Doctores, Canonistę, Theologi, & Morales in hac materia; scias etiam, quod eorum diuersitas me valdè terret proferre iudicium, verum certa ab incertis separanda duxi, & quæ certa sunt, vt talia proferam, incerta verò, ita vt sunt, relinquam.

In primis, vt remotius rem cribrem, dico Episcopos esse Presbyteris superio-

res,

Digitized by Google

83 res, potestatemque, quam habent, non esse cum Presbyteris communem. Hæc propositio est Cattolica, ac definita in sacro Ecumenico *Concilio Trident. sess. 23 can. 7.* de ordine, in quo ita definitur, si quis dixerit Episcopos non esse Presbyteris superiores, vel non habere potestatem confirmandi, & ordinandi, vel eam, quam habent cum Presbyteris communem anathemasit.

Hęc definitio facta fuit ab illis Patri-
84 bus ad damnãdam hæresim *Ærrÿ, Marsilÿ de Padua, Ioannis Vicelf, & aliorum* hæreticorum, qui asseruerunt, iure humano inuentum esse discrimen inter Episcopum, & Presbyterum, sed reuera nullum adesse, ità dicebat Arrius, quid est Episcopus ad Presbyterum, nihil differt hic ab illo, vnus est enim ordo, & vnus honor, & vna dignitas, imponit manus Episcopus, ita etiam Presbyter: sic quoque dixerunt Luterus in libello contra falsa nomina statuum Ecclesiæ, & in *lib. de captiuitate Babilonia, Caluinus lib. 4. instit. cap. 4. §. 2.* & alij recentiores hæretici. Decretum autem desumerunt Patres Concilij à Sanctis Priscis Patribus, vt optimè obseruat *Vasquez* infra citandus, & præsertim ex *epist. Clemen. 1.* ad Iacobum fratrem Domini, itẽ, & *2. eiusdem epist. & expressè Anacletus ep. 3. ex Dionisio, et alÿs.*

Attribuunt etiam multi Doctores hũc errorem D. Hieronymo, præsertim *Michael Medina lib. 1. de sacrorum hominum*
85 *continentia c. 5. §. n. 9.* ità etiam *Sotus in 4. sent. dist. 24. q. 2. art. 2. vers. attamen Vasq. in 3. par. tom. 3. disp. 240. num. 32.* dicunt enim dicti Doctores, & alij, quod expressè Hieronymus hæc docuit in pluribus locis, præsertim *epist. 85.* ad Euagriũ Episcopum, quæ *epist. refertur in cap. legimus 93. dist.* ibique clarè probat D. Hieronymus ex locis sacræ Scripturæ, idem esse Episcopum, ac Presbyterum, & in *cap. 1. epist. ad Titum*, prout refertur in *cap. olim 95. dist.* olim dicit Hieronymus, idem erat Presbyter qui & Episcopus, & antequam diaboli instinctu studia in religione fierent, & diceretur in populis, ego sum Paulus, ego Apollo, ego autem Cephæ, communi consilio Presbyterorum Ecclesiam gubernabant; Postquam verò vnusquisque eos, quos baptizauerũt suos putabat esse, non Christi, in toto orbe decretum est, vt vnus de Presbyteris electus superponeretur cæteris, ad quem omnis Ecclesiæ cura pertineret, & schismatum semina tollerentur, sicut ergo Presbyteri sciunt se ex Ecclesiæ consuetudine ei, qui sibi præpositus fuerit, esse subiectos, ità Episcopi nouerint se magis consuetudine, quam dispensationis dominicæ veritate Presbyteris esse maiores, & in communi debere Ecclesiam regere.

At secundum Catholicam veritatem dicẽdum est Episcopos iure diuino Presbyteris superiores, & non solum tem-
86 pore Apostolorum, verum ex ipsa Christi institutione hanc superioritatem, & præminentiam descendere, quia Episcopi iure diuino sunt ministri separati Sacramentorum ordinis, & confirmationis, hæc enim Sacramenta ritè, & validè non possunt administrare Sacerdotes simplices: quæ enim pertinent ad essentiam Sacramenti, qualia sunt forma, materia, & minister, ita sunt de iure diuino statuta, & definita, vt dispositioni iuris humani ecclesiastici non subiaceãt; iure enim diuino instituta sunt Sacramenta, eòque iure minister est designatus, ita etiam *docent S. Thomas q. 184. art. 6.* & ad primum *Bellarm. in controuersÿs lib. de clericis cap. 14. Sotus in 4. sent. dist. 24. q. 2. art. 2. et de iustitia, et de iure lib. 10 Vasq. in 3. par. tom. 3. disp. 240. cap. 3. Dicastillus loco cit. supra n. 46. Sãchez lib. 7. conf. cap. 1. dub. 11. n. 4. Auersa loco cit. q. 1. sect. 6 Fagnan. loco cit. Franciscus Hellerius de diuina Episcopi institutione Emanuel Gonzalez in cap. quanto de consnetudine nu. 9. Pac. Iordan. tom. 1. prælud. 4. n. 13. cum sequentibus latissimè probat Gerunda de Episcop. tom. 1. lib. 1. disp. 2. cap. 4. à num. 10. cum seq. Michael. Francesi. de Eccles. Cathedralibus cap. 2.*

Et non solum ordine maiores Episco-
87 pos Presbyteris, sed etiam iurisdictione esse, optimè probant *Sotus de iustitia, et iure loco cit. n. 10. q. 1. art. 2, Bellarm. loco cit. d. c. 14. Sanchez, Vasquez, Dicastillus, Gerunda, et alÿ citati*, quibus adde *Macedum de clauibus Petri lib. 1. cap. 2. Merollam tom. 3. disp. 7. cap. 5. dub. 4. n. 33.* quod optimè

Digitized by Google

optimè probat *Bellarm. loco cit.* tum ex figura veteris testamenti, cuius tempore summus sacerdos alijs minoribus Sacerdotibus præeminebat, nec his licebat in Sancta Sanctorum introire, sicut summo Sacerdoti, qui Episcopi vmbram gessit, tum etiam quia Episcopi Apostolis successerunt, presbyteri autem discipulis, constantèr affirmant Patres, & dicitur in *d. Anacleti epist.* Apostoli autem iure diuino discipulis superiores fuerunt. Insuper Presbyteri tempore Apostolorum Episcopis subiecti fuerũt, vt dicitur in 1. *ad Thimot. c.* 5. vbi aduersus Presbyterium noli accusationem recipere, nisi sub duobus, vel tribus testibus: diuino namque iure Episcopatus institutus est à Deo superior presbyterio, & ex eodem iure diuino distinctæ sũt potestates, fusiùs probat *Thomas Hurtado tom. 2. resol. moral. tract. vlt. variarum resolutionum resol. 3. num. 45. cum pluribus sequentibus, & optimè Cardinalis de Turrecremata lib. 3. summæ de ecclesiast. cap. 93. atque fusiùs c. 86.* & eruditè *more solito Michael Maculerus de Monarchia ecclesiast. tom. 1. 2. p. lib. 5. c. 4. fol. 888.*

Ad obiecta autem in contrarium Re-
88 spondent accuratè omnes Doctores citati, præsertim *Vasquez, et Bellarm.* ad illud, quod olim idem erat Episcopus, & Presbyter, hoc scilicet fuisse quantum ad nomen extrinsecum, quod antè horum docuit *S. Thomas 2. 2. qu. 184. art. 6.* ad primum vbi respondens ad D. Hieronymum sic scribit, ad primum ergo dicendum est, quod de Presbytero, & Episcopo duplicitèr loqui possumus, vno modo quantum ad nomen, & sic olim non distinguebantur Episcopi, & presbyteri, nam Episcopi dicuntur ex eo, quod superintendunt, sicuti dicit *Augustinus 19. Ciuitate Dei*: Presbyteri autem in græco dicuntur quasi seniores, vnde Apostolus communitèr vtitur nomine Presbyterorum quantum ad vtrasque, cum dicit 1. *ad Thimot. 5.* qui benè præsunt Presbyteri Ephesinæ Ecclesiæ loquens, Attendite vobis, & vniuerso gregi in quo vos Spiritus Sanctus posuit Episcopos regere Ecclesiã Dei, sed secundum rem semper inter eos fuit distinctio etiam tempore Apostolorum, vt patet per *Dionysium cap. 1. Ecclesiast. Hierarch. et Lucæ* 10. super illud, post hęc autem designauit Dominus, dicit glosa, sicut in Apostolis forma est Episcoporum, sic septuaginta duobus Discipulis forma est Presbyterorum secundi ordinis. Postmodum tamen ad schisma vitandũ necessarium fuit, vt eorum nomina distinguerentur, vt scilicet maiores dicerentur Episcopi, minores autem Presbyteri: dicere autem Presbyteros non differre ab Episcopis, intèr dogmata hæretica numerat *Augustinus in lib. de hæres.* vbi dicit, quod Arriani dicebant presbyteratum ab Episcopo nulla differentiã debere decerni.

Præterea *Bellarm.* inuehitur contra
89 *Medinam* asserentem, Sanctum Hieronymum sensisse, quod Arrius docuit, dicẽs inconsideratam Medinę sententiam, quã & latiùs reijcit *Thomas Hurtado tom. 2. res. moral. tract. vlt. resol. 3.* Verum Cardinalis Baronius egregiè rem hanc tractat, & illustrat. Non pigeat lectorem hic legere eius scripta sicut non me tedet trãscribere, ait namque Cardinalis anno Christi 58.

Arripuerunt autem ex his malè acceptis occasionem nouatores, vt Episcopa-
90 lem dignitatem dicerent mala ex causa in Ecclesiam irrepsisse, & non à Christo fuisse institutam. Cum igitur, vel hac via hierarchicum ordinem in Ecclesia conentur euertere, ex instituto necessitas nobis incumbit, vt de his attentius, sed tamen quantum breuitèr possumus disseramus, sed illud in primis monendum esse putamus, inconsultè nimis esse loquutos, ac prorsus allucinatos, qui hac ex parte Hieronymo alijsque grauissimis Ecclesiæ Catholicæ Patribus, adeò temerè Arianimũ impingere non sunt veriti, Arius enim hęresiarcha, vt de eo tradit Epiphanius, homo prout ex eo, quod non potuerit creari Episcopus, sed presbyter semel ordinatus semper in ea functione permanserint, dicere non est veritas nihil prorsus inter Episcopum, & Presbyterum inter esse, sed quam impudentèr, & impiè cogantur Hieronymus, Ambrosius, Augustinus, & Ioãnes Chrysostomus, vt prætermittamus cæteros, eadem cum his sentientes dictæ hæresi

inui-

Digitized by Google

inuiti, licèt, ac ſæpiùs reclamantes adſtipulari apud æquum lectorem iudiciũ eſt. At videamus primum, quid Arrius diceret, erat inquit, Epiphanius ipſi ſermo furioſus magis, quam humanæ conditionis, & dicebat. Quid eſt Epiſcopus ad Presbyterum, nihil differt hic ab alio, vnus eſt enim ordo, & vnus, inquit, honor, & vna dignitas imponit manus Epiſcopus, ità etiam Presbyteri, lauacrũ dat Epiſcopus, ſimilitèr, & presbyter, diſpenſationem cultus diuini facit Epiſcopus, & Presbyter, ſimilitèr, ſedet Epiſcopus in Throno, ſed etiam Presbyter. Hęc de Arrij hæreſi Epiphanius, à qua Hieronymus quantum abhorreat ſua ipſius ſcripta teſtantur.

Ipſe igitur in primis in eadem, quam
91 ad Euagrium ſcripſit, Epiſtola, certèquidem longè maiori dignitate ſublimem etiam in ſedendo fuiſſe Epiſcopum ampliorique auctum officio in manus impoſitione, vt ipſius tantum, & nõ Preſbyteri eſſet id muneris, cõtra Arrij dogma egregiè profitetur, qui de ſede ſublimiori in primis hæc ait. Nam, & Alexãdriæ à Marco Euangeliſta vſq; ad Heraclam, & Dionyſium Epiſcopos, Preſbyteri ſemper vnum ex ſe electum in excelſiori gradu collocatum Epiſcopum nominant, quomodo ſi exercitus Imperatorem faciat. De manus verò impoſitione ſic excepit, quid enim facit, excepta ordinatione, Epiſcopus, quod Presbyter non faciat. At quanta hæc eſt differentia? Audi Epiphanium dicere, inquit, ipſum Epiſcopum, & Presbyterum ęqualem eſſe, quomodo erit impoſſibile, Epiſcoporum enim ordo patrum generator eſt: Patres enim generant Eccleſiæ, Preſbyterorum verò non potens generare patres perlauacri regenerationem generat filios Eccleſiæ non tamen patres, aut Doctores, & quomodo poſſibile, erat Presbyterum conſtituere non habentem manuum impoſitionem ad eligendum, aut dicere ipſum ęqualem eſſe. Epiſcopo hæc ille. Agens item S. Hieronymus cõtra Luciferianos conceſſam eſſe etiam eam manus impoſitionem Epiſcopis, dicit, negatamque Presbyteri, quam bapzati reciperent Spiritum Sanctum, ait enim. Non quidem abnuo eſſe Eccleſiarum conſuetudinem, vt ad eos, qui longè in minoribus vrbibus per Presbyteros, & Diaconos baptizati ſunt; Epiſcopus ad inuocationem Sancti Spiritus manus impoſiturus excurrat, & paulo poſt. Quod ſi hoc loco quæris, quare in Eccleſia baptizatus, niſi per manus Epiſcopi non accipiat Spiritum Sanctum, vt aſſerimus in vero baptiſmate tribui, diſce, hanc obſerua ex ea authoritate deſcendere, quod poſt Aſcenſum Domini Spiritus Sanctus ad Apoſtolos deſcẽdit, ac denique Eccleſiæ ſalus in ſummi Sacerdotis dignitate pendet, cui ſi nõ exoro quædam, & ab hominibus eminens detur poteſtas, tot in Eccleſia efficientur ſchiſmata, quot Sacerdotes indè euenit, vt ſinè chryſmate, & Epiſcopi iuſſione, neq; Presbyter, neq; Diaconus ius habeant baptizandi. hucuſque Hieronymus, qui & in citata ſuperiùs epiſtola ad Euagrium, & ad Nepotianum, ſicut ab Aaron cæteri differebat Sacerdotes, ita in Eccleſia eodem gradu ab Epiſcopis differre Presbyteros firmitèr aſſeuerat. Hæc quidem quantum impugnant Ærriumne nemo non videt.

Sed quod negaretur Presbyteris, Epi-
92 ſcopis verò conceſſum eſſet, vt aliam ingrediamur diſſerere controuerſiam, numquid hoc poſt oborta in Eccleſia ſchiſmata ortum habuerit, vt Hieronymus his verbis videretur aſſerere, quod poſteà vnus electus eſt, qui cæteris præponatur in ſchiſmatis remedium factum eſt, ne vnuſquiſq; ad ſe trahens Eccleſiã Chriſti rumperet, vel cum alibi, ait idẽ Presbyter, quod Epiſcopus, & antequã diaboli in inſtinctu ſtudia in religione liceret, & diceretur in populis, Ego sũ Pauli, ego Apollo, ego verò Cephę, cõmuni Presbyterorum conſilio Eccleſiæ gubernabantur, an potius olim ipſo initio naſcentis Eccleſiæ antè aliquam difenſionem conflatã hæc fuerint ab Apoſtolis obſeruata, diligentèr eſt exquirendum. Qua in re non alium in prẹſentiarum aduerſus Hieronymum valentiorẽ authorem fortioremque teſtem, quam ipſum ſibi Hieronymum obijcere poſſumus, qui eodem commentario aduerſus Luciferanos conſcriptè apertè demonſtrat, manuum impoſitionem conceſſam

Epi-

Digitized by Google

Episcopis, Presbyteris verò interdictam, non factum esse post exorta schismata in Ecclesia, quod ait, discе hanc obseruationem ex ea authoritate descendere, quod post assensum Domini Spiritus Sanctus ad Apostolos descendit eaque ratione quantum habet à Philippo baptizati essent Samaritani, tamèn ad imponendã super eos manus, vt acciperent Spiritũ Sanctum, missos esse, vt acta declarant Petrum, atq; Ioannem, quod Apostolorum tantummodo hoc esset munus, non ergò potest post orta schismata, sed statim ipsa prima Ecclesiæ ætate, hęc esse seruata eiusdem Hieronymi testimonio confirmatur.

Sed ad hæc insuper, an ad ipsum ab
93 hominibus factum est, an verò institutione diuina fuerit ordinatum, & verum ne sit, quod ibidem Hieronymus affirmare videtur ex Ecclesiæ consuetudine potiùs, quam dispositione diuina fuisse introductum, vt Presbyteris Episcopi præessent, est accuratius perueſtigandũ, nam hæc ipse, ait. Sicut ergò Presbyteri sciunt se ex Ecclesiæ consuetudine ei, qui sibi præpositus fuerit, esse subiectos, ità Episcopi nouerint se magis consuetudine, quam dispositionis dominicę veritate Presbyteris esse maiores, & in cõmune Ecclesiam regere debere. hæc Hieronymus. Sed cum iam tertiam hanc aggredimur quæstionem, illud in primis nobis est perquirẽdum, numquid, vt Episcopus in Ecclesia præsit aliunde, quam è diuina institutione manerit, ac deindè quid de hac re verè Hieronymus sanxerit, quo ve sensu eius sint verba accipiẽda, simul incipiendum, sed præstat, vt de his singulis eiusdem Hieronymi rogemus sententiam, vt hac ratione non tantum veritati consultum sit, sed sensum germanum verborum eius facilius assequentes, ipsum omnium ex parte calũnia liberemus. Certè quidem de Episcopatu origine, & dignitate quid senserit, non semel suis ipse scriptis testatum reliquit, in eadẽ in primis epistola ad Euagrium scripta de Episcopis, dum loquitur, omnes Apostolorum successores esse confirmat, & ad Marcellum scribens, apud nos, inquit, Apostolorum locũ Episcopi tenent, eadem in Micheam, alijsq; in locis, vt ad Heliodorum cum scribit, & de Episcopis loquitur, absit, inquit, vt de his quicquam siniſtrum loquar, qui Apostolico gradui succedentes Christi corpus sacro ore conficiunt; si igitur loco Apostolorum successerunt Episcopi, quod omnium orthodoxorum sententia receptum est, eadem est origo, & dignitas Episcopatus, quæ est etiam Apostolatus, nam, & hoc in sęculi magistratibus exprimuntur, vt qui in locum alterius suffectus est, idem cum illo dicatur deducere principium, & potestatem, quo prædecessor est munere auctus, ac dignitate prælatus. At sicut in confesso est, apud omnes dignitatem Apostolicam esse à Christo Domino institutam, id testantibus Euangelistis, in illam Apostolis succedẽtes Episcopos, ex eodem planè fonte fluxisse, necessariò affirmandum esse compertissimum, cuique videri potest. Ex his igitur perspicuum redditur, ipso, ibidem Hieronymo sæpius attestante, Episcopalem dignitatem non ab hominibus, vel cuiusuis occasionis obortæ consuetudine, sed ab ipso Domino Redemptore omnium Iesu Christo, ipsomet eam instituente, manasse.

Cum ergò de re ipsa constat non esse
94 recens ab Apostolis adinuentum sed à Domino institutum, de nomine modo erit perueſtigandum, an fuerit recens introductum, ac demum in quem sensũ sint Hieronymi verba accipienda: constat quidem diuinarum scripturarum testimonio, Apostolatum esse nominatum Episcopatum, quod enim scriptum erat in Psalmo, & Episcopatum eius accipiat alter, hoc de Iudæ Apostolatum esse nominatum, referendumque esse Petri testificatione ratio habetur, dum in ea corona fratrum ferè centum viginti, vt habent acta, de sufficiendo aliquo in locum Iudæ habuit concionem. Si igitur Matthias in Iudæ Episcopatus, sicut Apostolum, sic etiam in cæteros Apostolos, quod vna esset omnium dignitas, atque potestas, esse appellatos Episcopos, ac tunc præsertim cum ipsi alicuius Ciuitatis Ecclesiam, in qua functiones Episcopales exercerent, gregisque; dominici curam agerent administrandam susciperent. Vndè constat eodem Authore

Hieronymo, Iacobum Apostolum statim post passionem Domini esse ordinatum Hierosolymorum Episcopum. Trāsijt, quippe in Ecclesiam cum sua significatione, atque proprietate vox Greca Επισκοπος tali enim nomine, vt Author est Lucidus, dicebantur inspectores, & custodes, quos Athenienses in suæ ditionis verbis ad statum cognoscendum, atque instituendum, mittebant, quorum, apud græcos historicos frequens mentio est, ad quos etiam, ni fallor, alludit Cicero, dum ait. Vult enim me Pompeius esse quem tota hæc campania, & maritima ora habent Episcopum. hæc ipse, & S. *Augustinus de Ciuitate Dei*, illa Pauli explicans verba. Qui Episcopatum desiderat, bonum opus desiderat, exponere, inquit, voluit, quid sit Episcopatus, quia nomen est operis, & honoris. Græcum est enim atque indè ductum vocabulum, quod ille, qui perficitur eis quibus perficitur superintendit curam eorum, scilicet gerens ni quippè super επι verò intentio est erga επισκοπειν si velimus latinè superintendere, dicere possumus, vt intelligat non se esse Episcopum, qui præesse dilexerit, non prodesse hactenus de Episcopi nomine in Ecclesia antiquissimū.

Cæterum sicut Apostoli dicti reperiūtur Episcopi, ità, qui Ecclesijs præficiebantur, Episcopi ijdem nominabantur Apostoli, sunt de his multa in diuinis scripturis exempla. Epaphroditus enim Episcopus Ecclesiæ Philippensiū à Paulo Apostolus appellatus, Andronicus, & collega Iunias eius cognati eadem ratione nobiles in Apostolis fuisse dicuntur, de alijs his similibus ad Corinthios scribens, eos nominat Apostolos Ecclesiarum, secundum etiam eamdem analogiam, quod & Presbyteri præfecti essent fidelium curæ, ijdem, & Episcopi, ea ex parte dicti reperiuntur, vt superius ex nonnullis Apostolicis scriptis est demonstratum, vt cum *Paulus ad Philippenses* Ecclesiæ Episcopos, & alios suam inscripsit epistolam, vel cum alloquens Presbyteros Ecclesiæ Ephesinæ, eosdem appellat Episcopos, & alijs locis superius citatis. Itemq; quod Episcopi ex seniorum collegio eligerentur, eosdem esse nominatos Presbyteros, ex hac, de qua agimus *Pauli ad Titum* epistola, patet.

Sed quod spectat ad nomen Presbyteri, commune videtur olim fuisse vocabolum, tam Apostolis, quam cæteris inferioris ordinis Sacerdotibus. De Apostolis quidem ijdem Episcopis superius dictum est pluribus testimonijs. Cæterū re ipsa distinctos fuisse omninò Presbyteros ab ipsis Apostolis, Acta Apostolorum satis superq; declarant, dum in eis legitur. Cum autem venissent Hierosolymam, suscepti sunt ab Ecclesia, & Apostolis, & senioribus: ac rursum conuenerunt Apostoli, & seniores videre de verbo, hoc ac iterū. Tum placuit Apostolis, & senioribus cum omni Ecclesia in litteris, item ab Apostolis ex Concilio Hierosolymitani Antiochiam missis, hæc habetur inscriptio: & seniores fratres his, qui sunt Antiochiæ, & Syriæ. eademque iterum alias. Porro quos seniores dicit, eosdem fuisse Presbyteros, non tantum nomen, sed & re ipsa demonstrat. Cum enim quod scribit idem Hieronymus in Epistola ad Euagrium, constet, institutiones Apostolicas sumptas de veteri testamento, & quod Aaron, & filij eius, atque Leuitæ in templo fuerunt, hoc Episcopi Presbyteri, & Diaconi essent in Ecclesia, sicut ergo cum Dominus septuaginta duos elegit Discipulos post Apostolos formam illam repræsentasse, visus est, qua Moyses septuaginta duos iussu Domini seniores, vt Numeri liber habet, elegit, ità etiam dictos septuaginta duos Discipulos nominatos esse seniores, itemque Presbyteros, ratio persuadet, quæ Patrum omnium sententia rata habetur, omnibus affirmantibus, eos quos vocamus Presbyteros, illos esse quos numero præscripto delectos vsus loquendi Discipulos nominauit cum, alioquin, & Christiani omnes, vt Acta testantur, Discipuli dicerentur. At quē admodum, apud Iudæos etiam Apostolorum temporibus pristina illa vigebat consuetudo, vt seniores vna cum Principibus sacerdotum in Concilium conuenirent, ac sententiam rogati dicerent, quod multis in locis Euāgelistæ testātur, sic etiam ab Apostolis primis illis temporibus esse seruatum, constat, vt seniores etiam ad Concilium admitterentur.

Cum

Cum igitur, quod ſacerdotium ſpectat par eſſet Apoſtolorum eorumdemq;
97 Epiſcoporum, atque Præsbyterorum ordinatio, pariterque idem cum illis in Concilio conſiderent, cumque communicatio nominum inter eos viderent eſſe communis, dum Epiſcopi Præsbyteri, atque hi Epiſcopi dicerentur, factum eſt, quod ait Hieronymus, vt eo perſeuerante ordine, antè aborta ſchiſmata communi Præsbyterorum conſilio Eccleſiæ gubernarentur, poſitione Dominica in adminiſtrandis rebus Eccleſiaſticis Præsbyteros fuiſſe ſubiectos Epiſcopos, quibus ſolis ceſſiſſet illarum cura præcipua, nec Præsbyteri amplius ad communem conſenſum, in quo de his, quæ ad gubernationem Eccleſiæ pertinet, ageretur, eſſent admiſſi, ſed illi ſoli ex collegio Præsbyterorum in Epiſcopos eſſent aſſumpti, ſicque factum eſt, vt qui in nonnullis æquales Epiſcopis aſſiderent conſiliarij in Synodis quas quiſquis eorum in ſuis Diœceſibus cõgere conſueuerit. Vndè, & Ignatius ad Trullianos cum de Præsbyteris loquitur. Quid verò ſacerdotium eſt, quam ſacer cętus conſiliarij, & aſſeſſoris Epiſcopi. Hoc igitur ſenſu, ne idem ipſe ſibi contrarius ſępè dicatur, Hieronymi cauſam accipiendam eſſe ſentẽtiam, qua dicit non inſtitutione dominica, ſed cõſuetudine factum, vt Epiſcopi ſubiectos haberent Præsbyteros omnes, puto facilè intelligere.

Sed quando hæc cępit ſeruari conſuetudo, certè Apoſtolorũ temporibus, quorum etiam eſſet authoritate firmata, nam
98 cum Paulus ad *Thimot.* quem diximus, creatum fuiſſe Epiſcopum Epheſinum, ſcribens, dicit, aduerſus Præsbyterum accuſationẽ noli recipere, niſi ſub duobus, aut tribus teſtibus, planè ſatis euidenter demonſtrat Thimothei Epheſini Epiſcopi fuiſſe munus Præsbyteros iudicare, ac proindè illis, & authoritatè, ac dignitate præſtitiſſe, nam quod par in parem imperium non habeat, vulgatum eſt omnibus, qua ratione etiam in hac ipſe, de qua agimus, epiſtola ad Titum, quem diximus, Cretenſem fuiſſe Epiſcopum, Paulus ipſum admonet, vt conſtituat. Ciuitates Præsbyteros, quos ea ratione, quam ſuperius diximus, alibi appellat Epiſcopos Ignatius, qui Apoſtolorum temporibus adminiſtrabat Eccleſiam Antiochenam, non aliud ſcripſit, quam qui eſſent ab Apoſtolis in Eccleſia ordinata, qui dum Hierarchicum ordinem Eccleſiæ Catholicæ ſæpè commemorat, Præsbyteros eſſe ſubiectos Epiſcopis, abſque aliqua dubitatione teſtatur, ac in primis ad Taraſenſes hęc dicens, Præsbyteri ſubiecti eſtote Epiſcopo, Diaconi Præsbyteris, Populus Diaconis, & Præsayteris, qui hoc ordinis decus ſeruauerint pro eorum animabus, libens animam meam commutauero, & Dominus ſit cum ipſis perpetuò, rurſus ad Smirenſes eadem inculcans, hæc ait, Laici Diaconis ſubijciantur, Diaconi Præsbyteris, Præsbiteri Epiſcopo, Epiſcopus Chriſto, vt ipſe Patri, hæc illic vbi, & ſuperius Epiſcopum appellat Principem Sacerdotem, nec quicquam maius in Eccleſia reperiri, qui & ex diſtinctione, qua dicit, omnes Epiſcopum ſequimini, vt Chriſtus patrem, & Præsbyterorum collegiũ, vt Apoſtolus magnam ſanè differentiam vtriuſque ſtatus ac gradus fuiſſe demonſtrat. Idemque in omnibus ferè, quas ſcribit, ad Eccleſias diuerſas Epiſtolas, vt Epiſcopo primum indè Præsbyteris, demũ Diaconis obedianta, dmonet, vt cum ſi ſcribit ad Trallianos, Epiſcopo ſubiecti eſtis, velut Domino, & paulo poſt, & Presbyteris ſubiecti eſtis, vt Chriſti Apoſtolis, ac rurſus poſt multa, quid aliud eſt Epiſcopus, quam is, qui omni principatu, & poteſtate ſuperior eſt, & ad Phidelpheos Põtifex, cui reddita ſunt Sancta Sanctorũ, cui ſoli commiſſa ſunt ſecreta Dei. Idem & ſuperius eumdem ordinem hierarchicum explicans, vt Præsbyteri Epiſcopo obediãt, admonet. At his qui ſatis perſpicuè dici poteſt, ex his quidem ſatis perſpicuè demonſtratum eſt, Epiſcopos à Domino in Apoſtolis conſtitutos Præsbyteros, itidem eſſe ab eo in ſeptuaginta duobus diſcipulis ordinatos, quorum ſi aliqua ex parte authoritas in Eccleſiaſtica adminiſtratione videri poſſit, fuiſſe contracta, id Apoſtolorum temporibus, & proindè ab ipſis Apoſtolis eſſe factum atque à Sanctiſſimis Patribus, vt Ignatio,

Digitized by Google

& cæteris alijs comprobatam, adeò vt nulla prorsus ad illapso abusu possit esse calumnia, nec de ablata, aut diminuta authoritate quærela multa ad hæc etiam ex Patrum sententia, & Sacrorum Conciliorum decretis addenda fuissent, sed quod ad historicam veritatem testãdam, quam profitemur, hæc satis esse putamus, breuitati consulentes, illa libentius prætermittimus. hæc *Baronius, cũ quo Pacis, Iordan. Gonzalez in superius, & alijs locis citatis*, qui defendunt D. Hieronymum à falsa imputatione, quam ei aliqui tribuunt.

Non tamen me latet, nonnulli Doctores tenere, ordine dumtaxat Episcopos Præsbyteris superiores iure diuino, humano tamen 99 *iurisdictione Michael Medina loco cit. de sacrorum hominum continentia c. 5. lib. 1. cap. 16. Becanus de Sacramentis cap. 28. q. 2. Marchinus de Sacramentis tom. 2. disp. 66. sect. 31. num. 37.* cuius verba affert *Diana par. 12. tract. de consecrat. Episcoporum res. 76. vers. dico igitur*, quam sẽtentiam ipse *Diana* tenere videtur, & ità respondent ad locum D. Hieronymi, nempè loqui dictum Sanctum de potestate iurisdictionis, non verò ordinis, qua maiores sunt Episcopi Præsbyteris, & *Diana tit. Præpositum in 3. par. punct. vnico de ordine dub. 7. num. 38. & seq. & Auersam de Sacramento ordinis q. 1. sect. 6. vers.* Hieronymũ quẽ ego vidi facit, enim hic Doctor distinctionem inter potestatem ordinis, & iurisdictionis, vt illam habeant Episcopi iure diuino, hanc iure positiuo, de quo infra suo loco, sed iure diuino etiam quoad potestatem iurisdictionis superiores esse, certius videtur, nam potestas, quam habet Episcopus etiam iurisdictionis, originaliter à iure diuino, vt dicemus, dependet.

Dico secundo, & non damno opinionem illorum Doctorum, qui existimarunt, Episcopatum non esse ordinem, vti 100 Sacramentum, prout damnant *Nauarr. Vasquez, Petrus Sotus, Medina, & alij* cum illam tenuerint tot Doctores eximij, præsertim *S. Thomas loco cit. & in 4. dist. 24. q. 3. art. 2. q. vlt. 2.* ad secundum, & hanc tenere omnes Theologi eximij, dicit *Comitulus lib. 1. q. 48. vers. hac dicendi ratio*, atque illam defendunt quam plurimi alij vltra citatos, & præsertim *Thomas Hurtad. tom. 2. resol. moral. tract. vltimo resol. variarum resol. 3. §. 3.* quod indubitatum esse dicit, & probat ex multis rationibus, nempè quia in Concilio Florentino non ponitur materia, & forma Episcopatui sicuti cęteris ordinibus præsertim sacerdotio, quod vtique fuisset, si sensisset Concilium, Episcopatum esse ordinem, secundo: quia *Sacrum Concilium Tridentinum sess. 23. cap. 2.* enumerat septem ordines tantum proprijs ordinis nominibus, & nullam mentionem facit de Episcopatu, sic manifestè sentit, non esse Sacramentum, quod ex eo fieri euidens, dicit, quia in *cap. 3.* ordinem quem diuiserat in septem, dicit esse Sacramentum nouę legis; ergò manifestum est, Episcopatum non esse Sacramentum sicuti in hierarchia ecclesiastica Ecclesia summum gradum obtinet: dicere tamen, quod contineatur sub sacerdotio, & non esse distinctum manifestè reijcitur, quia ideò Episcopatus esset ordo, quia Episcopus potest facere aliquem actum, qui si fiat à non Episcopo, nullus erit, qualis est ordinatio, & confirmatio, quia potẽtiæ distinguntur per actus; ergò Episcopatus non est idem cum sacerdotio, sicut nec Diaconus est vnus cum Subdiaconatu, atque ita si Episcopatus esset ordo, Sacramentum hoc nõ completur numero septemnio, vt vult Trident. & falsam opinionem illorum, qui dicunt Episcopatum esse sacerdotium completum, cum *Hipolensi in 4. dist. 24. q. 2. art. 3.* probat *Hurtad. loco cit. num. 89.* quia Corpus Christi verum, & Corpus Christi mysticum non sunt eiusdem rationis, sacerdotium enim ordinatur ad Corpus Christi verum, Episcopatus ad Corpus Christi mysticum quantum ad id quod superat sacerdotium, & sic ex vna extensiuè non sequitur aliud. Item quia Sacramentum ordinis, de quo egit Sancta Synodus Tridentina, quia Sacramentum ordinis sumitur in ordine ad Sacramentum Eucharistiæ, ergò potestas illa etiam si sit indelebilis non causatur ab ordine, qui est Sacramentum, si primo, & per se nõ ordinatur ad Eucharistiam actualiter conficiendam, vt ex *S. Thoma in 4. dist. 24. q. 2. art. 2.* vbi omnes septem ordines sunt

vnum

Digitized by Google

vnum Sacramentum, quia ad vnum ſcilicet Euchariſtiam tendunt, & ordinatur per actiones proprias actualitèr deſcribendo Euchariſtiæ Sacramentum, ſiue eius conſecrationi, ſiuè ſumptioni, ſiue adorationi, ſiuè quodlibet alitèr miniſtrando, & ſimile decreuit *Trident. ſeſſ.* 23. *cap.* 1. & quamuis Chriſtus Dominus potuerit inſtituere Epiſcopatum Sacramentum non in ordine ad miniſterium actuale Euchariſtiæ conficiendæ per ſacerdotem, ſed in ordine ad faciendos ſacerdotes; de facto tamen non inſtituit, ſed in ordine ad miniſterium actuale ſacerdotum, vt expreſsè *Tridentinum loco cit.* inuehitur itaq; *Hurtado contra Vaſq. & alios*. Item probat hanc ſententiam, quia Sacramentum Euchariſtiæ eſt omnibus Sacramentis præſtantius, quod eſt in confeſſo apud omnes, ſic ſacerdotiũ
101 eſt apex, & conſumatio Sacramẽti ordinis, in quo tota plenitudo Sacramenti ordinis reperitur; ergò nullus eſt ordo, qui rationem Sacramenti ſortiatur, qui non ſit in ordine ad Euchariſtiam actualitèr miniſtrandam, & conficiendam à Sacerdote, atque ita cum Epiſcopatus non ordinetur adminiſtrandum Sacerdoti, imò in ordine hierarchico eius dignitas ſuperior eſt, non eſt ordo Sacramentum. Patet conſeq. dicit *Hurtado*, quia ratio Sacramenti dicitur de ſeptem ordinibus, ſicut totum poteſtatiuum de ſuiſ partibus, cuius totius natura eſt, quod totum ſecundum completam rationem eſt in vno, in alijs autem eſt aliqua ipſius participatio, atque ita cum ſacerdotium non participet rationẽ Sacramenti ab alijs ordinibus inferioribus iſti ab iſto participant.

Demum probat *Hurtadus* ſuam ſentẽ-
102 tiam, quia ſi ex eo Epiſcopatus eſt ordo Sacramentum, quia eſt poteſtas ordinata ad aliquam actionem Epiſcopi, quæ ſi non fiat à tali poteſtate, eſt irrita; ergo ſummus Pontificatus Petro conceſſus, & ſucceſſoribus erit ordo ſpecialis diſtinctus ab Epiſcopatu, quod nul-
103 lus dixit, quia Papa poteſt definire res fidei, & multa alia facere, ſicuti enim ex vi electionis pacificè aliqua tribuitur poteſtas, quæ ſicut non eſt ordo, nec Sacramentum, ita neque poteſtas, quæ datur Epiſcopo ad aliquas actiones Hierarchias erit ordo, & Sacramentum, ſed conſtituit ſpeciale officium, & dignitatis gradum. Accedit, quia Abbas conſecratus ex vi conſecrationis accipit poteſtatem indelebilem ad aliquos actus hierarchicos, & tamen nullus, dicit, quod Abbatia ſit ordo, & Sacramentum.

Reſpondet ad contraria *Hurtadus in* §. 4. *& ad Trident.* Reſpondet ſolum, ibi,
104 velle Concilium, quod Epiſcopatus ad ordinem hierarchicum pertineat diuino iure inſtitutus, non vero quod ſit Sacramentum, prout eſt diſtinctus à Sacerdotio, hoc enim nec in mentem veniſſe illi Synodo, nec alicui cuilibet antiquiori dicit, nam omnes Patres antiqui docent Sacerdotem in Epiſcopum ordinari, hoc eſt conſecrari, vngi, & euehi ad poteſtatem excellentiorem indelebilem ſupra corpus myſticum, & Eccleſiæ non tamen eſt ordo, qui eſt Sacramentum ex ſeptem Eccleſiæ, hoc adæquatè diuiſet Concilium in maiores, & minores, per quos aſcenditur ad ſacerdotium, & vni in miniſterio alterius deſeruiunt, nulla facta mentione de Epiſcopatu prout diſtinguitur à Sacerdotio.

Nec quælibet relatio, vel ordinatio
105 ad Sacramentum Euchariſtiæ dat ordinem, qui ſit Sacramentum, ſed ordinatio, vel relatio principalitèr, & directè ordinata ad actualem Euchariſtiæ conſecrationem, vel vſum, aut miniſterium, ſeptem autem ordines, tàm ſacri, quàm non ſacri principalitèr, ac directè ordinantur ad ſeruiendum Sacramentò Euchariſtiæ quantum ad actualem conſecrationem eius, vel vſum, & ideò quilibet ordo ſortitur rationem Sacramenti ordinis: Epiſcopatus autem, prout eſt altior ſacerdotio, non ordinatur princi-
106 palitèr, & directè ad actualem conſecrationem Euchariſtiæ, vel vſum, non enim poteſtas Epiſcopalis vt ſic, dicit *Hurtadus*, cooperatur actualitèr Sacerdoti miſſam celebranti, aut Euchariſtiã nutu conficienti, & ſi ſacerdotalis poteſtas ab Epiſcopo deriuetur, & Sacerdotes in ſuo miniſterio vtantur rebus ab Epiſcopo conſecratis; cæterum ad conſecrationem corporis Chriſti non iuuatur ab Epiſcopo, niſi in quantum accipit

Digitized by Google

pit potestatem ab Episcopo consecrandi, per hoc autem, quod quis ab alio recipit potentiam ad actum, non propriè dicitur habere actum ab illo, aut illum cooperari ad eius actum, vti animal genitum accipit omnes potentias vitales à generante, tamen generans non dicitur cooperari cum genito ad actus potẽtiarum, puta visionis, auditus, &c.

Et licèt Episcopus accipiat potestatẽ supernaturalem ad actus hierarchicos,
107 quæ perseuerat in Episcopo schismatico, tamen hæc potestas non est character ordinis dicenda, quia vt dicit *S. Thom.* ordo prout Sacramentum imprimens characterem ordinatur specialitèr ad Sacramentum Eucharistiæ, in quo ipse Christus continetur, quia per characterem ipsi Christo configuramur; ideò licèt detur aliqua potestas spiritualis Episcopo, non tamen illa potestas habet rationem characteris, ratio enim charact. ris ordinis deseruitur in ordine ad configurationem cum Christo sacerdote secundum ordinem Melchisedech, panẽ, & vinum conuersum in corpus, & sanguinem suum, offerente, ad quod potestas Episcopalis, prout à sacerdotio distincta, non ordinatur directè, & principaliter: quod verò potestas Episcopalis sit indelebilis, nõ per hoc sequitur, quod Episcopatus sit ordo Sacramentum, nam virginum, & calicis consecratio est indelebilis, tamen non est Sacramentum.

Quod verò per Episcopatum confera-
108 tur gratia. Respondet etiam *Hurtadus*, & dicit, quod nullæ actiones, quantumcumque consistant insignes & rebus, & sint, ex diuina institutione attingunt ad rationem Sacramenti nouę legis, nisi habeant efficaciam, & virtutem ex opere operato, efficiendo id, quod significant, quantumque detur in tali actione gratia gratum faciens, aut aliquis effectus specialis consequenter, & sic licet vnctio Regum, & consecratio Virginum fiat per signa sensibilia, & in eis gratia detur, quia non confertur gratia ex opere operato, non sunt Sacramenta; ità intelligendum est de Episcopo, in cuius ordinatione, licèt conferatur gratia, non ex opere operato, sed ex opere operantis, quia Episcopus indiget gratia in sui officij, & gradus exercitio, & Deus non deficit in necessarijs.

Ad illud, quod obijci potest ex *Trid. sess. 23. cap. 3.* vbi ad probandum ordinẽ esse Sacramentum, & conferre gratiam,
109 vtitur loco *Pauli ad Thimot. 2. c. 1.* ibi, propter quam causam admoneo te, vt resuscites gratiam Dei, quę est in te per impositionem manuum mearum, non enim dedit nobis Deus spiritum timoris, sed virtutis; loquitur enim Paulus ibi de ordinatione *Thimotei* in Episcopatũ, in qua recepit *Thimotheus* gratiam, nam respondet *Hurtadus*, quod in primitiua Ecclesia ob penuriam ministrorum multi simul ordinabantur, & presbyteri, & Episcopi simul, qualis fuit *Thimotheus*, & sic intelligendos esse Patres, qui dicunt loqui, ibi Paulum de ordinatione Episcopi ideſt simul cum sacerdotio, & quatenus refertur ad sacerdotium, erit Sacramentum ordinis, nõ tamen quatenus referebatur ad Episcopatum, quæ est potestas superior sacerdotio, quatenus respicit corpus Christi mysticum, indè optimè Concilium à Spiritu Sancto rectũ ex loco Pauli colliget Sacram ordinationem esse Sacramentum nouæ legis.

Demum ad illud, quod obijci poterit,
110 quod Episcopus ordinans alios in peccato peccet mortalitèr, indè sequitur, quia perficit Sacramentum in peccato mortali, & malè administrat Sacramenta, non quod Episcopatus sit ordo.

Hæc, & alia, & satis doctè *Hurtadus* ex cuius, & aliorum Doctorum per ipsum adductorum doctrina satis liquet hanc sententiam, quæ negat Episcopatum esse ordinem Sacramentalem, etiam loquendo post Concilium, non esse improbabilem, nec damnandam, sed posse substineri, & habere suas solidas rationes, & fundamenta: & si nullam aliam
111 haberet firmitatem, vt probabilis existat; sufficit, vt illam docuerit ille sanctus lumen Ecclesiæ nostræ Thomas de Aquino, cui omnes subscribere debẽt, nec ab eius doctrina procul esse.

Dico secundo, aliam opinionem affirmantem Episcopatum esse ordinem, & Sacramentum probabilissimam puto ob
112 rationes, & argumenta adducta à Doctoribus illam sectantibus, negari haud

po-

Digitized by Google

poteſt, quin Epiſcoporum conſecratio ſit ſacra ordinatio, quam ſacram ordinationem *Trident. ſeſſ. 23. c. 3.* diffinit eſſe Sacramentum, in ea enim interueniat materia, & forma, & ſacra vnctio, & per ipſam recipiatur poteſtas ſpiritualis indelebilis, per quam Epiſcopus ſolus ordinat, & confirmat: & quamuis hæc ſit circa corpus Chriſti myſticum immediatè, attamen reſpicit quoq; corpus Chriſti verum, & quidem non tam remotè, ſed proximè, eo præſertim, quia cum poteſtate ordinandi Sacerdotes recipit etiam poteſtatem conſecrandi alia ad vſum Euchariſtiæ, nec Epiſcopus talem poteſtatem recipere poterit, niſi prius
113 habuerit & ipſe poteſtatem circa corpus Chriſti verum. Sacri quoque Canones, & Patres communiter vocitant, Epiſcopatum eſſe ordinem, quos largè, & impropriè loquutos eſſe, fas non eſt dicere, & ex illis citatis ſacris Canonibus præſertim per *Fagn.* ſatis liquet, Epiſcopatum imprimere characterē, nec ſequela *Hurtadi* ſequitur; quia Papa nō recipit diſtinctam poteſtatem ordinis, quā
114 recipit Epiſcopus, ſed eadem omninò eſt, vt conſtans eſt Theologorum, & omnium Catholicorum ſententia *D. Thom. 3. par. q. 71. alias 40. art. 6. ad 2. Sotus in 4. diſt. 24. 9. q. 2. art. 4. in 2. concl. Dicaſtillus loco ſupra citato n. 44. Sanchez in moralibus lib. 7. cap. 1. dub. 11.* Iuriſdictionis autem ſupremam poteſtatem, quam recipit ſupra omnes etiam Epiſcopus, non facit ordinem, & Abbas non recipit poteſtatem conferendi ordines ſacros, licèt minores, & ſic eius ordinatio non recipit, ità Sacramentum Euchariſtiæ, ſicuti ad illud Sacramentum tendit proximè Epiſcopi ordinatio.

Vtramque enim ſententiam probabi-
115 liſſimam puto, neutram damno, vtramque ſequi poſſe arbitror; ſicuti nec damno illorum Theologorum ſententiam, qui arbitrati ſunt ſacerdotium, & Epiſcopatum diſtingui ſpecie, non genere, atque eſſe vnum completum ſacerdotiū, & perfectum, atque characterem extēdi dumtaxat, prout ſupra retulimus. Et immeritò damnarunt hanc ſententiam Hiſpalēſis, & Hurtado, quia habet ſuas rationes, & fundamentum, & quamuis Epiſcopatus habet poteſtatem circa corpus Chriſti myſticum; ſacerdotium verò circa corpus Chriſti verū; tamen ſicuti in ſacerdotio adeſt poteſtas abſoluendi, quę circa corpus Chriſti myſticum quoque verſatur, & ſupponit neceſſariò pote-
116 ſtatem conſecrandi, quæ tota eſt circa corpus Chriſti verum, ita ſicuti in ſacerdotio dilatatur poteſtas, & completur, cum Sacerdos ordinatus in eadem ordinatione poſt acceptam poteſtatem conſecrandi recipit poteſtatem abſoluendi, ſic dici poteſt in Epiſcopatu ſiuè in Epiſcopi conſecratione, per quam compiletur, & perfectionatur ſacerdotium, itaut vltra iri non poſſit, & ita dilatatur character, ſiue vt dicit *Vaſquez*, conferatur noua poteſtas permanente eodem caractere, ſiue vt dicit *Macedo* de clauibus *Petri lib. 4. tract. 5. de Sacramento ordinis c. 1.* Epiſcopatus includit preſbyteratum; & addit ex parte ordinis
117 Epiſcopalis virtutem conſecrandi, & conferendi ordines, & benedicendi materiam Sacramentorum, & confirmandi, ſpectet ad eſſentiam ordinis, eoque augetur character ſacerdotalis, non quoad ſit ab eo diſtinctus prorſus, cum includit illum, ſe extendeat ad iſta, quæ ſunt minus, quàm conſecratio corporis Chriſti; ſic cum ſermo eſt de Epiſcopatu, non ſumitur ſine preſbyteratu, ſed ſimul cum eo, vt continens, & contentū.

Probabiliſſimam quoq; exiſtimo aliorum Doctorum ſententiam, qui dixerūt Epiſcopatum eſſe ordinem diſtinctum à ſacerdotio, & characterem diſtinctum
118 imprimere, & maximè mihi placet doctrina Raphael Auerſa, quàm ſupra retulimus, ſicut nec diſplicet, quod ſcribit *Marcant. in Tribun. Sacramentor. tom. 3. tit. 1. q. 2. vbi ſic ſcriptum reliquit, An vero ordo Epiſcopalis characterem ſeparatum à ſacerdotali imprimat, & an duplex ordo aſ-*
119 *ſignandus ſit Sacerdotalis, & Epiſcopalis Reſpondetur abſque diſputatione, charactēri ſacerdotali ſaltem aliquod augumentum aduenire per ordinationem Epiſcopalem, ſiuè fiat per intentionem, & ampliationem in ſua entitate, ſiue per virtutis nouæ acquiſitionem, ſufficit enim, quod ad effectus plures & maiores intelligantur protendi, nec corruerit, ſi ſub ordine generico duas vnius ſpecies*

cies, quarum altera alteram præsupponit, assignet, aut duos gradus eiusdem ordinis, quorum etiam ab intrinseco posterior priore perfectior, & excellentior sit. hæc Marcant.

120 *Hurtadus vero loco cit. sub* §.4. existimat nec posse dici characterem omninò distinctum, quia licèt Episcopalis potestas sit distincta à sacerdotali, & Episcopalis respiciat corpus Christi mysticum, essentialitèr tamèn supponit potestatem respicientem corpus Christi verum, sicut potestas absoluendi supponit potestatem consecrandi: neque dici potest, quod sit extẽsio prioris characteris, quia *S. Thom.* duo dicit, primum, quod Episcopatus non sit character, rationem formalem characteris expellit, & sic non potest esse illius extensio, quia alicuius habitus extensio non excludit rationem formalem ipsius, imò includit Secundũ, quod Episcopatus est potestas quædam indelebilis ad actus aliquos hierarchicos omninò distinctos ab actibus sacerdotalibus, & sicuti sacerdotium non est extensio Diaconatus, & character realiter diuersus, ità potestas Episcopalis à charactere sacerdotali, quia actus sunt diuersi, quamuis possit dici, quod Episcopalis potestas aliquatenus sit extensio sacerdotalis potestatis, quatenus illã essentialitèr præsupponit, & vtraq; etiam versentur circa corpus Christi mysticum, licèt principalitèr ad Eucharistiam Sacerdotalis directè ingrediatur, & probabile etiam existimo, quod scribit *Pac. Iordan. tom. 1. pralud. 4. nu. 24.* dicens, quod

121 si accipiatur character, prout dirigitur in verum Christi corpus, tunc quia Episcopus nihil recipit vltra sacerdotes neque alium characterem recipere dicatur, si vero inspexerimus characterem à latiori significatione, prout respicit corpus Christi mysticum, quia ipse distinguitur à non Episcopo, & habilitatur ad functiones reseruatas ordini Episcopali, qui dum propriè sunt effectus characteris, nimirum distinguere characterizatũ à non habente illum, & habilitare ad ea, quæ sunt illius ordinis, vel Sacramenti, vt in cõfesso est apud omnes; meritò concludi poterit affirmatiuè, quod scilicèt distinctum recipit characterem.

122 Omnes istas opiniones probabiles existimo, nec meum est damnare opiniones quas Typis mandari permitti in eisque responsis, sancta Ecclesia impartitur authoritatem, & pari modo, nec damno Canonistarum sententiam, & illorum Theologorum, qui asserunt in Ecclesia Catholica esse octo ordines, prout immeritò damnauit hanc sententiã Villalobos in Summa Hispana *tom. 1. tract. 11. dist. 2. num. 4.* dicens, Por lo menos temerario dicir, que la primiera tonsura, y el Obispados son ordines en la Iglesia.

Circa verò materiam, & formam Epi-

123 scopatus, & si variæ non fuerint sententiæ, quarum nullam improbo, probabilissimam tamen existimo illorum esse, qui docuerunt materiam esse manuum impositionem, formam verba accipe Spiritum Sanctum, & videre est *Sanch. d. lib. 7 dub. 12. num. 22. Auersam q. 2. sect. 10. & Gerundam de Episcopo tom. 2, lib. 8. disp. 9. c. 2. Dianam d. p. 11. tract. vit. de consecrat. Episcopi resol. 18.* qui alia dubia circa Episcoporum consecrationem ponit, & resoluit, quæ ex condicto omitto, ne sim nimis prolixus, & à meo instituto plusquam oportet declinem.

SECTIO TERTIA.

Quo iure sit potestas iurisdictionis in Episcopo.

REstat nunc inquirere, an potestas iurisdictionis, quàm habẽt Episcopi, sit de iure diuino, vel potius de iure hu-

1 mano, quæ sanè quæstio non solum à nostris Doctoribus agitatur. Equidem duo principales potestates in Episcopo considerantur, vna ordinis, altera iurisdictionis, quæ etiam duplicem habet respectũ *dicit Cardinalis Turrecremata lib. 1. tom. 1. cap. 96. in 1. concl.* num ad forum interius, alterum ad forum exterius, quã potestatem, seù iurisdictionem coercitiuam communitèr vocant, sed tres iurisdictiones in Episcopo inesse, docet *Card. Bellarm. lib. 4. de Romano Pontifice cap. 22.* nempè ordinis, & iurisdictionis, hanc autem diuidit, alteram pro foro interno, alteram verò pro foro externo, sed iurisdictionem pro foro interno ad ordinis

dinis potestatem reducit *Turrecremata d.lib.1. cap.93.* præsertim in *6. conclus.* In
2 quantum ad ordinis potestatem, citra controuersiam est, & apud omnes in cõfesso hanc iure diuino procedere, & immediatè à Deo illam accipere Episcopũ posita consecratione. *Bellarm.de Romano Pontifice d.lib.4.d.c.22. Magister Victoria in relect.2.de potest.eccles.q.2.num.16. in 3. propos. Macedo de clauibus Petri differt.4. c.3.vers primam conclusionem Azor.par.2. lib.3.cap.30. Alzedus de Episcopatus origine cap.1.& Pac.Iord.tom.1.pralud.3.num.8* *Angelus Petr.de potestate Apostolorum disp. 3.fol.180. & fol.182. vers.hanc tamen*, qui dicit, quod à Deo tamquam causa efficiente recipiunt Episcopi potestatẽ ordinis, & instrumentalitèr à Summo Pontifice, & in quantum enim ad hanc potestatem ordinis non est differentia inter Papam, & Episcopos, vt supra dictum est, sunt enim æquales, & vterque hanc potestatem à Deo recipit immediatè sequuta consecratione, quæ est conditio sine qua non.

Dubium igitur est circa potestatem iurisdictionis, quàm habent Episcopi, an hæc sit de iure diuino immediatè, an verò de iure humano.

In primis notandum est, quod hanc
3 potestatem iurisdictionis actiuam vocãt Theologi, quæ se tenet ex parte principalis, seù Episcopi vocant, quæ etiam facultatem iuris dicendi in foro exteriori, quam iurisdictionis facultatem, seù potestatem iuris dicendi non accipiunt Episcopi in consecratione, quia ad illã consequendam nullam requiritur consecratio, sed statim post electionem, & confirmationem acquiritur, nam iurisdictio non pendet à consecratione, in qua dumtaxat potestas ordinis recipitur, hoc enim apud omnes est inconfesso, habemusque quàm plurima canonica iura præsertim textum in *c. transmissam* de electione, quàm pulchrè, & eruditè *nouissimè Doctus satis, & eruditus Emanuel Gonzalez*, ibique citat concordantia iura, & contraria, quæ induci possunt explicat; consentiunt communitèr Theologi, & videre est *Patrem Auersam de ordine q.2.sect.71. Dianam loco cit.res.74. & alios*, quos in re tam clara omitto; hodie verò nullus iurisdictionis actus fieri potest, nisi litteris expeditis per extraua-
4 gantem *Iulij 3. de qua nos in tit.de exequutoribus litterarum Apostolicarum par.1.c.3* & non solum requiritur expeditio litterarum, sed possessio absque qua numquam permittitur Episcopo actum iurisdictionalem exercere, & ita praxi obseruatur.

Ad dubium igitur propositum redeamus, inuicem pugnantes Doctores eximios inuenio: quidam enim existimant
5 iurisdictionis etiam potestatem, seù facultatem actiuam Episcopis etiam iure diuino recipere immediatè, ità *Alphonsus Castrus lib.2.de iusta hæreticor.punit c. 24. Dominicus Sotus.in 4. dist.18.q.4.art.2. vers.& licet Vasq.in 3.p.S.Thom. to.3. disp. 240.c.4.n.41. Thomas Hurtadus d. tom.2. res.moral.tract.vlt.variar.resol.3.§.1.n.76 & de resident.tom.1.lib.1.res.9.n.9. & alij.* Fundamenta huius sententiæ sunt multa, præsertim quia iuxta omnium Catholicorum sententiam Apostoli à Christo Domino omnem potestatem, siuè ordinis, siuè iurisdictionis à Christo Domino immediatè acceperunt, vt benè, & latè probat. *Cardinalis Bellarminus lib.4. de Romano Pontif.c.23. Cardinalis Caietanus de authoritate Papæ, & Concilij cap.3. Sotus in 4.dist.20.q.1.art.1. & 2. Magister*
6 *Victoria resol.2.de potest.ecclesiæ q.2.num.9. Petrieca de potestate Apostolorum disput. 3. fol.* 179. & cæteri communitèr Catholici; ergo omnem potestatem, quam habent Episcopi, siuè ordinis, sivè iurisdictionis, etiam immediatè recipiunt à Deo Christi Domino, quia Episcopi successores Apostolorum sunt secundum
7 communem Sanctorum Patrum, Conciliorumque, & Canonum authoritatem, & sicuti illi à Christo immediatè acceperunt, sic posita electione, confirmatione, & consecratione isti omnem à Deo accipiunt potestatem immediatè, prout acceperunt Apostoli, quibus & eorum
8 ordini succedunt Episcopi. Item munus Episcopale est de iure diuino, nã Christus Petro dixit *pasce oues meas*, quicquid enim intrinsecè est annexum tali muneri, estque quoque de iure diuino ligandi, & soluendi, & qualibet alia coercitiua in foro exteriori est eodem iure diuino

Digitized by Google

annexa tali muneri pascendi, nam pascere importat, & gubernationem,& iurisdictionem in exteriori foro; ergo iure diuino Episcopus accepit hanc potestatem immediatè, licèt electio personæ spectet ad Papam, nam posita electione confirmatione, & consecratione, statim iure diuino recipit potestatem sicut Papa,licèt eligatur à Cardinalibus, attamẽ posita legitima electione potestatem omnem à Deo immediatè recipit.

Item probatur hæc eadem sententia,
9 quia Episcopi exercent iurisdictionis actus nomine proprio, non autem nomine Summi Põtificis;ergò iurisdictionem accipiunt immediatè à Deo, licèt manu Summi Pontificis, summus namque Pontifex nihil aliud facit, quàm personam destinare, & materiam præbere,assignando subditos,sed iurisdictio fuit concessa à Deo ordini Episcoporũ, à quo immediatè recipiunt, Ità enim eruditè scribit *Hurtadus de residentia loco*
10 *cit.* Hæc autem potestas conuenit Episcopis ex vi institutionis Christi, & iure diuino ex quo, vt supra ostendi,habent, quod sint pastores, & per consequens Iudices omnium, qua pastoritia potestate gubernant,quare à iure diuino, & nõ à Papa habent potestatem actiuam iurisdictionis, vt autem hæc potestas actiua exerceatur,Pontifex confert materiã scilicet gregem huius, vel illius Ciuitatis, sicut ignis ex sua natura habet vim actiuam comburendi, & applicatio cõbustibilium non ab igne, sed ab extrinseco applicante prouenit, sic etiam Sacerdos accipit potestatem actiuam dimittendi peccata, quam illi non tribuit Episcopus, dum dat facultatem cõferendi in sua Diœcesi, sed solum applicat suas oues illi potestati actiuæ, quam habet ex vi ordinis, & iure diuino, quare solum in virtute clauium sibi à Christo concessarum absoluit, nam non potestate ab Episcopo concessa, iste enim non dat potestatem absoluendi, quæ est iurisdictio actiua, & habetur à iure diuino, sed solum,quod hæc potestas exerceatur circa suas oues, sic Pontifex non confert Episcopo potestatem actiuam iurisdictionis pastoritiæ, sed solum circa quæ exercetur, scilicet oues gregis vniuersalis, quarum Summus Pontifex diuisit in Diœceses,& has commisit Episcopis, sicut ipsi in suis Ciuitatibus diuiserunt Parochias.Hæc Doctus *Hurtadus.*

Insuper probatur act.20. ibi attendite vobis, & vniuerso gregi, in quem vos
11 Spiritus Sanctus posuit Episcopos regere Ecclesiam Dei, quam acquisiuit sãguine suo; ergo iure diuino non humano regunt Episcopi Ecclesias suas: ex iure enim diuino accipiunt hanc potestatem regendi.Et ad *Ephesios c.*4. ibi, & ipse dedit quosdam quidem Apostolos, quosdam autem Prophetas, alios vero Euangelistas,alios autem Pastores, & Doctores ad consummationẽ sanctorũ in opus ministerij; ergo iurisdictio accipitur à Deo immediatè ab Episcopis. Hæc,& alia afferuntDoctores huius sententiæ.

At vice versa nonnulli docent pote-
12 statem iurisdictionis accipere Episcopos immediatè à Summo Pontifice,sicq; hæc potestas de iure diuino sed mediatè non immediatè. Ità *Bellarm.de Romano Pontifice d.lib.4.c.24.Suarez de legib.lib.4. per totum, Cardinalis de Turrecremata in sum.lib.2.cap.54. Cardinalis Caietanus in op.tract.1. cap.2. Macedo de clauibus Petri dissert.4.cap.3. vers. tertia concl. Merolla tom.3. disp.7.cap.5. dub.4. num.43. Petricca de potestate Apostolorum loco cit. fol.*183. *&* 186. *Azorius institut.moral. par.2.lib.3. cap.3.tract.31. Diana par.12.tract.de consecratione Episcopi ref.75. vers. quid ergo sentiam,Pater Auersa de sacramento ordinis q.2.sect.12. Rodulf.Cuperf. ad cap.oportebat fol.*275 *num.*5. *& alij* multi Doctores, quos omitto. Rationes, & fundamẽta huius sententię sunt multa,præsertim probat suam sententiam *Bellarm.* quia
13 regimen Ecclesiæ est monarchicũ, ideò penes vnum debet esse tota iurisdictio,à quo in cæteros ministros fluat,& ab vno omnes debent recipere: alias non esset monarchicum, nec vnum caput haberet Ecclesia. Secundo quia, si à Deo iurisdictionem Episcopi accipiunt immediatè, æqualem omnes haberent hanc, sicuti æqualem habent ordinis, sed non omnes Episcopi æqualem habent iurisdictionis potestatẽ, quod patet ex eo,quia
14 vnus Episcopus maiorem habet Diœcesim,

Digitized by Google

sim, & magis amplam, alius minorem, vnus maiorem habet facultatem, alter minorem, & sic de singulis; ergo non à Deo, sed à Papa immediatè recipit iurisdictionem. Tertiò quia si à Deo, non posset Summus Pōtifex limitare, minue-
15 re, & restringere Episcoporum iurisdictionem, sicuti non potest potestatem ordinis. Neque valet dicere secundum *Bellarm.* Episcopos habere iurisdictionē à Deo, sed subiectam Romano Pontifici, & ideo potest Romanus Pōtifex minuere, vel mutare talem potestatem, & iurisdictionem; nam respondet *Bellarm.* quod Apostoli habuerunt potestatem sub Petro, & tamen quia habuerunt im-
16 mediatè à Christo, non poterat Petrus ab illis auferre, vel immutare, presbyteri habent potestatem ordinis sub Pōtifice, tamen quia habent à Deo, non potest illam Papa tollere, vel immutare, nam etiam interdicti, & excommunicati, si velint, validè sacrificant. Potestas quippe iurisdictionis habet relationem ad subditos, & vtique si à Deo immediatè procedit, neque Papa poterit tollere subditos subtrahendo materiam iurisdictionis. Insuper si habent talem potestatem à Deo immediatè, debent ostendere
17 aliquod verbum Dei, omnia autem verba dicta Apostolis sunt de potestate amplissima in Ecclesia, quam non habent Episcopi. Tandem Innocentius I. in epistola ad Concilium Cartaginen. epist. 91 inter epistolas D. Augustini, ait à Petro
18 ipse Episcopatus, & tota authoritas nominis huius emerserit: & epist. ad Cōcil. Meluitan. 93. inter easdem D. Augustini ait, arbitror omnes Fratres, & coepiscopos nostros non nisi ad Petrum, idest sui nominis, & honoris authorem deferre debere. & S. Leo in serm. 3. suę assumptionis, & epist. 89. ait, huius muneris sanctum, ita Dominus ad omnium Apostolorum officium voluit pertinere, vt in Beatissimo Petro Apostolorum omnium summo principalitèr collocaret, vt ab ipso quodam capite dona sua velut in corpus omne diffunderet.

Probat Merolla hanc sententiam, ità
91 scribens: probatur hæc sententia, nam ex contraria opinione sequeretur actum
19 excommunicandi, vel ab excommunicatione absoluendi esse formalitèr, & essentialitèr, non solum actum iurisdictionis, sed etiam ordinis, seù consecrationis Episcopalis, sicut absolutio à peccatis est formalitèr, & essentialitèr non solum actus iurisdictionis, sed etiam ordinis sacerdotalis: consequens vero falsum; ergo maior restat clara, & ab aduersarijs non negatur; nam si Episcopi habent potestatem excommunicandi, & ab excommunicatione absoluendi iure
20 diuino, & ex vi iurisdictionis suæ, seù consecrationis, sequitur necessario actū excommunicandi, & ab excommunicatione absoluendi esse etiam actum ordinis Episcopalis, sicuti est in Sacerdote actus absoluendi à peccatis. Minor vero probatur, nam si actus excommunicandi, vel ab excommunicatione absoluendi esset actus ordinis, non posset assignari ratio, quæ potestas excommunicandi possit communicari non Episcopis, non solum per delegationem, sed etiam vt ordinaria, vt patet de multis Abbatibus, qui Episcopi non sunt, & potestas absoluendi à peccatis non possit committi non Sacerdoti etiam per delegationem. Neque posset ostendi ratio cur Episcopus excommunicatus absoluens alium ab excommunicatione non fiat irregularis (vt docent communitèr Doctores in materia de censuris) & Sacardos excommunicatus fit irregularis absoluendi alium à peccatis. At in nostra sententia facilè assignatur ratio differentiæ, quia scilicèt absolutio à peccatis est actus non solum iurisdictionis, sed etiam ordinis, & ideò non potest communicari non Sacerdoti, & fit irregularis Sacerdos excommunicatus absoluendo: absolutio vero ab excommunicatione est purus actus iurisdictionis, & per consequens conuenire potest non ordinato; & non contrahitur irregularitas, si fiat ab excommunicato, qui fit irregularis exercens actum ordinis, non autem iurisdictionis.

Confirmatur eadem minor, nam actus ligandi, & soluendi in foro exteriori in Summo Pontifice non sunt actus ordi-
21 nis, vel consecrationis alicuius; ergò neque in Episcopis. Consequētia est clara, quia Episcopalis potestas est partici-

Digitized by Google

patio quædam Papalis potestatis. Antecedens probatur, nã potestas ligandi, & soluendi in foro exteriori non datur Põtifici per aliquam consecrationem, sed per electionem, & nudam concessionem Dei, quoniam statim ac ritè eligitur; etiã si non Sacerdos, vel Episcopus, est verus Papa quoad talem potestatem, vndè potest leges ferre, exercere, & alios actus
22 exercere iurisdictionem; ergo eodem modo datur Episcopis eadem potestas, non per aliquam consecrationem, sed per electionem, vel puram cõcessionem. Hæc Merolla.

Probat Macedo hanc sententiam breuiter primo, quia Episcopi non sunt pa-
23 res potestati Papæ, sed inferiores; ergo debent iurisdictionem ab eo accipere. Secundo, quia si à Christo acciperent, ideò esset, quia succedunt Apostolis, sed Episcopi non succedunt Apostolis in numero Apostolatus, sed in officio pastorum: at officium pastorum est subsidium
24 Pontifici Maximo, qui est summus, & Ordinarius pastor repræsentans Petrum, cui dictum est, *pasce oues meas*, quod officium præcisè accepit, non vti Apostolus, sed vti caput, & Princeps, qua ratione transit ad successores, ad quos non transiuit Apostolatus. Tertio, quia Episcopi confirmantur à Papa, certis sedibus de-
25 stinantur, & mutantur, & eorum potestas interdum restringitur, & coarcetur, interdum augetur. Hæc Macedo.

Diana in d. resol. 75. probat hanc sen-
26 tentiam, primum, constat enim, dicit, posse dari Episcopum consecratum, qui
26 nullam habet iurisdictionem, nam minus probatur, quod dicunt alij habere iurisdictionem actiuam, seù quicquid requiritur ex parte principij, sed non habere materiam applicatam, sed applicationem fieri per Ecclesiam.

Confirmatur primo, Pontifex, vt refert *Bellarm. c. citato* in fine, creans Episcopos, vtitur his verbis: prouidemus Ec-
27 clesiæ tali de tali persona, committentes ei administrationem in temporalibus, & spiritualibus. Quibus verbis non solum materia videtur applicari, sed etiam videtur dari ipsa iurisdictio actiua, cum id sonet administratio, tum minus, quoad spiritualia, quam quoad temporalia, cõcessio autem administrationis in temporalibus dicit concessionem veræ facultatis, & potestatis moralis agendi.

Confirmatur secundo, Pontifex dicitur subtrahere Episcoopis iurisdictionẽ,
28 restringere, ampliare; hęc autem propriè designant non applicationem, vel subtractionem materiæ, sed ipsius moralis facultatis.

Aduertendum est tamen, quod licèt
29 Episcopi non videantur immediatè iure diuino habere iurisdictionem, Pontifex tamen eo iure obligetur eos in partem sollicitudinis asciscere, nam constituto per Christum gradui Episcopali simul credetur præceptum Summo Pontifici, vt per se solum non regat Ecclesiam, solos Sacerdotes ordinando, sed etiã ordinet Episcopos, eosq; iurisdictionẽ aliquã concedat conuenienter illorum gradui, itaut gradus Episcopalis iuxta suam exigentiam illam postulet, eamq; maiorem, quam communitèr deceat concedi Sacerdotibus.

Per ordinationem ergo Episcopalem aliquis constituitur in Ecclesia in gradu pastoris, idest qui conuenienter suo or-
30 dini possit pascere, & cui Pontifex debeat iurisdictionem suo gradui conuenientem concedere ob bonum Ecclesiæ, propter quod tamen dici nõ debet, Episcopum habere iurisdictionẽ immediatè iure diuino, cum aliud sit summum Pontificem iure diuino debere concedere Episcopo aliquam iurisdictionem conuenientem ad eius gradum, & maiorem, quam simplici Sacerdoti; aliud vero asserere eamdem iurisdictionem immediatè à iure diuino Episcopo competere, & hæc omnia docet *Ioan. Præpositus in 3. par. de Sacramento ordinis q. vnica dub. 7. n. 48. cum seq. hæc Diana loco cit.* sed fusius probat *Suarez loco cit. per totum illud caput quartum ad quod remitto lectorem.*

Respondent Doctores huius senten-
31 tiæ ad fundamenta prioris sententię, & ad primum argumentum dicunt, quod licet verum sit, Apostolis à Christo immediatè fuisse datam omnem potestatẽ, & ordinis, & iurisdictionis, tamen Episcopi non succedunt propriè Apostolis vt sic, quia Apostoli excepto Petro non fuerunt ordinarij, sed delegati Pastores

qua-

Digitized by Google

qualibus non succeditur, nec Episcopi habent potestatem veræ Apostolicæ authoritatis, dicuntur tamen succedere Apostolis duplici ratione: prima ratione ordinis, seù consecrationis Episcopalis: secundo, per quãdam similitudinem, & proportionem, quia sicut Apostoli fuerunt sub Christo, ità Episcopi sub summo Pontifice, ita *Merolla nu.*48. Sed brevioribus verbis respondet *Bellarm.*, dicẽs, non in omnem potestatem, quam habuerunt Apostoli, succedunt Episcopi, nam non possunt fundare Ecclesias in
32 toto orbe, prædicare, constituere libros canonicos, & cætera. Insuper non possunt dici Episcopi veri successores Apostolorum, quia tempore Apostolorum fuerunt Episcopi; hinc patet, quod non est idem successio Summi Pontificis ad Petrum, ac successio Episcoporum ad Apostolos, vt idem *Bellarm. Merolla, & alij locis citatis.* Nam Romanus Pontifex succedit Petro vti capiti, & pastori vniuersali, & Ordinario totius Ecclesię, nõ vti Apostolo, & ita ab ipso habet Romanus Pontifex potestatem, & iurisdictionem, à quo Petrus, non sic Episcopi, quia non succedunt Apostolis propriè, quia isti extraordinarij, & delegati fuerunt,
33 quibus non succeditur. Ita etiam respõdet *Barbosa de officio, & potestate Episcopi par.*1. *cap.*1. *de institutione Episcopi nu.*31. *cum sequent.* & fuit doctrina doctissimi Caietani in opusculo de authoritate Papæ, & Concilij *cap.*2. *vers. & vt, & de institutione Romani Pontificis tit.*3. *c.*5. *vers. ad authoritates.*

Ad aliud argumentum respondent
34 Authores huius sententiæ, præsertim *Bellarm.*, vtrumque conferri à Deo, & ordinem, & iurisdictionem: ordinem quidem immediatè, iurisdictionẽ vero mediatè, scilicet mediante persona summi Pontificis. Respondet Merolla, & dicit, munus Episcopale esse quodam de iure diuino, quia scilicet voluit Christus Dominus, vt in Ecclesia sua essent Episcopi sub Papa, qui essent veri pastores ordinarij, & principatus ecclesiasticus sub Põtifice; non tamen ex hoc sequitur collatio talis muneris in particulari esse immediatè à Christo, nam fieri potuit, vt Christus docuerit, & præceperit Apostolis, & præcipuè Petro, modum regendi Monarchiam Ecclesiasticam medijs Episcopis tamquam pastoribus Ordinarijs sub Petro, & nihilo minus commiserit Petro, eiusque successoribus institutum muneris cum tali iurisdictione, & collationem eius non tantum designando personam, sed etiam potestatem ipsam impartiendo; quo posito, sequitur iurisdictionem Episcoporum esse de iure humano immediatè, quia res est talis ex
35 immediata institutione, non ex præcepto, quia præceptum remotè se habet ità *Merolla loco cit. num.*51. Quod autem talis fuerit Episcopatuum institutio, ipse *Merolla* ex pluribus probat *nu.*52. Ad paritatẽ electionis Summi Pontificis respõdet *Macedo loco cit.* quod licèt Summus Pontifex ab hominibus eligatur, tamen diuersa est electio Summi Pontificis, hęc namque non est ratio conferendi iurisdictionem, sed est conditio qua cum ponitur; Christus enim dat iurisdictionem, nam homines, qui eligunt, non habent iurisdictionem Papalem, secus in Episcopis, cum ipsa electio, & creatio est ipsamet ratio conferendi iurisdictionem, & hoc quia Pontifex habet iurisdi-
36 ctionem in vniuersam Ecclesiam, quæ non potest dari ab hominibus cum non sit facultatis humanæ, sed potentiæ diuinæ, iurisdictio autem Episcoporum est priuatæ Ecclesiæ, & supponit in Põtifice diuinam à Christo acceptam, sic potest ab eo conferri.

Ad argumẽtum, quod Episcopi exer-
37 cent iurisdictionem iure suo, respondetur, nihil hinc probari, quia potestas Episcoporum sicut ex humano iure, & immediatè, attamen est ordinaria, ideò ex proprio iure eam exercent; dicit tamen Merolla potuisse hoc in Ecclesia introduci, quod verò non sit in vsu, non est, quia non possit esse, nec quia iurisdictio Episcoporũ sit immediatè à Deo, siuè per consecrationem, nam inferiores Prælati habent iurisdictionem Episcopalem, siuè consecrationem, & immediatè à Papa.

At locum Actorum 21. Respondet cõstitui Episcopos à Spiritu Sancto, non-
38 immediatè, sed mediatè, quia Apostoli inspirante Deo, & virtute accepta à Spi-

ritu

ritu Sancto illos Episcopos constituerunt, & ita respondet ad *act. cap.5.* visũ est Spiritui Sancto, & nobis: & ad illum non est potestas, nisi à Deo, scilicet mediatè, & immediatè. *Bellarmin. Merolla. & alij.*

Ad *c.4. ep. ad Ephes.* respondent hi Doctores, ibi agi, & exprimi generalem
39 Ecclesiæ ordinationem, quæ sine dubio est de iure diuino.

Hanc quęstionem latè etiam tractauit
40 *Pater Salas de legibus disp.8. sect.4.* & pro vtraque parte argumenta, & responsiones adducit, ipse vero *n.33.* dicit vtramque opinionem probabilem esse, & incertum quæ sit probabilior.

Alij verò dixerunt, quod Episcopalis
41 dignitas eiusque iurisdictio, vti ordinaria, & ex officio considerata in generali, sit instituta à Christo Domino ad effectũ, vt Summus Pontifex Ecclesiam Dei regeret, & sic in generali est instituta à Christo Domino; sin autem in particulari sumatur, prout est in hoc, vel illo subiecto, non est de iure diuino, neque ab eo accipit certos gradus iurisdictionis immutabiles, sed tota pendet à Romano Pontifice. ità *Pater Fragosius de regimine Reipublicæ Christiana par.2. lib.8. disp.18.§.2. num.3.* quod probat *n.4.* quia
42 Romanus Pontifex per se, vel per alios sua authoritate potest creare, & transferre Episcopos, vt in *cap. cum ex illo de translat. Episcoporum*, potestque diuersos erigere Episcopatus, minuere, vel augere, augere, vel minuere, intrinsecè coeret; sic prout est in hoc, vel illo, respectu horum, vel illorum subditorum non est de iure diuino, sed totalitèr pendet à Romano Pontifice. Sententiam *Fragosij* tenuit etiam *Pater Fagundez p. 2. ad præcepta Decalogi lib.7. cap.1. ac etiam Barbosa de officio, et potestate Episcopi par.1. tit.1. c.1 à num.24. cum sequentibus*. Ita quoq; dixit expresè *Maculerus de Monarchia eccclesiastica tom.1. lib.5. p.2. c.1. in princip. fol.572.*
43 dum scripsit, quæ ordinatio, diuinaque Prælatorum horum Ecclesię creatio ad maiorem Monarchiæ Ecclesiasticæ splẽdorem, decusque à Christo Domino consurgit, cum sic eorum ordo, & consecratio immediatè Christo Domino profecta credatur, vt nihilominus iurisdictio eorum, modus regendi Ecclesiam Dei ab immediata Sancti Petri, eorumque successorum Romanorum Pontificum potestate dignitateque à Christo Domino collata promerere censeatur, sicut enim ipse Dominus Sacrosanctum missæ sacrificium, quoad essentialia per se ipsum immediatè constituit: modum verò ritumque celebrandi, quoad accidentales cęrimonias suis Apostolis instituendum ordinandumque, credidit, creditumque præcepit, sic præter ordinis Sacramentum, consecrationisque ministerium Episcoporum, aliorumque maiorũ prælatorũ in Ecclesia sua Dominus iurisdictionem esse iussit; sed quo ritu, & forma, quibus conditionibus, ac cęremonij personæ hac Ecclesiasticæ fungerentur in Vicarijs suę Monarchiæ supra Ecclesiam suam constitui manu virtuteque situm, & liberum esse, iubendo reliquit, vt Monarchiæ, quam in Ecclesia sua perfectissimam esse voluit, splendor illustrior, fulgentior pulchritudo conspicerentur. Hæc Maculerus, quod ex Patribus comprobat, vt videre est ipsum.

Hæc sunt, quę currenti oculo vidi in
44 hac quæstione, & si alij multi Doctores illam triturauerint, omnes tamen in hoc, prout diximus, coincidunt: quæ vero mihi dicenda videntur, sunt sequentia.

In primis, vt rem à suis proprijs principijs deducamus, Christus Dominus duas pręcipuas, & principales potẽstates dedit suis Apostolis, vnam ordinis, alteram iurisdictionis, seù coercitiuam pro foro exteriori: quibus duobus potestatibus voluit regendum esse suum gregem, oueśque suas: ordinis potestatem omnibus æqualem voluit esse inter omnes Apostolos, iurisdictionis autem non sic; nam quædam communia voluit esse omnibus suis Apostolis cum Petro: quędam verò seorsim dedit Petro, ac ipsi soli, vt optimè tradit, & explicat Cardinalis *Baronius anno 34. num. 202. et 203.* ita scribens: sicut enim, quæ cæteris Apostolis æque, ac Petro contulit, & com-
45 munia omnibus esse voluit, euidenter expressit, nimirum cum dixit de his, quę ad sacrificium pertinent, hoc facitè in meam commemorationem, & quæ ad verbi prædicationem, quæ ad baptismũ

euntes

Digitized by Google

euntes docete omnes gentes baptizantes eos: quæ insuper ad remissionem peccatorum, quæcumque alligaueritis super terram, erunt ligata, & in Cœlo: & quęcumque solueritis super terram, erunt soluta, & in Cœlo: vel cum dixit accipite Spiritum Sanctum, quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis retenta sunt; hinc aperuit illis sensum, vt intelligerent scripturas. Ita etiam, quæ pecularia voluit esse Petri, apertè significauit, siuè cum dixit. Tu vocaberis Cephas: vel cum ait. *Tu es Petrus, & super hanc Petram ædificabo Ecclesiam meam*: aut cum subdit, *& tibi dabo claues Regni Cœlorum*, ac denique cum eodem modo perficiens, atq; adimplens ait pasce oues meas; ex his igitur videns Dominum nostrum certò quodam discrimine adhibito, quæ communia essent omnibus Apostolis, & quæ Petro tantummodo contulisset, egregiè distinctissimè, vt non mireris si eadem adhibita distinctione Patres dixerant aliquando omnes Apostolos pari fuisse prędotos potestate, aliquando vero Petrum cæterorum caput, & principium, vt Cyprianus fuisse videtur. Hęc Baronius, & optimus est textus *in cap. loquitur 24. qu. 1. qui est Dini Cypriani.*

Potestatem itaque ordinis presbyteratus, & Episcopatus omnes Apostoli
46 æqualem habuerunt cum Petro, vt latè *Angelus Petricca de potestate Apostolorum fol. 32. cum sequentibus, Bellarm. lib. 1. de Romano Pontifice cap. 11. vers. altero modo & vers. tertio modo Suarez de fidei def. lib. 3. cap. 11. num. 12. Macedo de clauibus Petri lib. 1. cap. 3. et alij*. Hæc ordinis potestas
47 fuit ordinaria in Apostolis in proprijs Prouincijs, vt *dicit Barbosa de iure ecclesiast. tom. 1. lib. 1. cap. 1. num. 28. et alij*. Potestatem iurisdictionis, licèt Apostoli habuerint etiam æqualem Petro, vt loquitur *Caietanus de institutione Romani Pontificis c. 1. ad 2. et de authoritate Papa, et Concilij cap. 2. Victoria in relect. 2. de potestate ecclesiast. n. 10. et alij*; attamen diuerso modo fuit data, nam Petro tanquam
48 ordinaria iurisdictio in toto orbe data fuit: Apostolis vero, vti delegata, & cum subiectione ad Petrum, optimè *S. Thomas in 4. dist. 24. q. 3. art. 2. Caietanus. Victoria, Bellarm. Macedo, Suarez, et optimè Petricca locis citatis, et alij*, quos omitto, cum sermo noster sit inter Catholicos, qui omnes hoc expresè profitentur: ità etiam potestas, seù iurisdictio, quam Diuus Paulus immediatè à Christo habuit, fuit etiam extraordinaria, & subordinata Diuo Petro, & illi subiecta, vt præ cęteris optimè Pater Antonius Diana olim amicissimus in *tract. de primatu D. Petri sect. 2. vers. vnde, et vers. hanc differentiam, et fuit doctrina S. Thoma 2. 2. q. 39. ad 4. ad 2.* Petrus autem habuit supremam potestatem, & iurisdictionem in Ecclesia,
49 quia ipsi dumtaxat dedit Christus Dominus, tibi dabo claues, pasce oues, ipse fuit caput Ecclesiæ, cæteri autem Apostoli, licèt missi fuerint immediatè à Christo Domino, ipsisque dederit etiam omnem potestatem; attamen hæc Apostolorum potestas semper Petro fuit subordinata, & subiecta, vt vnitas, & Monarchia Ecclesiæ Christi perfecta sit, latè de hac re *Caietanus locis cit. Victoria loco cit. Bellarm. de Romano Pontifice, vbi rem latè digerit Suarez de def. fidei lib. 3. per totum Thomas Bozius de signis eccles. par. 2. sig. 80. de Petri Cathedra, Maculerus de Monarch. ecclesiast. tom. 1. par. 2. lib. 1. per totum præsertim cap. 8. vbi de Monarchia Petri super Apostolos, Nicolaus Sander de visibili Monarchia, Duellius de Romano Pontifice, Macedo de clauibus Petri, Azor. institut. moral. p. 2. lib. 4. Anton. Diana de primatu Petri Petricca de potestate Apostolorum præsertim loco cit. à fol. 30. cum seq.* itaut Petrus poterat legitimè ligare cum legibus cæte-
50 ros Apostolos, non verò è contrario, sicuti nec ipsi Apostoli inuicem poterant se legibus ligare, vt ostendit *Suarez de legibus lib. 4. c. 3. n. 8. Barbosa d. c. 1. n. 20. et alij*. Apostolorũ itaque iurisdictio, quia
51 ipsis data fuit vti extraordinaria, & delegata, tota cum ipsis expirauit, & extincta fuit, ac successione caruit, vt optimè *Maculerus de Monarchia ecclesiast. tom. 1 2. par. lib. 4. cap. 10. fol. 556. Petricca de potestate Apostolorum disp. 3. per totam fol. 174. cum sequent. Suarez de legibus loco cit. Barbosa d. c. 1. n. 20. et alij communiter*; Cum ergo potestas iurisdictionis, quam habuerunt Apostoli, cum seipsis extincta fuerit, clarè intelligimus, Episcopos in illa

ex-

Digitized by Google

extraordinatione, & delegata potestate
52 non succedere, & dum dicitur, Episcopos successores Apostolorum esse, vt generaliter loquuntur Patres,& Canones, *Anacletus epist.2. & 3. c.in nouo 21.dist.* hoc de potestate ordinis, quæ in Apostolis fuit ordinaria, intelligendum dũtaxat est, quatenus scilicet Episcopi suc-
53 cesserunt in dignitate Episcopali, seù ordini Episcopali, quem Apostoli habuerunt, qui ordo Episcopalis numquã fuit extinctus cum morte Apostolorum,
54 neque extinguetur, & durabit vsque ad sęculi consumationem, dum dixerit Christus Dominus, ecce ego vobiscum sum vsq; ad cõsummationem sęculi,prout optimè exponit cum Patribus *Thomas Bozius de signis Ecclesia par.2. sign.77. c.5, & par.1. sign.12.cap.7. vers. admirabile Baronius an.34.num.199.* Itaque concluditur, quod Episcopi sunt Apostolorum
55 successores, in ordine dumtaxat, secus autem in potestate illa politica omnimoda, quam extraordinariè habuerunt, optimè præter *Bellarm.Merollam, & alios quos supra adduximus* explicat doctus sanè *Angelus Petricca loco cit.tam.fol.30.cum seq. quam d.disp.3. à fol.174.cum seq.et adductis adde Suarez defen.fidei lib.1. cap.10. nu.6.Michaelem Antonium Francef. de Ecclesia Cathedrali c.1. n.18.* quod sanè ità temperandum arbitror, vt intelligendũ sit de potestate politica, quam vti Apostoli habuerunt in toto orbe terrarum extraordinaria, & delegata: secus autem de potestate politica, quæ fuit coniuncta ordini Episcopali; & necessariò,seù intrinsecè coniuncta tali ordini ad re-
56 gendas proprias Ecclesias, seù Prouincias, hæc enim quia fuit ordinaria in Apostolis, vti Episcopis, *Bozius de signis Ecclesia sig.80.cap.2. vers.præterea in qua benè successerunt Episcopi Can.de locis Theologicis lib.6.cap.in nouo num.4. Francef.loco cit. d.c.1. num.20.* ideo in eo succedere dicuntur, ita loquitur *Barbosa d.c.1.lib.1 num.28.* Hinc fit, quod in illa potestate,
57 quam habuerunt Apostoli vbiq;fundandi Ecclesias, & Episcopos creandi, prout fecerunt etiam absque Petri licentia, vt loquitur *Caietanus in opusc. vlt. de institut.summi Pontificis c.10. vers. ad quartum*, atque canonicas scripturas constituendi, prædicandi Euangelium in vniuerso mundo, atque coarcendi in toto orbe, seù in vniuersali Ecclesia (licèt sub Petro) non succedunt Episcopi,quia illa tota fuit extincta, & ad suum fontẽ nempè ad Romanum Pontificem redijt, vt dicit *Petricca fol.178.*& latè rem hanc dirigit. Optimè confirmat tradita Cardinalis *Caietanus in opusc.1. tract.3. c.12. vers.ad quintum*, ita scribens, quod non
58 est eadem ratio de successione in Apostolatu, & de successione in Pontificatu, Apostolus enim, vt ipsum nomen testatur,sonat ab alio missum,seù legatũ, iuxta Apostoli illud *2. ad Corinth. cap.5.* legatione pro Christo fungimur, & ad *Ephes.6.* legatione fungor in catena ista, non est autem legatorum vendicare sibi successores, sed finitur legatio,cum legato, nisi à Domino alius mittatur, Pastor autem ordinatũ officium sonat, cuius est habere successorem, ac propria Ecclesia non habet Apostolos, qui successerint in Apostolatu Christi Apostolis, sed habet Episcopos successores Apostolis, non quoad Apostolatus authoritatem esse, quod Episcopi succedũt in authoritate necessaria Dei Episcopatui. Vndè si formaliter, & exactissimè loquendum est, nec Petrus habet successorem in Apostolatu, tum quia Apostolatum communem habebat cum reliquis Apostolis, paresq; in Apostolatu omnes fuerunt, ac per hoc par est ratio Apostolatus in successione de omnibus, tum quia experientia testatur, nullius Petri successores libellos, quantumcumque sanctos, inter sacras Scripturas vsque adeò, vt Epistola Pauli ad Philamenen, quamuis commẽdatio vnius seruuli inter sacras computetur scripturas. Verumtamen, quia successor Petri succedens ei in pastorali officio ouium Christi, quod est Pontificatus Christi, vndè ex hoc ipso succedit in præcipuo Apostolatus officio, quod vt Diuus Thomas dicit,erat gubernare Catholicam Ecclesiam, hoc enim communitèr Apostolis omnibus à Christo delegatum fuit, hoc Petro singularitèr pastorali officio datũ, hoc solus Petri successor hæreditas, & hoc ipso, quod succedit Petro in Pontificatu Ecclesiæ Catholicæ, hinc igitur

sola

Digitized by Google

sola successoris Petri sedes vocatur, & sedes Apostolica, vtpotè ea in qua sola authoritas gubernãdi Ecclesiam Catholicam, quæ inter facultates legatas Apostolis summum tenet locum, residet hinc successor Petri Apostolicus, hinc eius dignitas seù officiũ Apostolatus hinc eius authoritas Apostolica vocatur, vt patet, complectens supremam omnibus tributam authoritatem, hæc, & alia *Caietanus* ibi.

In quãtum verò ad principalem quæ-
59 stionem propositam vtrum ne iurisdictionis potestatem accipiant immediatè à Summo Pontifice, vel potiùs à Deo. Certè si acute perpendantur dicta Doctorum vtriusque sententiæ non multũ distare, sed in vnum conuenire viderẽtur, & optimè antè me obseruauit *Pac. Iord. Episcopus Tragurien sis tom. 1. prælud. 3. num. 11.* Nam hic author proposita hac quæstione, & relata prima opinione, quoad hæc iurisdictio fori externi procedat immediatè per Romanum Pontificem, & in hoc differant Episcopi ab ipso visibili capite supremo, qui recepit potestatem immediatè à Deo, Episcopi autem non immediatè à Deo: & altera opinione præfatam iurisdictionis potestatem eaque, ac ordinis cohercere Episcopis iure diuino; ità ipse scribit. Hæ
60 sententiæ quamuis inter se pugnare videantur, attamen si medullitus introspiciatur, conueniunt autem in vnum, quia prima practicè loquitur, & in concreto, secũda verò speculatiuè, & in abstracto, & simul etiam in concreto, & practicè, conueniunt enim in praxi, quia cum nullus assumatur ad Episcopatum, nisi particularis, quo loco particulari, ac pro certa Diœcesi, sequitur ex vtraque sententia, iurisdictionem respectu istius esse immediatè à Summo Pontifice, posseque ampliari, & restringi per ipsũ: quatenus verò speculatiuè considerantur Episc, in genere, non autem respectu particulariũ personarum & locorum, non est dubiũ, quia Christus illorum institutor vtramque potestatem ordinis, & iurisdictionis concesserit, vt iniunctũ munus exercere possent, ipse enim, vt Apostolus ait, facit idoneos ministros, & non tantum tribuit potestatem, sed cæteras virtutes necessarias pro debita officij exequutione, itaut eiusmodi iurisdictio in genere quidem sit immediatè à Deo, in particulari genere quidem à Summo Pontifice: & hoc modo videntur posse intelligi, & ad consonantiam redigi opiniones præfatæ, ac resoluuntur multę obiectiones, quæ fieri solent vtrique sententiæ separatim consideratæ. hæc *Pac. Iord.* & certè ipsemet *Suarez*, qui fusius sententiam, negantem, à iure diuino esse potestatem Episcopalem, sed de iure humano, in fine capitis *num. 26.* fatetur originem talis potestatis à iure diuino dependere, atque ex Christi præcepto, vt scilicet Ecclesia per Episcopos gubernaretur, & quod à Papa vocarentur in partẽ sollicitudinis, licèt determinatio, & collatio potestatis per arbitrium, & prudens iudicium Pontificum facta sit, & augeri, vel limitari possit. Sic etiam cõsensit *Bellarmin. loco cit.*

Dico igitur, in genere loquendo, & sub censura eorum, ad quos attinet, omnem Episcoporum potestatem, siuè ordi-
61 nis, siuè iurisdictionis iure diuino immediatè procedere, atque eorum ordini Episcopali cohærere, sed tamen cum aliqua differentia: ordinis quidem indepẽdenter, iurisdictionis autem dependenter à Papa, sed non ità dependenter, vt sic loquar, quod Papa possit in totum auferre Episcoporum statum, & potesta-
62 tem, quia Hierarchia ecclesiastica, quæ constat principaliter ex Episcopis, diuina institutione est instituta, vt in *Trident. sess. 23. can. 6.* & Christus Dominus voluit esse Episcopos in sua Ecclesia, vt probatur ex *Ephes. cap. 4.* & optimè comprobat *Maculanus de Monarchia Ecclesiast. tom. 1. par. 2. lib. 4. cap. 8. fol. 539.* esset, ait, in ruina Ecclesiæ fidelium salutis interitum funestissimè moliri potestatẽ enim omninò necessariam, vt fideles greges sibi creditas salutari cibo specialiter alant, & pascant, non potest auferre, cum hic ordo naturæ, & ratio expostulat, vt idem *Maculan. loco cit. fol. 540. eruditè discurrit*; potest tamen Papa, prout fecit, limitare non solum in particulari iurisdictionem Episcoporum, vt benè *Bellar. lib. 4. de Romano Pontifice cap. 25.* sed etiam
63 in generali, & reducere ad aliquam spe-

Digitized by Google

ciem iurisdictionis, & potestatis, & multa auferre à potestate Episcopi, prout ablata fuerunt in tot sacris Canonibus, & Concilijs; sufficit enim, vt aliquam coercitiuam pro regimine gregis habēt, nam absque coactiua aliqua in foro ex-
64 teriori, vtique Episcopus non posset, nec diceretur pascere oues sibi commissas, quas diuino iure pascere tenetur, vt expressè definitum fuit in *Concilio Trid. sess.23.cap.1. de reformatione.* Ratio autem differentiæ inter potestatem ordinis, &
65 iurisdictionis est, quia potestas ordinis imprimit characterem indelebilem, seù facultatem indelebilem secundum scholam Thomistarū ad illas facultates exercendas, seù Sacramenta administranda, quæ neque per censuras, neq; per prohibitionem Pontificis auferri potest, nam semper actus tenet, licet non legitimè & impediri possit vsus talis actus gesti contra prohibitionem Pontificis, optimè præ cæteris *Pacis loco cit.num.9.* Iurisdictionis autem potestas non impri-
66 mit hāc qualitatem indelebilem, & tota fuit submissa Petro à Christo Domino, vti Principi, & capiti suæ Ecclesiæ, eiusque successoribus, vt loquuntur Patres adducti per Doctores citatos, præsertim *Maculerus, & Abbas Panormit. in c.1.* vbi etiam latè, & Canonistæ in *cap. significasti de elect.* vbi nouissimè *Emanuel Gonzalez* in notis, & ideo potest Papa augere, & minuere iurisdictionem Episcoporum, limitare, & circūmducere fines eorum iurisdictionis; sed non per hoc sequitur, quod iurisdictio, quam
67 habent Episcopi, sit de iure humano, sed illa diuina est, & diuinitus data. Quanta vel qualis, & quomodo exercenda à iure humano dependet, sed ipsa in se diuina est. Optimè meo genio descripsit *Maculerus*, Accipiunt Episcopi iurisdictionē Episcopalem è manu Romani Pontificis immediatè, vt benè probat *Petricca loco cit.in 5. conclus.* ni fallor, sed quam accipiunt, diuinam esse arbitror, quę sub illo pasce à Christo Domino Petro, & in ipso omnibus pastoribus dictum, conti-
68 netur. Summus Pontifex est moderator iurisdictionis, & potestatis ecclesiasticæ, sed non institutor primarius, sed Christus Dominus Iesus Christus, à quo immediatè processit, optimè *Pater Getunda de Episcopo tom.1.disp.1.cap.4.num. 6.* dicens de essentiali ratione Episcopatus est iurisdictio, non actualis ex actuali ordine ad certam Ecclesiam, sed in radice, ac potentialiter ei diuino iure cōpetens. & infra, ex hac autem assertio-
69 ne fit, adeo de intrinseca, & essentiali ratione Episcopatus esse iurisdictionem hanc radicalem, & in actu primo, vt quemadmodum iuris diuini esse dicimus potestatem ordinis actualem, ita & hanc dignitatem iurisdictionis in aliquā Ecclesiam, nec posse hæc duo subsistere, vt quis Episcopatum habeat, & hac potentiali careat iurisdictione, qua neque à Summo Pontifice priuari potest, sicut neque charactere, vt probè *Sotus citatus* dicit, actualem iurisdictionem ex articulo, ordine, & connexione cum certa
70 Ecclesia non esse de ratione essentiali Præsulatus; sed tantum radicalem, & *num.7.* ait: actualis applicatio iurisdictionis, seù relatio, atque habitudo ad hanc, vel illam Ecclesiam, hoc, vel illud regimen, huius, aut alterius Diœcesis iuris est humani, ac Pontificis. ità etiam eruditè *Gonzalez in cap.4.de consuetudine.*

Hinc benè restat, regimen ecclesiasti-
71 cum Monarchicum, quod est primum argumentum *Bellarm.*, habemusq; verbū scriptum pro iurisdictione ecclesiastica in genere, quod ipse quoq; fatetur, neq; idem est applicare subditos, seù materiā iurisdictionis huic, quod dependet à potestate humana, seù Pontifice, & instituere ipsam iurisdictionem, seù potestatem Ecclesiasticam, nam Christus Dominus instituit ipse hanc potestatem, seù iurisdictionem; modum autem demandauit Petro, & suis successoribus, vt rectè loquutus fuit *Maculerus*; Posita autē, & applicata materia, iurisdictio, quæ
72 in illa exercetur, consurgit ex iure diuino, ex vi, scilicet potestatis institutæ à Christo, cum dixit pasce, sicuti applicata materia igni, combustio sequitur ex vi facultatis, quā intrinsecè habet ignis, vt benè explicauit *Hurtadus*. Nec est bonum argumentum illud, quod facit
72 *Bellarmin.*, quod si esset iurisdictio Episcoporum, de iure diuino omnes Eiscopi equalem haberent iurisdictionem, quia re

re vera omnes habent æqualem, quod vero vnus Episcopus maiorem, seù magis amplã habet Diœcesim, nihil interest ad potestatem, seù iurisdictionem, quam vnusquisq; æqualem exercet in sua Diœ-
74 cesi; minor aut maior, seù ampliorDiœcesis, nihil ponit inesse, nec auget, vel minuit formalem iurisdictionem in sua essentia, sed hoc per accidens, & materialitèr se habet.

Neque sequitur, quod prætendit *Me-*
75 *rolla*, nam actus excommunicandi, & absoluendi, non ordinis, sed iurisdictionis est, quæ iurisdictio consequitur, non ex vi consecrationis, sed electionis, & confirmationis, & communicari potest cuilibet etiam non Episcopo à Summo Pontifice; quia habet hanc supremam potestatem acceptam à Christo Domino, sed non ipse instituit hanc iurisdictionem, & potestatem, Episcopus excõmunicatus absoluendo à Censuris non fit irregularis, secus autem Sacerdos excommunicatus, cum absoluit à pecca-
76 tis, quia exercet actum ordinis, in quo Ecclesia posuit talem pœnam irregularitatis, & actus ordinis non possunt cõmunicari alteri, quam ordinato propter incapacitatem, quam habet non ordinatus; iurisdictionis autem possunt benè communicari cuilibet ecclesiastico, quia non adest capacitas in radice, sed ex hoc non sequitur, quod iurisdictio ec-
77 clesiastica sit de iure humano radicitus, & originaliter, quod nullus Catholicus affirmare poterit, neque dissentit *Bellarminus, & Suarez locis cit. præsertim Suarez in fine dicti capitis*.

Ex hinc clarè etiam patet differentia, & superioritas, quam habent Episcopi iure diuino supra Sacerdotes, quia iuris-
78 dictio, & potestas Episcopalis originaliter est instituta à Christo Domino, quia voluit adesse Episcopos, per quos voluit Ecclesiam suam regi, & gubernari, in ordine tamen, & in partem sollicitudinis Petro, & successoribus commissæ: & Episcopalis potestas, licèt sit participatio quædam potestatis Pontificiæ, attamen id negari nequit, quin ex diuina-
79 institutione procedat, vt testatur *Paulus ad Ephes. 4.* & latè de hac differẽtia agit *Michael Antonius Francesi. de Ecclesijs Cathedralibus cap. 3. à num. 77.* Videtur tamen expresè contra *Abbatem in cap. vlt. de confirmatione vtili vel inutili sub nu. 10. & qu. 1. sub nu. 9. ver. adductus*, in quibus locis expresè dicit, Episcopatum non iure diuino inuentum, sicuti quod antiquitus nulla erat differentia inter hoc, sed recedimus ab *Abbate, vide Frãcesi. loco cit.* etiam doctum *Emanuel Gonzalez in cap. quantum de consuetud. num. 8. 9. 10. 11. 12. & 13.* & optimè *Magister Angelus Petricca de potestate Apostolorum disp. 4. c. 10.*

80 Hinc etiam liquido apparet, quam malè dixerint, & existimarint Hæretici, cæterique nouatores, & vtinam haud Catholicorum aliqui, dum scripsere Episcopi nomen, duntaxat operis, oneris sollicitudinisque esse, non honoris, dignitatisque, adimentes omnem iurisdictionis exercitium, ducti authoritate D. *Augustini qui 8. q. 1.* dum dixit, quia nomen est operis, non honoris. Veritas est Catholica, apud Episcopos inesse iurisdictionem coarcitiuam ab ipso Christo Domino immediatè concessam coniunctam cum potestate ordinis, vt diximus supra, & optimè *Caietanus de potestate Papæ c. 3. Canus de locis, lib. 6. cap. 8. Ruscellius lib. 4. Histor. Pontif. iurisd. Petauius lib. 3. Hierarch. eccleſiast. c. 11. Hellerius eodem tract. pag. 421. Bozius de signat. Eccles. sign. cap. 1. et sign. 42. num. 20. fol. 420. Maculerus de Monarch. eccleſiast. tom. 1. 2. par. lib. 5. c. 4 fol. 59.* latè *Baronius an. 46. & 57. num. 23 Emanuel Gonzalez in cap. 1. de offic. ordin. num. 6. & cap. 2. de indicijs* latè *Gerunda de Episcopo lib. 1. disp. 1. c. 1. n. 9. et alij*, quod ex Apostolo Paulo ad *Corinth. 1. c. 6.* clarè probatur, & adest ratio naturalis, nã Episcopi curare debent supernaturalia,
81 vt iuxta legem Euangelicam viuãt subditi, quare ad finem prædictum consequendum, necessariò habere debent iurisdictionem, alias frustra esset eorum potestas, ab quo enim, & à principio nascentis Ecclesiæ hanc habuerunt iurisdictionem, etiam in causis merè temporalibus laicorum, vt de Diuo Augustino *commemarat Baronius, an. 390.* & licèt in prioribus tribus sæculis ob sæuas persequutiones, & laicorum Principum, præsertim Neronis, Decij, & Diocletiani, hanc non exercuerunt potestatem; attamen

men pace reddita Ecclesiæ cum cęperunt Imperatores fidem agnoscere Chri-
82 stianam, Constantinus, qui prior fuit agnitor, iussit omnes causas, etiam laicorum, Episcoporum iudicio terminãdas fore, legitur in *l.1. C.Theod.de Episcopali residentia.* Hanc iurisdictionem sequentibus annis Episcopos exercuisse apud Gothos *constat ex lib.19. tit.1 l.2.* legunt *Vuistigoth*, prout latius ostendit *Gonzalez*
82 *loc is citatis*, & eruditè *Anastasius Germonius lib.2.de sac. c.12. et 13.* & quamuis *Iustinianus in nouella, cum de appell. coll.8.* aliquid detraxerit huic potestati Episcoporum, attamen in *auth.nullus C.de Episcopis, et Clericis*, restituit, & plus cõcessit, ac etiam in *nouell.89.* Sed de hac re nos fusius egimus in nostris controuer-
83 sijs; dumtaxat dicimus, malè nouatores, & hæreticos intellexisse D. Augustinum *loca cit.* vt benè *Maculerus loco cit.* ita scribens, licèt enim Sanctus Augustinus dixerit, vt supra notauimus, Episcopi nomen esse operis, non honoris, tamen illud intelligendum pręcipuè, & secun-
84 dum notationem, ad quam tendere voluit *S.Pater*, vt ostenderet eos verè dici, & esse Episcopos, qui magis prodesse, quam pręesse optarent; verè enim in Ecclesia Dei est principatus, vt temerè negauerunt hæretici, præsertim *Caluinus in Matth. cap.20. et instit.lib.4. c.20. § 7.*
85 ad quam suam insaniam fouendam extorsit Christi Domini dictum apud *Lucam c.22. et Matth.d.cap.20.* At ipsum benè confundunt *Bellarm.* & alij, qui ex professo in hac materia scripserunt, cum nostrum non sit hoc: Neque cum hæreticis, sed cum Catholicis loquor, verus enim est principatus ecclesiasticus, quem non instituit Christus Dominus more
86 principatus sæcularis in dispotica, seù tyrannica potestate, sed in libera mansueta, & in charitate fundata; Amorem enim dumtaxat exposcuit à Petro, dum Principem fecit Ecclesiæ, nõ enim dixit Christus Dominus non præesse debitis vllo modo, sed vos autem non sic; nempè morè tyrannorum Prin-
87 cipum, sed potius morè pij patris familias, verique pastoris, ac regis optimi sanctam diuinæ dominationis imaginẽ affectantis imperabitis iusto principatu mansuetudinis humilitatis iustitiæ charitatisque munito præsidijs legibusque patiemini, vt vtar eisdem verbis, *Maculeri tom.1. de Monarch.ecclesiast par.2.lib.1 cap.9 fol.256.* at hic principatus ecclesiasticus habet, & exercet iurisdictionem coarctiuam in foro exteriori infideles, & oues Christi, vt latè alibi probauimus; & nouissimè contra *Gratium* eruditè quidem noster *Angelus Petricca de potestate Apostolorum disp.4. cap.9. per totum à folio 321. vsque 349.*

SECTIO QVARTA.

De diuisione Prouinciarum, et erectione Cathedralium.

EXpeditus de quæstionibus his, quę pertinent ad ordinem Episcopalem, ad Historiam redi me oportere. Existimo
1 igitur instituto ordine Episcopali à Christo Domino immediatè eo modo, quo supradictum est, ipso in Cœlum ascenso, missoque Spiritu Sancto dispersis Catholicis ob Stephani lapidationem, & permanentibus Apostolis Hierosolymis cum Petro, cui assisterunt in omnibus ad Ecclesiæ gubernationem necessarijs, ibi Canones formauerunt, ac Symbolum Apostolorum, vt dicit *Rodulphus Cuperf. in cap.apertebat 79.dist.in verb.Petro n.12. et 13.fol.126. Maculerus de monarch.eccles. tom.1.2.par.lib.4.cap.10.fol.552.* semper enim Apostoli Petrum, vti eorum capiti à Domino relictum, venerati fuerunt, idem *Maculerus loco cit.fol.552.* & quamuis *Anacletus in 2. epist. prout refertur in cap.in nouo 21. dist.* dixerit, quod Apostoli Principem eorum esse voluerunt; attamen hoc ita intelligendum de voluntate consequenti, seù subsequenti, non autem quod ipsi Petrum caput, & Principem constituerint, cum ipse Christus Dominus Petrum caput supremum Principem constituerit, vt benè *Suarez de legibus d.lib.4.cap.3.n.9. Barbosa de iure eccles. d.c.1 n.19. et alij*, & antè istos *Cardinalis de Turrecremata in sum.eccles.lib.2.cap.40* postmodum iubente Domino dicit *Anacletus in d.epist.2. et cap.1. in nouo*, Apostoli in toto orbe dispersi Euangelium
3 prædicauerunt, seu Spiritu Sancto ducti

Digitized by Google

cti Prouincias sibi diuiserunt, & quæ vnicuique contigerit, narrat Pater Magister Dominicus à Grauina, *Catholicarum præscriptionum tom.3.p.2.lib.4.controuersia 3.art.4.fol.118.et controuersia 4. art.4.fol.272.vers. quas autem.*

Hanc Prouinciarum diuisionem non fuisse illico factam post Ascensionem
4 Christi Domini in Cœlis, eruditè fundat Cardinalis Baronius, *qui eam ponit in anno* 44. nostræ salutis, ità *scribens nu.*13. Antequam verò de Petri Romam agamus aduētu, operepretium existimamus, & de cæterorum Apostolorum in diuersas orbis Prouincias profectione paulo fusius, atque accuratius agere. Ac primum, quo potissimè anno eadem acciderit, diligentiori studio perquirere, in his perueſtigandis plurimum laboris subimus, multumque temporis insumpsimus, sed quem securè, siuè ex græcis, siuè ex latinis authoribus sequeremur, inuenimus neminem, nam nulla in primis ratio habēda est Apocraphi illius scripti quod Melitonis Sardensis Episcopi nomine circumfertur, quo proditur anno secundo ab Ascensione Domini Apostolos per orbem diuisos in externis Prouincijs Euangelium prædicasse, neque enim hæc nostra confutatione indigent, quæ ex Actis Apostolicis perspicuè refelluntur. Appolonij verò quod Eusebius recitat testimonijs inhibuisse Christum Apostolis, ne ante annum duodecimum à sua ascensione recederent Hierosolomis, an solida firmitate subsistat, superius dixisse meminimus, sed id est diligentius exponendum; ex eius namque sententia dicendum esset, non antè annum quartū Claudij Imperatoris Apostolos in Prouincias abijsse, cæterum omnium testimonio certum exploratumque habetur, iam anno secundo eiusdem Augusti Petrum Apostolorum Principem venisse Romam: Rursumque eiusdē Appollonij sententia confutari posse videtur Marci Euangelistæ authoritate, quem cum constat scripsisse Euangelium anno sequenti, vt suo loco inferius demonstrabimus, sed illud scriptis consignasse post diuisos in orbem terrarum Apostolos, illis verbis in fine positis satis apertè significat, quibus, ait, illi autem profecti prædicauerunt vbique Domino cooperante, & sermonem confirmante sequentibus signis, qua ratione saltem biēnio antè tempus ab Appollonio definitū, Apostolos in orbis Prouincias esse profectos liquido satis apparet. Cum igitur antè sequentem annum, quo Marcus suū scripsit Euangelium, Apostolos iam per mundum diuisos fuisse constat, tunc antè præsentem annum id contigisse ex Actis Apostolorum satis perspectum habeatur necessariò fateri cogimur hoc ipso secūdo Claudij anno id factū esse, sicut enim post necem Stephani vniuersi, qui erant Hierosolomis discipuli, dispersi sunt, vt ait Lucas præter Apostolos: ita etiam secunda hac in Ecclesiam excitata persequutione, occisoque Iacobo Apostolo, & Petro eodem supplicio condemnato, sed diuina virtute elapso, factam esse Apostolorum diuisionem, seù potius dicere velimus diuisionem par est credere, cum enim quo loco in Iudęa consisterēt persequente illos Agrippa, non haberēt à Iudęis sic pulsi ad externas gentes, vt diuina fuerat reuelatione Petro demonstratum, sunt profecti. Hæc ibi Baronius, *num.*20. subiungit, dicimus ergo, aliarum exemplo rerum, quæ ab ipsis sunt gestæ, hæc eadem omnia de diuisione prouinciarum Spiritus Sancti specialiter instituti esse per acta.

Pera cta Prouinciarum diuisione, Apostoli in singulas Prouincias, quæ singulis ottingerat, profecti sunt, & per Ciuitates sibi benè visas Episcopos creauerunt,
5 prout legitur de Petro Apostolo, de quo Baronius *ann.*44.*num.*11. scribens, cæterum nulla est dubitatio eas Prouincias, non tantum à Petro fuisse institutas, sed & Ecclesias in eis institutas, & Episcopos ordinatos, nam & Procorum loco, & die ab eo datum Episcopum, & alios alibi, idem author testatur, & ipsemet Petrus, prout refert Clemens Papa in Epistola, quam scripsit ad Iacobum fratrem Domini, dixit, Episcopos autē per singulas Ciuitates, quibus nō miserat per doctos, & prudentes sicut serpentes, simpliceſque sicut columbas iuxta Domini pręceptionem, nobis mittere præcepit, quod etiam facere inchoauimus, & Domino opem ferente facturi sumus,

Digitized by Google

mus. Vos autẽ per veſtras Dięceſes Epiſcopos ſacrate, & mittite, quia nos ad alias partes, quod ibidem iuſſit agere, curabimus, aliquos vero ad Gallias, Hiſpaniaſq; mittemus, & quoſdam ad Germaniam, & Italiam, atque ad reliquas gentes dirigere cupimus. hæc ibi: & de Sancto Ioanne etiam legimus quod San-
6 ctum Polycarpum creauit Epiſcopum Smyrnæ. Ita quoque Paulus Thimoteum creauit Epiſcopum Epheſinum, & ſic de alijs. Quare D. Irẹneus Epiſcopus Lugdunenſis, & martyr in 3. *lib. cap. 3.* ait, traditionem itaque Apoſtolorum in toto mundo manifeſtatam in omni Eccleſia adeſt perſpicere omnibus, qui vera velint audire, & habemus annunciare eos, qui ab Apoſtolis inſtituti ſunt Epiſcopi in Eccleſijs, & ſucceſſores eorum vſque ad nos, qui nihil tale docuerunt, neque cognouerant quale ab his deliratur, etiam ſi recondita miſteria ſciſſent Apoſtoli, quę ſeorſim latentèr ab reliquis perfectos docebant ſi his, vel maximè traderent ea, quibus etiam ipſas Eccleſias committebant, vndè enim perfectos, & irreprehenſibiles in omnibus eos volebant eſſe, quos, & ſucceſſores relinquebant ſuum ipſorum locum magiſterij, tradentes quibus emendatè à gẽtibus fieret magna vtilitas, lapſis autem ſumma calamitas, ſed quoniã, valdè longum eſt in hoc tali volumine omnium Eccleſiarum enumerare ſucceſſiones maximè, & antiquiſſimè, & omnibus vnigenitè à glorioſiſſimis duobus Apoſtolis, Petro, & Paulo Romæ innouante, & conſtituente Eccleſiam. hæc Sanctus Irenus ibi, qui multa proſequitur. Poterunt enim Apoſtoli ex propria authoritate abſque licentia à Petro, prout fecerunt, Epiſcopos ordinare, & in Ciuitatibus ſibi benè viſis relinquere *Caietanus in opuſculo 3. de inſtitut. Romani Pontificis cap. 10. verſ. ad quartum.* Sed *Maculerus* ſentire expreſsè videtur, quod hoc fecerunt Apoſtoli cum Petri bene-
7 placito, ità enim ſcribit *tom. 1. de Monarchia eccleſiaſt. par. 2. lib. 3. cap. 12. f. 423.* cæteros vero Apoſtolos authoritate ſumma à Deo per vniuerſum mundum accepta ſubdita nihil S. Petrus, vt notauimus ſupra, ab eodem ſimiliter Apoſtolorum Principe creatos fuiſſe Epiſcopos, valdè veritati conſentaneum, qui poſtea in varias terrarum partes, & eis diſpartitas nouas Eccleſiæ ſedes ſub Sancti Petri beneplacito, prout credo, monarchię
8 depoſcebant Eccleſiæ nouos Epiſcopos inſtituunt, certum tamen eſt, quod defũctis Apoſtolis totum ius creandi Epiſcopos ad Romani Pontificis authoritatem deuolutum fuit, vt ibidem docet idem *Maculerus.*

Igitur ab Apoſtolis ipſis Epiſcopi plu-
9 rimi creati, & conſtituti fuerunt, & quidem non in omnibus locis, quoniam ab ipſo Eccleſiæ ortu conſtitutum fuit, ne in oppidis paruis Epiſcopi conſtituerẽ-
10 tur, vt patet ex Epiſtola Clementis Papæ ad Iacobum fratrem Domini ibi, hæc tamen prouiſio, ne in Villis, ne Caſtellis modiciſue Ciuitatibus inſtituerentur, ne nomen eorum vile fieret. Anacletus Papa *epiſt. 3. c. 2. diſpoſuit Epiſcopi non in Caſtellis, aut modicis Ciuitatibus debent con-*
11 *ſtitui, ſed Presbyteri per Caſtella, & modicas Ciuitates, atque villas debent ab Epiſcopis ordinari, & poni, ſinguli tamen per ſingulos titulos ſuos, & Epiſcopus non ab vno ſed à pluribus debet Epiſcopus ordinari, & vt dictum eſt, non ad modicam Ciuitatem, ne vileſcat nomen Epiſcopi, ſed ad honorabilem vrbem titulandus, & enominandus eſt, habetur in c. Epiſcopi* 80. *diſt.* Sic etiam
12 poſtea ſanxerunt ſucceſſores Pontifices. *Euariſtus epiſt. 2. habetur c. audiuimus 3. q. 2* Ita quoque *Leo epiſt. 85. ad Epiſcopum Africæ c. illud* 80. *diſt. pariter in Concilio Leodicenſi, et denique in c. 1. de priuilegijs* (quæ diſpoſitio eſt eadem quæ habetur in *c. illud* 80. *diſt.*) quem textum exornat nouiſſimè *Emanuel Gonzalez*, qui tamen refert, quod non ita rigida fuit hæc diſciplina Eccleſiæ, vt numquam in mino-
13 ribus Pagis Epiſcopi ponerentur; plerũque enim, ait hic Doctor, legem hanc infregit priuata regionum, & Prouinciarũ conſuetudo, vt ipſum videre eſt, qui etiã refert quamplurima exempla, ab ipſo tamen Eccleſię primordio conſtitutę fuerunt Ciuitates, in quibus Primates, Archiepiſcopi, ſeù Metropolitani eſſent inſtituendi, vt habetur in epiſt. Clementis ad Iacobum fratrem Domini, ex cuius epiſtola reliqua pars pro hac re habetur

in

Digitized by Google

in *cap. in illis* 80. *dist.* ita quoque postea
14 confirmauit Anacletus Papa epist. 2. ad Episcopos Italiæ, cuiusque pars ad propositum translata legitur in *cap. Prouincia* 99. *dist.* quos sacros Canones legere poterit benignus Lector apud eumdem Gonzalez, qui multa ad propositum dicit, ac ibi de nomine Choepiscopis latè agit, & videre quoque poterit de hac re *Barbosam in tom. 1. de iure ecclesiastico cap. 16. Francesc. de Ecclesijs Cathedralibus, c. 1. à num. 30. cum sequent. et etiam cap. 2.* licet autem aliud sonet Primates, aliud Metropolitanus, & aliud Episcopus, attamen hoc ad iurisdictionem se attinet, non tamen ad ordinem ratione cuius idem est, videre quis poterit Doctores ci-
15 tatos, & *Gerundam de Episcopt lib. 1. disp. 1. cap. 2.* sufficit enim nobis agere de Episcopo genericè, licèt in multa membra diuidatur.

Insuper notandum est, quod non statim, & eodem tempore Cathedrales ere. ctæ fuerunt, ac Episcopatus, vt latissimè probat *Francesc. eodem c. 2.* per totum ferè illud caput; dicit enim quod illis primis temporibus, & initio nascentis Ecclesiæ Episcopi in omnibus Ecclesijs erãt
16 non tamquam in Cathedralibus, cum Cathedrales tunc temporis non essent: postquam tamen Cathedrales fuerunt erectæ, ab ipsis tamquam superioribus modum, & normam accipiebant inferiores Ecclesiæ, citat *Tertullianum, et Thomam Bozium sig. 80. cap. 4.* atque probat, & concludit Francesc. Cathedrales Ecclesias non fuisse initio nascentis Ecclesiæ, quousque diuisæ fuerunt Parochiæ, ita *num. 145. cum sequent.* ipsum vide, qui expressè probat antiquitatem Cathedraliũ non esse sumendam ex fundatione Episcopatus, ac errasse illos Doctores, qui eamdem originem, & idem principium Cathedralibus, & Episcopatibus tribuunt, cum hos à Christo Domino originem traxisse, illas vero cum iurisdictione super cæteras, quod est
17 constitutiuum Cathedralitatis, iure humano, & post aliquod tempus fuisse constitutas.

Diuisiones Prouinciarum, atque earum distinctionem Anacleto tribuit *Francesc. loco cit. d. c. 2. n. 116.* Diœcesum vero *Dionysio in tex. cap. Ecclesias* 13. *qu. 1.* citat *Francesc.* multos Doctores alios citat Cenedus in *collect.* 104. ad decretales, verum distinctiones, & diuisiones Diœcesum fuisse factas multo tempore ante Dionysium, nempè à Lucio, qui præfuit antè Dionysium, prout legitur in *Can. Vrbes* 80. *dist.* contendit *Hurtadus de residentia tom. 1. lib. 1. ref. 9. n. 3.* nam Dio-
18 nysius diuisit Parochias, non Episcopatus, & Diœceses, prout legitur in can. illo Ecclesiarum, sic etiam doctus *Fagn. in cap. nullus de Parochijs n. 15.* docet, quod Dionysius Papa diuisit, non Diœceses, sed Ecclesias singulas singulis assignauit; Communiter autem etiam sacra Rota Romana diuisionem Diœcesarũ Dionysio tribuunt, vt videre est in S. Angeli Lombardorum 6. Martij 1637. coram Pirouano penes *Rub. 203. n. 7. tom. 3. et alibi.* Sentio tamen ego, quod vt supra diximus, Apostoli sicuti sibi Prouincias diuiserunt, ita cum Episcopos in Ciuitatibus constituerunt, easdem singulis destinarunt, vndè à principio facta fuit hæc diuisio, & indè principium habuit, vt dicit *Francesc. loco cit. c. 2. sub num. 36. et*
116. licèt non ità strictè, & limitatè,
19 paulatim verò à Summis Pontificibus singulis Episcopatibus limitati fuerunt limites, & vnicuique Episcopatui Diœceses constitutæ, & in Hispanijs diuisionem Episcopatum factam tempore Cõstantini Magni anno eius 4. dicit *Gonza-*
20 *lez in cap. cum causam de probat. num. 3.* & tempore aliorum Regum, prout ipse enarrat; Nec me latet, quod scribit *Maculerus de monarch. eccleziast. tom. 1. 2. p. lib.*
21 *5. c. 12. fol. 613.* in Apostolorum sæculo Parochiam pro Diœcesi sumi solitum, & Diœcesim pro Parochia.

SECTIO QVINTA.

De Origine Residentiæ.

HVcusque egimus de Episcoporum origine, nunc vero breuiter, quantũ fieri poterit, Residentiæ ortum inquirere
1 oportet; siquidem licèt Apostolis Christus Dominus dixerit: *Euntes in vniuersum mundum prædicate Euangelium omni creaturæ, Marc. vlt.* & vnusquisque Apostolus

stolus iurisdictionem in toto orbe habuerit vniuersalem, attamen post diuisionem illam Prouinciarum, de qua supra nuper diximus, vnus alterius Prouinciam non procurauit; excepto Paulo Apostolo, *Solerzanus de iure Indiarum to. 3 lib. 2 cap. 24. d. c. 1. et 2.* Paulus enim non habuit Episcopatum distinctum, vt benè aduertit *Michael Maerlerus d. tom. 1. p. 2 lib. 4. cap. 10. fol. 556.* Hinc residentia in
2 propriis, & destinatis Prouincijs, & Ecclesijs ab ipsis Apostolis cepit in Ecclesia introduci, sicut Apostoli in sacris Canonibus ab ipsis constitutis, & collectis per Clementem Papam in 14. can. ita *statuam legimus Episcopo non licere alienam Parœchiam propria relicta pernadere, licet cogatur à plurimis nisi fortè quis cum rationabili causa compellatur, tamquam qui possit ibidem constitutus plus lucri conferre, et in causa religionis aliquid profectò prospicere, et hoc non à semetipso pertinet, sed multorum Episcoporum iudicio, et maximè supplicatione perficiatur: secundum aliam verò translationem est can. 13. qui in substantia idem continet.* Euaristus Papa epist. 2. omnibus Episcopis sic sanxit, sicut vir non debet adulterare vxorem suam; ita nec Episcopus Ecclesiam suam, ideſt vt illa dimittat, nunquam sacratus est.

In Niceno vniuersali Cõcil. celebrato anno 337. sub Constantino in can. 15.
3 *Ita statutum fuit propter multas perturbationes, & frequentes tumultus seditionum, quæ fieri solent, placuit omnimodo istum abscindi consuetudinem, quæ contra regulam est, sicubi tamen sit iuuenis, vt de Ciuitate ad Ciuitatem transeat, vel Episcopus, vel Presbyter, vel Diaconus, si quis verò post hac statuta sancti huius Concilij, tale aliquid tentauerit, infringentur omni genere huiusmodi conatus, & restituatur propria Ecclesia, in qua ordinatus est, c. non oportet 7. q. 1. non ita translatus.*

Et in can. 16. eiusdem Concilij, *Si qui*
4 *vero timorem Dei ante oculos non habentes, neque ecclesiastica statuta custodientes recesserint ab Ecclesia sua, siue Presbyter, siue Diaconus, vel in quocumque Ecclesiastico ordine positi fuerunt, non debent suscipi in Ecclesia alia, sed cum omni necessitate cogantur, vt redeant ad Ecclesiam suam, quod si renuauerint, excommunicare eos oportet, cap. si quis, cap. vlt. 7. quæst. 1.*

In Concilio Eliberino tempore Constantini, & Syluestri circa tempora Niceni Concilij *can. 19. Episcopi, Presbyteri,*
5 *Diaconi de locis suis negotiandi causa non discedant, nec circumeuntes Ciuitates, Prouincias quæstuosas nundinas sectentur, sanè ad victum sibi conquirendum, aut filium, aut libertum, aut mercenarium, aut amicum, aut quemlibet mittant, & si voluerint negotiari, intra Prouinciam negotientur.*

In Cõcilio Antiocheno sub Iulio Primo
6 *can. 22. habetur, Episcopum non debere in alienã irruere Prouinciam, quæ illi probatur non esse subiecta, neque in regionem, quæ ad eius curam minimè noscitur pertinere c. Episcopum 9. q. 2. & can. 21. eiusdem Concilij, Episcopum de Diœcesi ad Diœcesem alteram non debet transire, neque seipsum intelligeret, neque si à Populis fuerit violèter astractus, neque si etiam hoc ei ab Episcopis suadetur, manere autem eum debere in Ecclesia Dei, quam ab initio sortitus est, & non ab ea alibi demigrare secundum regulam super hoc olim à patribus constitutum cap. Episcopus 7. q. 1.*

In Concilio Sardicense sub Iulio Papa Primo, *can. 14. fuit definitum, ne Epi-*
7 *scopus vltra tres hebdomadas sit absens à propria Ecclesia, & definitè ergo tempus, & si diutius resideat, perniciosum est, ergo ne fiat, prouidendum est: nemini autem superiore Concilio fratres nostros constituisse, vt si quis laicus in ea, in qua commanatur Ciuitate tres Dominicas dies, ideſt per tres septimanas non celebrasset, communione priuaretur, si ergo hæc circa laicos constituta sunt, multò magis Episcopo, nec licet, nec decet, si nulla sit tam grauis necessitas Ecclesia, quæ desineat, vt amplius à suprascripto tempore absens sit ab Ecclesia, sua vniuersi*
8 *dixerunt placere sibi Osius.*

In Concilio Constantinopolitano sub Damaso Papa c. 2. *Episcopi, dicitur, qui extra Diœcesim sunt ad Ecclesias, quæ extra terminos earum sunt, non accedant, neque confundant, promiscuent Ecclesias secundũ regulas constitutas. Alexandriæ quidem Episcopi, ea quæ sunt in Ægypto tantummodo gubernent Orientales autem Episcopi solius Orientis curam gerant, seruatis honoribus primatus Ecclesiæ Antiochenæ, qui in regulis Nicæni Synodi continentur, sed &*

Asianæ

Digitized by Google

Asiana Diœcesis Episcopi ea, quę sunt in Asia, & quæ ad Asianam tantummodo Diœcesim pertinent, gubernent, Ponti autem Episcopi Pontia tantum Diœcesis habeant curam, Frãcia verò ipsius tantummodo Francia c. Episcopi 9. quæst. 2.

In Carthaginensi 6. Concilio *c.* 15. ibi, 9 itaut de Ciuitate in Ciuitatem nec Episcopum, nec Presbyterum, neque Diaconum transferri liceat, & non oportet, *7. quæst.* 1.

Can. 16. eiusdem Concilij, *hi, qui facile, dicitur, se periculis ingerentes, neque timorem Dei ante oculos habentes, neque Ecclesiasticum canonem scientes, discedunt ab* 10 *Ecclesia, presbyteri, aut Diaconi, aut quicumque sunt in Canone constituti, isti nullo modo suscipi debent ab Ecclesia, sed omnem eis necessitatem impeni oportere, vt ad proprias parochias reuertantur; pertinaces autem excommunicatos esse oportet. cap. si quis vero 7. qu.* 1.

In Concilio Carthaginensi an. 438. sub Anastasio Papa *can.* 5. dicitur, *placuit,* 11 *vt nemini sit facultas relicta principali Cathedra ad aliquam Ecclesiam inducti constitutam se conferre, vel in re propria diutius, quam oportet, constitutam curam, vel frequentationem propria Cathedra negligere cap. placuit 7. qu.* 1.

Idem statutum fuit in Concilio Africano sub Bonifacio *can.* 38 & D. Gregorio 12 rius Anthemio Subdiacono *lib.* 5. *cap.* 25. *peruenit 7. qu.* 1. *peruenit ad nos, ait, Primonium Amalfitanæ Ciuitatis Episcopum in ecclesia sua residere esse contentum, sed foris per diuersa loca vagari, idcircò hac tibi authoritate præcipimus, vt supradicto Episcopo intimari non desinas, quatenus hoc de cætero facere non præsumat, sed in ecclesia sua sacerdotali more resideat, quem si fortè non emendari post tuam intimationem cognoueris, in Monasterio deputare, & nobis curabis modis omnibus indicare, vt quod facere debeas, nostra interim præceptione cognoscas.*

In Concilio Calcedonensi *c.* 5. *habetur,* 13 *propter eos Episcopos siuè Clericos, qui de Ciuitate ad Ciuitatem transeunt, placuit definitiones datas à Sanctis Patribus habere propriam firmitatem, habetur in cap. propter 7. quæst.* 1.

In Concilio Agathensi *c.* 64. *sub Celestino Primo statutũ fuit, si quis in Clero constitutus ab Ecclesia sua diebus solemnibus* 14 *defuerit, ideſt Natiuitate Domini, Epiphania, Pascha, vel Pentecostes, dum potius singulari lucro studeant, quam seruitio suo parere conuenit, vt triennio à communione suspendatur: similiter Diaconus, vel Presbyter si per tres hebdomadas ab ecclesia sua abfuerit, huic damnationi subiaceat. cap. si quis in clero 2. 29. 7. q.* 1.

Damasus Papa *in cap. eos 7. q.* 1. *statuit,* 15 *eos Sacerdotes, qui ab ecclesijs ad ecclesias migrauerunt, tamdiù à nostra communione habemus alienos, quamdiù ad eas redierint Ciuitates, in quibus primitùs sunt constituti.*

In Concilio Sardicensi translato *in cap. de ecclesijs non resid. definitum fuit, non* 16 *liceat Episcopo de Ciuitate sua transire ad aliam.*

Innocentius III. *in c. qualiter de Clericis non resid. statuit, qualiter Archiepiscopus* 17 *vester temeritate propria recessit ab ecclesia Ragusensi, nec iam vltra quatriennium expectatus redierit, per litteras etiam vestras reuocatis, & infra discretioni vestræ mandamus, quatenus, nisi fortè non redierit, vos post mensem à receptione præsentium personam vobis idoneam in Archiepiscopum eligatis.*

In Cõcilio Tridentino sub Paulo III. 18 *sess. 6. c.* 1. *de reformatione, ita statutum fuit, confidens itaque per Domini, ac Dei nostri misericordiam, prouidamque ipsius Dei in Terris Vicarij solertiam omnino futuram, vt ad ecclesiarum regimen onus quippe Angelicis formidãdum, qui maximè digni fuerunt, quorumque prior vita, ac omnis ætas à puerilibus exordijs vsque ad perfectiores annos per disciplinæ stipendia ecclesiastica laudabiliter acta testimonium præbent, secundum venerabiles Beatorum Patrum sanctiones assumantur omnes Patriarchalibus, primitialibus Metropolitanis, & Cathedralibus ecclesijs quibuscumque, quouis nomine, ac titulo præfectos monet, ac monitos esse vult, vt attendentes sibi, & vniuerso gregi, in quo Spiritus Sanctus posuit eos regere ecclesiam Dei, quam acquisiuit sanguine suo, inuigilent, sicut Apostolus præcipit, in omnibus laborent, et ministerium suum impleant, implere autem illud se nequaquam posse sciãt si greges sibi commissas mercenariorum more deserant, atque ouium suarum, quarum*

sanguis de c... manibus est à supremo Iudice requirenda, custodiæ minimè incumbant, cum certissimum sit admitti pastoris excusationem, si lupus oues comedit, & pastor nescit. At nihilominus, quia nonnulli, quod vehementer dolendum est, hoc tempore reperiuntur, qui propriæ etiam saluti immemores terrenaque cælestibus, ac diuinis humana præferentes, in diuersis Curijs vagantur, aut in negotiorum temporalium sollicitudine, suili derelicto, atque ouium sibi commissarum cura neglecta, se desinent occupa os placuit Sacrosancta Synodo antiquos Canones, qui temporum, atque hominum incuria, enè in desuetudinem abierunt aduersus non residentes promulgatas innouare, quemadmodum virtute præsentis decreti innouat, ac vlterius pro firmiori eorumdem residentia, & reformandis in ecclesia moribus in hunc, qui sequitur, modum statuere, atque sancire, si quis à Parochiali, à Primatiali Metropolitana, seù Cathedrali ecclesia, sibi quocumque titulo, causa, nomine, seù iure commissa, quacumque illa dignitate gradu, præminen ia præfulgeat, legitimo impedimento, seù iustis, & rationabilibus causis cessantibus, sex mensibus continuis extra suam Diœcesim morando, abfuerit, quartæ partis fructuum vnius anni Fabricæ Ecclesiæ, & pauperibus loci per superiorem ecclesiasticum applicandorum pœnam ipso iure incurrat, quod si per alios sex menses in huiusmodi absentia perseuerauerit, aliam quartam partem fructuum similiter applicandam, eo ipso amittat, crescente vero contumacia, vt seueriori sacrorum Canonum censuræ subyciatur Metropolitanus suffraganeos Episcopos absentes; Metropolitanus vero absentem suffraganeus Episcopus antiquior residens, sub pœna in erdicti ingressus ecclesiæ ipso incurrenda infra tres menses per litteras, seù nuncium Romani Pontifici denunciare tenea tur, qui in ipsos absentes, prout cuiusque maior, aut minor contumacia exegerit, suæ suprema sedis authoritate animaduertere, & ecclesijs ipsis de pastoribus vtilioribus prouidere poterit, sicut in Domino nouerit salubriter expedire.

In eadem Concilio sess. 23. cap. 1. sub
19 Pio IV. habetur, cum præcepto diuino mandatum sit omnibus, quibus animarum cura commissa est, oues suas agnoscere, pro his sacrificium offerre, verbique diuini prædicatione Sacramentorum administratione, ac bonorũ omnium operum exemplo pascere, pauperum, aliarumque miserabilium personarum curã paternam gerere, & in cetera munia pastoralia incumbere, quæ omnia nequaquam ab ijs præstari, & impleri possunt, qui gregi suo non inuigilant, neque assistunt, sed mercenariorum more deserunt; Sacrosancta Synodus eos admonet, & hortatur, vt diuinorũ præceptorum memores, factaque forma gregis in iudicio, & veritate pascant, & regant, ne vero ea quæ residentia sanctè, et vtiliter iam ante sub fel. record. Pauli III. sancita fuerunt in sensus, ac Sacrosanctę Synodi mente alienos trahantur, ac si vigore illius decreti quinque mensibus abesse liceat, iis inhærendo, declarat sancta Synodus omnes Patriarchalibus, Primitialibus, Metropolitanis, ac Cathedralibus ecclesijs quibuscumque, quocumque nomine, & titulo præfectos, etiam si S.R.E. Cardinales sint, obligari ad personalem in sua Ecclesia residentiam, vel Diœceses, vbi iniuncto sibi officio defungi teneantur, neque ab se posse, nisi ex causis, & modis infrascriptis, nam cum christiana charitas vrgens necessitas debita obedientia, ac euidens ecclesiæ, vel Reipublicæ vtilitas, alias nonnunquam abesse postulent, & exigant, decernit eadem Sacrosancta Synodus has legitimas absentiæ causas à Beatissimo Romano Pontifice, aut à Metropolitano, vel eo absente, suffraganeo Episcopo antiquiori residente, qui idem Metropolitani absentiam probare debebit, in scriptis esse approbandas, nisi cum absentia incidit propter aliquod munus, & Reipublicæ officium Episcopatibus adiunctum cuius quoniam causæ sunt notoriæ, & interdum repentinę, ne eas quidem significari Metropolitano necesse erit, ad eumdem tamen cum Concilio Prouinciali spectabit iudicare de licentijs à se, vel à suffraganeo datis, & videre, ne quis eo iure abutatur, & vt pœnis Canonicis errantes puniantur, interea meminerint discessuri, ita omnibus suis prouidendum, vt quantum fieri poterit, ex ipsorum absentia nullum damnum accipiant, quoniam autem qui aliquantisper tantum absunt, ex veterorum Canonum sententia non videntur abesse, quia statim reuersi sunt, Sacrosancta Synodus vult, illud absentiæ spatium singulis annis, siuè continuum, siuè interruptum extra prædictas causas nullo pacto debere duos,

aut

aut ad summum tres menses excedere, & habere rationem, vt id aequa ex causa fiat, & absque vllo gregis detrimento, quod an ita sit, abscendentium conscientia reliquit, quam sperat religiosam, & timoratam fore, cum Deo corda pateant cuius opus non fraudulenter agere suo periculo tenentur, eosdem interim admonet, & in Domino hortatur, ne per illius temporis spacium Dominica Aduentus, Quadragesimæ, Natiuitatis, Resurrectionis Domini, Pentecostes, itē & Corporis Christi diebus, quibus refici maximè, & in Domino gaudere pastoris præsentia, pastoris oues debeant ipsi ab ecclesia sua Cathedrali nullo pacto absint, nisi Episcopalia munia in sua Diœcesi eos alio vocent, si quis autem, quod vtinam numquam eueniat, contra huius decreti dispositionem abfuerit, statuit Sacrosancta Synodus præter alias pœnas aduersus non residentes sub Paulo III. impositas, et innouatas, & mortalis peccati reatum, quem incurrit, eum pro rata temporis absentiæ fructus suos non facere, nec tuta conscientia, alia etiam declaratione non sequuta, illos sibi detinere posse, sed teneri, aut ipso cessante per superiorem ecclesiasticum illos fabricæ ecclesiarum, aut pauperibus loci erogare, prohibita quacumque conuentione, vel compositione, qua pro fructibus malè perceptis appellatur, ex qua etiam prædicti fructus in totum, aut pro parte ei remitterentur, non obstantibus quibuscumque priuilegijs cuicumq; Collegio, aut fabricæ concessis.

Pius IV. in an. 1560. Concilij Tridēt. publicationem emanauit constitutionē, quæ incipit, de salute gregis Dominici, in qua enixè residētiam Episcopi etiam sub pœnis commendauit, ac etiam alteram constitutionem post dicti Concilij promulgauit, quæ incipit in supremi. Insuper Pius alteram constitutionem super residentiam Episcoporum edidit, multaque decreta conciſtorialia super residentiam Episcoporum facta fuerunt sub Gregorio XIII. & Clemente VIII. quæ omnes constitutiones, & decreta enunciantur, & confirmata fuerunt à s.m. Vrbano VIII. in sua constitutione super residentiam Episcoporum, quæ incipit Sancta Synodus; quas omnes bullas, & constitutiones in fine huius capitis habentur; magnaque ratione sancta sedes Apostolica Spiritu Sancto edocta, experientijsque instructa, sic strictè residentiam Episcopis iniunxit, quoniam illa omne bonum in Ecclesia Dei in Republica christiana gingitur, ex hac neglecta omne malum oritur. latè, & eruditè *Michael Maculerus de Monarchia ecclesiastica tom. 1. p. 2. lib. 5. c. 9. per totum à fol. 621. vsque 631. & tom. 2. p. 4. lib. 9. c. 2*

Interim notandum est, expressè haberi in in Sacro Conc. Trident. quod Episcopus explet munus residentiæ, si in Diœcesi resideat, non enim opus est, vt resideat in Cathedrali, nisi tempore Aduentus, Quadragesimæ, & in festis solēnioribus, nempè Natiuitatis, Resurrectionis Domini, Pentecostes, & Corporis Christi, vt dicitur expressè in dicto *Trident. sess. 23 cap. 1. de reform.* nisi Episcopalia munia in sua Diœcesi eos alio vocent, quod idem iam prius fuit statutum in Concilio Cartaginēsi in quinto *c. 5.* habetur *in c. placuit 7. q. 1. & c. peruenit eadem 7. q. 1.* quamuis enim Concilium Trident. decernat, residentiam expleri posse, vel in Cathedrali, vel in Diœcesi, tamen non sublstulit funditus antiquam Episcoporum obligationem residendi in Cathedralibus in his temporibus, quibus refici maximè, & in Domino gaudere pastoris præsentia gaudere oues debent, & eo fortius quia in dicto Sacro Concil. Trident. innouantur Canones antiqui, in quibus expressè mādatur Episcopis, vt in his temporibus explere debeant residentiam in Cathedralibus: verum si secus faciant Episcopi, nō incidunt in pœnas comminatas in Sacro Concilio, ita *Fagnan. in c. qualiter de clericis non residentibus à num. 32. cum sequen.* qui dicit hanc sententiam probasse Sacram Congregationē Sacri Cōcilij Trident. interpretē, & *Illustris. de Luca lib. 3. de iurisd. discur. 24. n. 2.* affert declarationem in vna Acernen. de anno 1647. Si quis autē habeat duas Cathedrales vnitas, vt ego, rectè satisfaciet suæ obligationi. si in vna tantum Diœcesi resideat, præceteris *Francesc. de Eccles. Cathedralib. cap. 8. num. 284.*

Digitized by Google

PIVS EPISCOPVS
SERVVS SERVORVM DEI
AD PERPETVAM REI MEMORIAM.

Constitutio X.

DE salute gregis Dominici nobis ex alto commissi attentius cogitantes, ad ea libenter intendimus, per quæ grex ipse continua suorum cum eo residentia Pastorum præseruetur à noxijs, & in deuium prolabens ad rectitudinis tramitem reducatur, vt Pastores ipsi residentiam ipsam, prout tenentur, commodius facere, ac circa ipsius gregis curam libentius, ac feruentius inuigilare, & illum ab errorum præcipitijs præseruare, ac in fide orthodoxa, & deuotione nostra continere valeant, opem, & operam efficaces impendimus, prout rerum, & temporum qualitate pensata, conspicimus in Domino salubriter expedire.

Hinc est, quod nos motu proprio, non ad alicuius nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed de nostra mera deliberatione, vniuersas, & singulas Venerabiles, fratres nostros Episcopos, Archiepiscopos, Primates, & Patriarchas ab Ecclesijs & Diœcesibus suis absentes in virtute sanctæ obedientiæ, ac sub interdicti ingressus Ecclesiæ pœna, eo ipso absque alia declaratione incurrenda, districtè percipiendo monemus, vt omnibus postpositis, quanto citius in Romana Curia videlicet moram trahentes, intra vnum, extra verò eam in Italia intra duos, extra verò Italiam existentes intra quatuor menses à die publicationis præsentium in locis infrascriptis faciendam computandos, se itineri committere, & legitimis itineribus ad Ecclesias, seù Diœceses suas proficisci, & se se personaliter conferre, ac ibidem, vt tenentur residere, & Pastorale officium exercere debeant.

Si quis autem à Patriarchali, Primitiali, Metropolitana, seù Cathedrali Ecclesia sibi quocũq; titulo, nomine, sui iura commissa, quacumque illi dignitate, gradu, & præeminentia præfulgeant, legitimo impedimento, seù iustis, & rationabilibus causis cessantibus, sex mensibus continuis extra suam Diœcesim morando abfuerit, & quartæ partis fructuum vnius anni fabricæ Ecclesiæ, & pauperibus loci per superiorem Ecclesiasticum applicandorum, pœnam ipso iure incurrat: quod si per alios sex menses in huiusmodi absentia perseuerauerit, aliam quartam partem fructuum similitèr applicandam, eo ipso ammittat, crescente verò contumacia, ac seueriori sacrorum canonum censuræ subijciatur. Metropolitan. suffraganeos, Episcopos absentes, Metropolitan. vero absentem, suffraganeus, Episcopus antiquior residens, sub pœna interdicti ingressus Ecclesiæ ipso iure incurrenda, infrà tres mẽses per literas, vel nuncium Romano Pontifici denunciare teneatur, qui in ipsos absentes, prout cuiusque maior, aut minor contumacia exegerit, suæ supremæ sedis auctoritate animaduertere, & Ecclesijs ipsis de Pastoribus vtilioribus prouidere poterit, sicut in Domino nouerit salubriter expedire.

Eosdem autem Patriarchas, Primates, Archiepiscopos, & Episcopos mandatis nostris parentes, & apud suas Ecclesias, seù in earum Diœcesibus personaliter residentes, specialibus fauoribus, & gratijs, prosequi volentes, vt liberius, & commodius eorum officio fungi valeant, eis, & eorum cuilibet, vt quando resederint, etiam prætextu quorumcumque delictorum, & excessuum atrociorum, etiam hæresis, & læsæ Maiestatis criminum per eos quomodolibet commissorum, ad comparendum personaliter in Romana Curia per quoscumq; Iudices Ordinarios, vel delegatos etiam Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, nisi vigore specialis commissionis manu nostra, vel Romani Pontificis, pro tempore existentis, signatæ, trahi, aut citari non possint, nec debeant, atque aliter factas citationes, & censuras in eis appositas, ac inde secuta quæcumq; nulla, & irrita, ac nullius roboris, & momenti fore, ac eos minimè afficere, aut arctare, statuimus, & ordinamus.

Nec

Digitized by Google

Nec non eos, & eorum quemlibet ab omnibus, & singulis decimis, subsidijs, & alijs oneribus ordinarijs, & extraordinarijs, quomodolibet nuncupatis, per nos, & successores nostros Romanos Pontifices, pro tempore existentes, ac Sedem Apostolicam, etiam Motu proprio, & excerta scientia, ac etiam consistolialiter etiam ad instantiam Regum, & Principum, quomodolibet, & ex quauis etiam quantumuis vrgentissima iustissima, ac pia et necessaria causa, etiam pro defensione fidei Catholicę ratione dictarum Ecclesiarum nunc, & pro tempore impositis, illorumque solutione, auctoritate Apostolica tenore præsentium ex simili scientia, penitus, & omninò eximimus, & liberamus, nec ad id à dilectis filijs modernis, & pro tempore existentibus S.R.E. Camerario, necnon Camerę Apostolicę Thesaurario, Presidentibus, & Clericis, ac decimarum, subsidiorum, & aliorum onerum huiusmodi Collectoribus, & Subcollectoribus, seù Exactoribus, & Commissarijs ad id pro tempore deputatis, etiam vigore quorumcumque priuilegiorum, indultorum, & litterarum, etiã presentibus derogantium, ac illarum totum tenorem de verbo ad verbum exprimentium, eis quomodolibet concessorum, & concedendorum, cogi, seù compelli, & ob non solutionem huiusmodi aliquas sententias, censuras, & pœnas incurrere posse, decernimus. Illiusque, & quibusuis alijs in virtute sanctæ obedientię, & sub nostrę indignationis, nec non excommunicationis, aut suspensionis, ac priuationis suorum officiorum, & beneficiorum, quæ obtinent, & pro tempore obtinebunt: eo ipso incurrendis pœnis, ne eosdem Episcopos, Archiepiscopos, Primates, & Patriarchas sic in dictis Ecclesijs, vel earum Diœcesibus residẽtes, quandiù in illis residerint, vt præfertur, ad solutionem decimarum, subsidiorum, & onerum præfatorum cogere, ac propter illorum non solutionem excommunicationis, aut alias sententias, censuras, & pœnas promulgare quoquomodo audeant seu præsumant, districtius inhibemus.

Et insuper eisdem Episcopis, Archiepiscopis, Primatibus, & Patriarchis, sic vt præmittitur, residentibus, vltra priuilegia, & indulta eis per quoscumque Romanos Pontifices prædecessores nostros, ac Sedem Apostolicam, & Generalia Concilia, & Cancellariæ Apostolicæ Regulas concessa, quæ in suo robore permanere volumus, tamquam à dicta Sede delegati in quibuscumque ciuilibus, criminalibus, vel mistis causis contra quoscumque clericos seculares particulares, ac etiam contra eorum Monasteria, seù regularia loca degentes Regulares quomodolibet exemptos auctoritate nostra procedere, & causas ipsas cognoscere, finemque debito terminare, ac quidquid terminauerint, exequi, & obseruari facere, ipsosque exemptos pro tempore delinquentes, iuxtà eorum excessus, & delicta, punire, & corrigere, & omnem iurisdictionem in eos exercere, omniaque alia, & singula in præmissis, & circa ea quomodolibet necessaria, & opportuna, quę nosmet facere, exercere, & exequi liberè, & licitè valeant, plenam, & liberam licentiam, ac facultatem, auctoritate, & tenore prædictis concedimus, & indulgemus.

Decernentes ab eorum ordinationibus, interlocutionibus, & decretis ante diffinitiuam sententiam, vel vim diffinitiuę habentem, & vbi agetur de morum correctione, nullatenùs, etiam ad nos, & Sedem Apostolicam appellari posse, & nihilominus per appellationes quascumque contrà præsentium tenorem quomodolibet interpositas minimè causas deuolui, aut etiam per quascumque inhibitiones, etiam cum quibuscumque censuris, & pœnis eis à quibuscumque iudicibus ordinarijs, vel delegatis forsan faciendas illarum vlteriorem cognitionem, & expeditionem, & vbi de morum correctione agitur, etiam legitimam executionem minimè impediri, aut censuris, & pœnis huiusmodi ligari, aut irretiri tangere. Sicque in præmissis omnibus, & singulis per quoscumq; Metropolitan. aut alios Iudices, & Commissarios etiam Palatij Apostolici Auditores, & S.R.E. Cardinales, sublata eis aliter iudicandi, & interpretandi, aut diffiniendi potestate, iudicari, diffiniri, aut interpretari debere, necnon irritum, & inane quicquid secus à quo quam quauis authoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Mandantes venerabilibus fratribus nostris Feltren. & Pisaurien. ac Amerin. Episcopis per Apostolica scripta, motu simili, quatenus ipsi, vel duo, aut vnus eorum, per se, vel alium, seu alios præsentes litteras, & in eis contenta quęcumque vbi, & quando opus fuerit, & quoties pro parte eorumdem Episcoporum, Archiepiscoporum, Primatum, & Patriarcharum, seù

Digitized by Google

seù alienius eorum desuper requisiti fuerint, solemniter publicantes, eisq; in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes, faciant eadem auctoritate nostra illos, & eorum singulos omnibus, & singulis præmissis pacificè frui, & gaudere, non permittentes eos desuper per eosdem Camerarium, Thesaurarium, Præsidentes, & Clericos, nec non Collectores, & Subcollectores, & Exactores, & Commissarios præfatos, seù quoscumque alios quomodolibet, indebitè molestari. Contradictores quoslibet, & rebelles per similes censuras, & pœnas Ecclesiasticas, ac alia opportuna iuris, & facti remedia, appellatione postposita, compescendo, nec non legitimis super his habendis seruatis processibus, censuras, et pœnas ipsas etiã in iteratis vicibus aggrauando, inuocato etiã ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachij secularis. Non obstantibus fel. record. Bonifacij Papæ VIII. prædecessoris nostri de vna, & Concilij generalis de duobus dictis, dummodò vltra tres dictas aliquis auctoritate præsentium ad iudicium non trahatur, & alijs constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac quibusuis Cameræ præfatæ statutis, decretis, & declarationibus, etiã iuramento confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis. nec non priuilegijs, indultis, exemptionibus etiam Mari magno, aut alias nuncupatis, Conseruatorum deputationibus, & eorũ, ac alijs inhibitionibus, quibus dicti Episcopi, Archiepiscopi, & Patriarchæ deferre minimè teneantur, sed illis reiectis, ac non obstantibus, in dictis causis, vt profertur, procedere, & illas iure debito terminare possint, ac litteris Apostolicis eisdem Camera Camerario, Thesaurario, Præsiden. & Clericis, ac Collectorbus, ac Subcollectoribus, & Commissarijs, ac exemptis, necnon Regibus, & Principibus præfatis, ac dilectis filijs Archipresbytero, & Capitulo Ecclesiæ nostræ Lateranen. necnon Hospitali nostro S. Spiritus in Saxia de Vrbe, & quibusuis clausulis, & decretis, etiam motu, & scientia similibus concionis approbatis, & innouatis, quibus omnibus etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis eorumque totis tenoribus specialis, specifica, individua, & expressa, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales, idem importantes mentio, seù quauis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc formanda foret tenores huiusmodi præsentibus pro sufficienter expressis habentes illis alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expresè derogamus, & quæ aduersus præmissis nemini suffragari posse, volumus, cõtrarijs quibuscumque. Aut si Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, & Episcopis, vel quibusuis alijs communiter, vel diuisim ab eadem sit sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per litteras Apostolicas, non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem.

Et quia difficile foret præsentes litteras ad singula, in quibus fides forsan facienda foret, loca deferri, volumus, & eadem auctoritate decernimus, quod earum transumptis manu alicuius Curiæ Ecclesiasticæ, vel personæ in dignitate Ecclesiastica constituta munitis, eadem prorsus fides adhibeatur in iudicio, & alibi, vbi opus fuerit, quæ præsentibus adhiberetur si forsan exhibitæ, vel ostensæ.

Quodque publicatio præsentium cum dimissione copiæ in valuis Basilicæ Principis Apostolorũ, & Cancellariæ Apostolicæ, ac in acie Campi Florę eosdem præfatos, & eorum singulos etiã à dicta Curia absentes, sic vt præfertur, monitos arctet, & afficiat, perinde, ac si præsentes litterę eis, ac eorum cuilibet personaliter intimatę forent. Nulli ergo, &c.

Datum Romæ apud Sanctum Marcum, Anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo, sexagesimo, Pridie nonas Septembris Pont. nostri Anno primo. Anno à Natiuitate Dom. 1560. Indict. 3. die vero 13. mensis Septemb. Pontif. Sanctiss. in Christo Patris, & D.N.D. Pij diuina prouidentia Papæ IV. Anno 1. retroscripta litterę affixę, lectæ, et publicatæ fuerunt Romæ in locis retroscriptis, dimissis ibidem copijs affixis iuxta illarum formã, et tenorem per nos Iacobum Carra, et Bernardinum Andrentiũ præfati S.D.N. Papæ Cursores.

PIVS

Digitized by Google

PIVS EPISCOPVS
SERVVS SERVORVM DEI
AD PERPETVAM REI MEMORIAM.

Constitutio XCI.

IN suprema militantis Ecclesia specula meritis, licet insufficientibus, diuina dispositione constituti cunctos non solum vigilantia nostra commissos dominicos greges, sed etiam singulorum Pastorum suorum actus intensa nostre mentis ucie collustrantes, studium efficax, operamq; sedulam ad hoc omninò statuimus adhibere, vt quemadmodum operosum Sacri Concilij Tridentini gressum, felicemque exitum, Domino cooperante prestitimus, ità sanctissima illius decreta, ipsorum presertim, qui in Apostolice solicitudinis partem vocati sunt Pastorum officium concernentia, non tepide, neque dissimulanter exequamur.

Sanè licèt in Concilio prefato saluberrima fuerit ordinatione decretum, quod omnes, & singuli venerabiles fratres nostri Patriarcha, Primates, Archiepiscopi, & Episcopi, & alij beneficiati apud Ecclesias sponsas suas residere teneantur, nonnulli tamen, quod non sine animi nostri merore referimus, adeò sui gregumque quos olim deperditos Saluator noster proprio sanguine redimere dignatus est, sibi creditorum obliti sunt, vt etiam nunc in Alma Vrbe, vel alibi commorantes, & sacrosancta spiritualis Matrimonij, inter eos suasque Ecclesias solemniter contracti iura confundentes, sponsas suas in longa quasi viduitate relictas, & predictas Ecclesias quomodocumque sibi concessas inuisere, & apud illas, vt probos, & prouidos patre familias decet, residere non curent, & in perditione animarum suarum, & subditorum suorum, ac pernicioſum exemplum, & scandalum plurimorum. Nos hanc illorum contumaciam alicuius etiam temporalis pœna metu frangendam, seù conuincendam esse censentes, Motu proprio, & ex certa scientia nostra, ac de potestatis Apostolice plenitudine omnibus, & singulis Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, & Episcopis prefatis, ac alijs quibuscumque, etiam quauis auctoritate, dignitate, gradu, vel præeminentia prefulgentibus, dictas Ecclesias, in commendam, vel administrationem, aut alio quouis modo, vel nomine obtinentibus, & alijs quibuscumque beneficiatis curam animarum habentibus, qui iuxtà decreti super Residentia in Concilio predicto promulgati tenorem, personalem in suis Ecclesijs residentiam facere tenerentur, in virtute sancte obedientie, vltra pœnas in dicto decreto Concilij contentas, etiam sub priuationis eorum à regimine, & administratione Ecclesiarum suarum, ac alijs nostro, & pro tempore existentis Romani Pontificis successoris nostri arbitrio imponen. pœnis, districte precipiendo per Apostolica scripta mandamus, quatenùs omni mora cessante in eisdem suis Ecclesijs iuxtà formam, & tenorem dicti Concilij personaliter resideant.

Et nihilominus, & quos mandato nostro huiusmodi, quod absit, non parere contigerit, ne etiam tales absentes melioris in hac parte conditionis, quam ceteri in suis Ecclesijs residentes existant, hac nostra perpetuo valitura sanctione per presentes statuimus, & ordinamus, quod deinceps omnia, & singula mobilia, & immobilia etiam in Vrbe, vel eius districtu existentia, & se mouentia, res & bona iura, & actiones cuiuscumque qualitatis & valoris, ac vbicumque locorum consistant, ad Patriarchas, Primates, Archiepiscopos, Episcopos, & alios quoscumque etiam quauis auctoritate, dignitate, gradu, & præeminentia prefulgentes, Ecclesias predictas in titulum, vel comendam, siue administrationem, aut alio quouis modo, et nomine obtinentes, et alios quoscumque beneficiatos curam animarum habentes, qui extrà prefatas Ecclesias, ac Diœceſ. etiam in Romana Curia, aut alibi degentes, et iuxta decretum, et formam Concilij huiusmodi non residentes decesserint pœnitentia,

tia, et per illos ſuarum Eccleſiarum, ac quorumcumque Monaſteriorum, Prioratuum, Præpoſiturarum, & aliorum beneficiorum Eccleſiaſticorum, cum cura, & ſine cura, ſæcularium, & Regularium, quæ illi quomodolibet obtinuerint, ac fructuum, reditum, & prouentuum Eccleſiaſticorum, necnon penſionum annuorum ſibi ſuper ſimilibus fructibus, redditibus, & prouentibus reſeruaturum, & aſſignaturum occaſione quæſita, etiam ſi facultatem ſpecialem de illis, aut eorum parte teſtandi, & alias liberè diſponendi, à nobis & à quibuſcumque alijs Rom. Pontificibus prædeceſſoribus, & ſucceſſoribus noſtris, etiam cum clauſulis, quod facultates huiuſmodi reuocari non queant, alijſque irritantibus decretis obtinuerint, & in vim illarum litterarum deſuper confectarum, de rebus, & bonis huiuſmodi iamque diſpoſuerint, tamquàm ſpolia ad Cameram Apoſtolicam legitimè pertineant. Liceatque dilectis filijs moderno, & pro tempore exiſtenti Commiſſario noſtro generali, & ſuis dictæ Cameræ deputatis, in euentum deceſſus huiuſmodi, ſolitum inuentarium ſuper rebus, & bonis prafatis conficere, illaque prout de reliquis clericorum ſpolijs fieri ſolet, ad dilecti filij noſtri moderni, & pro tempore exiſtentis generalis Theſaurarij manus redigere, dictæque Camera applicare, cuiuſuis licentia deſuper minimè requiſita.

Ac facultates, & deſuper confectas literas prædictas, etiam Motu, & ſcientia ſimilibus, etiam in recompenſam laborum, & obſequiorum etiam nobis, & Eccleſiæ Romanæ dictæq; ſedi impenſorum, quomodolibet conceſſas, & etiam iteratis vicibus approbatas illarum omnium tenores præſentibus pro ſufficienter expreſſis, & ad verbum inſertis habentes, in euentum obitus huiuſmodi, etiam ſi in Vrbe, aut eius diſtrictu, vel alibi extra eius Eccleſias, vt præfertur, contingerit, nunc prout ex tunc, & è contra in dicta contumaciæ pœnam eiuſdem poteſtatis plenitudine, & tenore reuocamus, caſſamus, & annullamus, & tam eas, quam earum prætextu quomodolibet pro tempore condita, factaque teſtamenta, codicillos, legata, donationes, & alias diſpoſitiones quaslibet, etiam ad pias cauſas, vel in remunerationem ſeruitiorum, nulla & inualida, nulliuſque roboris, vel momenti fore, neque vtiquam contra præſentium tenorem ſuffragari.

Et ſic per quoſcumque Iudices, & Commiſſarios quauis auctoritate fungentes, & S.R.E. Cardinales in quauis inſtantia ſublatæ eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, iudicari, & diffiniri debere, ac quicquid ſecùs à quoquam quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter attentari contigerit, irritum, & inane decernimus.

Per hoc autem noſtris, & Romanorum Pontificum prædeceſſorum noſtrorum ordinationibus, reſeruationibus, & decretis, quoad Prælatorum, & aliorum beneficiatorum, etiam in ſuis Eccleſijs, aut Diœceſ. reſidentium, & ibi decedentium, quæ etiam ampliamus, & extendimus ad habentes Eccleſias in Vrbis diſtrictu, ibique reſidentes, & decedentes ſpolia Camera Apoſtolicæ applicata hactenùs emanatis, nullatenùs præiudicare neque quicquam in eis alterare intendimus, ſed ea in ſuo Robore, vt antea manere volumus, præterquam quo ad eos, qui in ſuis Eccleſijs iuxtà formam prædicti Concilij reſederint, & ſpecialem licentiam teſtandi habuerint. hac enim tantum ſaluam eis eſſe volumus, itaut generalis licentia teſtandi eis quanquam reſidentibus minimè ſuffragetur, ſed ſola ſpeciali ſi quam habuerint tueri ſe poſſint.

Cæterum, vt præceptum, mandatum, ſtatutum, ordinatio, reuocatio, caſſatio, decretum, & alia præmiſſa, præſenteſque littera ad eorum, quorum intereſt, notitiam deducantur, nullusque poſsit aliquam illorum ignorantiam prætendere, vel exequutionem allegare, ſed illa perpetuo firma, & illibata permaneant, volumus, & mandamus, quod eædem preſentes in Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Vrbe, & Cancellariæ noſtræ valuis, ac acie Campi Floræ per aliquem ex Curſoribus noſtris affixæ copia illarum ibi dimiſſa, ab ea die omnes perinde arcent, ac ſi illis perſonaliter intimatæ fuiſſent.

Non obſtantibus præmiſsis, ac in fauorem Curialium per fel. record. Sixtum Quartum, Leonem Decimum, Iulium Tertium, & quoſcumque Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros, ac etiam per nos editis, & approbatis, necnon alijs litteris, conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſque contrarijs quibuſcumque. Nulli ergo, &c.

Datum

Digitized by Google

Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo sexagesimo quarto, septimo Calen. Decembris Pontificatus nostri Anno quinto.

Anno à Natiuitate Domini 1564. *indictione* 7. *die verò* 4. *mensis Decembris Pontificatus Sanctissimi, & D. N. D. Pij diuina prouidentia Papæ IV. anno* 5. *retroscriptæ litteræ Apostolicæ affixæ, & publicatæ fuerunt ad Valuas Basilicæ Principis Apostolorum de Vrbe, ad Valuas Cancellariæ Apostolicæ, & in acie Campi Floræ, admissis in præfatis locis præsentium retroscriptarum litterarum copijs affixis, vt est moris, per nos Iulium Parinum, & Bernardinum Andreutium præfati Sanctissimi Domini nostri Papæ Cursores. Antonius Clerici Magister Cursorum.*



Digitized by Google

VRBANVS PAPA VIII.

AD PERPETVAM REI MEMORIAM.



Sancta Synodus Tridentina sub recolendæ memoriæ Paulo Papa III. Prædecessore nostro, ad disciplinã ecclesiasticam restaurandam, prouide statuit, vt omnes, quacumque dignitate, gradu, & præeminentia fulgentes, Patriarchalibus, Primatialibus, Metropolitanis, & Cathedralibus Ecclesijs quibuscumq; quoquis nomine, & titulo Præfecti, apud eas personaliter residere deberent: alias si per sex menses continuos abessent, amissionis quartæ partis fructuum vnius anni pœnam ipso iure incurrerent, quod si per alios sex menses in absentia perseuerarint, tunc aliam quartam partem fructuum huiusmodi eo ipso amitterent; crescente verò contumacia, Romanus Pontifex suprema eius authoritate in ipsos absentes animaduertere, & ecclesijs ipsis de Pastoribus vtilitatibus prouidere posset.

Deinde sub fel. record. Pio IV. etiam Prædecessore nostro, eadem Synodus declarauit, omnes eisdem Patriarchalibus, Primatialibus, Metropolitanis, & Cathedralibus Ecclesijs Præfectos, etiamsi S.R.E. Cardinales forent, obligari ad personalem residentiam in sua Ecclesia, vel Diœcesi faciendam, nec abesse posse, nisi ob legitimas causas in scriptis approbandas. Et in eorumdem Concilij decretorum executionem idem Pius IV. Prædecessor noster per suas sub plumbo, sub Dat. 7. Kalendas Decembris 1564. expeditas litteras monuit, eosdem prefatis Ecclesijs præfectos, in virtute sanctæ obedientiæ, ac vltra pœnas in eodem Concilio contentas, sub priuationis eorum à regimine, & administratione ipsarum Ecclesiarum, ac amissionis facultatum testandi, & disponendi alijsque suis pœnis suo, & Romani Pontificis arbitrio imponendis, mandauit eisdem, vt in Ecclesijs prefatis omninò personaliter residere deberent: Denique certior factus, quod multi eorumdem præfectorum erant inobedientes, Motu suo proprio commisit Cameræ Apostolicæ Auditori generali, vt contra illos vsque ad sententiam procederet, & sibi deindè referret ad effectum in eos priuationis, & depositionis sententiam in suo Consistorio secreto pronunciandi.

Succesſiuè alij etiam Romani Pontifices contra non residentes diuersa edicta publicari fecerunt ac piæ mem. Gregorius III. etiam prædecessor noster per suum decretum Consistoriale declarauit, decreta eiusdem Concilij de personali residentia in Ecclesijs prædictis facienda, etiam in S.R.E. Cardinalibus locum habere, quocumque titulo illis præessent, itaut à reatu, & pœnis in dicto Concilio statutis, non excusarentur, nisi absentiæ causa in scriptis approbata foret, scientiaque, vel tolerantia non excusaret eosdem Cardinales, nec alios Episcopos.

Similis quoque me. Clemens Papa VIII. etiam prædecessor noster per simile Consistoriale decretum pro obseruantia residentiæ personalis ab eodem Concilio ordinatæ, addidit pœnam inhabilitatis ad maiores dignitates, & Ecclesias obtinendas; prout in prefatis Concilij, ac litteris Apostolicis, Consistorialibusque decretis latius continetur.

Cumque etiam Nos edicta contra non residentes sæpius publicari fecerimus, & tamen præteritis mensibus aliqui, etiam S.R.E. Cardinales, Metropolitanis, seù Cathedralibus Ecclesijs ex concessione Apostolica præfecti, suæ obligationis ad personalem residentiam, in eis faciendam, immemores, in graue animarum suarum detrimentum, ac ouium sibi creditarum præiudicium, ab eisdem Ecclesijs abesse continuarent, etiam sub prætextu suorum titulorum Cardinalatus, præsertim Episcopalium propè Vrbem, seù in Vrbis districtu respectiuè consistentium, & quod in eadem Vrbe in conspectu, & præsentia nostra morarum traherent; Nos pro nostro Pastorali debito, nedum animarũ prefatarum, sed etiam Ecclesiarum indemnitati; prouidere volentes, in Consistorio nostro secreto declarauimus, eosdem S.R.E. Cardinales, qui alijs Ecclesijs Metropolitanis, & Cathedralibus præerant, & apud eas non resederant, nec residebant, nec fecisse, nec facere illarum fructus suos, etiam sub prætextu, quod alicui ex dictis Ecclesijs Episcopalibus, quibus Cardinales in ordine

prio-

priores esse solent, præsideant, & ibi, vel in Vrbe commorentur, aut cuiusuis tolerantiæ, vel facultatis præterquàm per Breue speciale nostrum, vel Romani Pontificis pro tempore existentis, sibi concessa: Ideoque eosdem Cardinales monuimus pro prima vice, vt ad residentiam huiusmodi statim se conferrent, sub amissionis fructuum eo ipso incurrenda, & alijs canonicis pœnis, animo etiam procedendi ad vlteriora, si non paruissent, & prout in decreto nostro Consistoriali plenius habetur.

Quia verò ab indè citrà non omnes, prout tenebantur, nostra mandata executi sunt. Nos vt omninò debitum suum agnoscant, & animabus subiectis, quantum nobis ex alto conceditur, magis consultum sit, vlteriùs prouidere volentes, Concilij Tridentini decretis, & litteris Apostolicis, Motuique proprio, ac Consistorialibus decretis præfatis inhærentes, illorumque tenores, ac si de verbo ad verbum insererentur, pro plenè insertis, & expressis habentes, Motu simili, & ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, præfata Concilij decreta, litteræque Apostolicas, ac primo dictum Motum proprium decretaque consistorialia præfata, ac in eis contenta quæcumq; hac nostra constitutione perpetua confirmamus, & approbamus, & quatenus foret opus, aduersus quemcumque pretensum non vsum, vel contrarium vsum, innouamus, & plenissimè restituimus.

Insuperque omnes, & singulos, Ecclesijs Patriarchalibus, Primatialibus, Metropolitanis, Archiepiscopalibus, & Episcopalibus, quocumque nomine, seù titulo præfectos, etiam S.R.E. Cardinales, à præfatis suis Ecclesijs absentes in virtute sanctæ obedientiæ, ac sub interdicti ingressus Ecclesiæ, amissionisque tàm fructuum earundem Ecclesiarum pro tempore, quo absentia duranerit, quam facultatem testandi, & disponendi de bonis suis à S. Sede Apostolica sibi alias concessarum, eo ipso absque alia declaratione incurrendis, necnon priuationis à regimine, & administratione suarum Ecclesiarum huiusmodi, aliisque pœnis, nostro, & Romani Pontificis pro tempore existentis, arbitrio infligendis, districtè præcipiendo monemus. Vt omnibus postpositis, quanto citiùs, in Romana Curia videlicèt morantes intra vnum, extrà eam verò in Italia intra duos, extrà verò Italiam existentes intrà quatuor menses, à die publicationis præsentium in locis infrascriptis faciendæ computandos, quos pro tribus canonicis monitionibus, peremptorijsque dilationibus, & terminis respectiuè eis assignamus, & assignatos esse volumus, se itineri committere, & legitimis itineribus ad Ecclesias, seù Diœceses suas proficisci, se personaliter conferre, ac ibidem, vt tenetur, residere debeant.

Eisdemque Præfectis, postquàm personaliter ad residendum se contulerint, necnon quibuscumque alijs, apud suas Ecclesias quandocumque personaliter residentibus, sub eisdem pœnis, etiam eo ipso respectiuè incurrendis, iniungimus, ne ab eorum Ecclesijs discedant, nisi priùs obtenta nostra, & Romani Pontificis pro tempore existentis, per breue, seù litteras missiuas, licentia.

Illos etiam, qui in posterum per Nos, seù Romanos Pontifices successores nostros, alicui præfatarum Ecclesiarum, Patriarchalium, Primatialium, Metropolitanarum, Archiepiscopalium, & Episcopalium, quouis nomine, vel titulo præfecti fuerint, etiamsi S.R.E. Cardinales quandocumque fuerint, vel sint, sub eisdem pœnis, etiam eo ipso respectiuè incurrendis, debeant, & quilibet ipsorum debeat infrà præfatum tempus, à die eorum promotionis ad aliquam Ecclesiarum prædictarum, inchoandum, quod eis pro tribus monitionibus, & dilationibus, vt præfertur, ex nunc assignamus, pariter se itineri committere, & ad Ecclesias, siuè Diœceses sibi commissas, ad personaliter in eis residendum, conferre. Et respectiuè postquam residere inceperint, ab illis non discedere, nisi obtenta priùs à nobis, & Romano Pontifice pro tempore existente licentia prefata.

A quarum pœnarum incursu nolumus, posse aliquem se excusare pretextu, & ratione cuiuscumque seruitij, quomodolibet præstiti, & præstandi pro gerendis, & tractandis negotijs quorumcumque Principum, etiam Imperatoris, & Regum, aut rerum publicarum Regnorum, ac Prouiaciarum, nec ratione cuiuslibet iussionis, vel mandati eorum, vel earum, quandocumque facti, vel faciendi, nec etiam ratione persecutionis, seù defensionis, quarum-

rumcumque listarum, seù controuersiarum, etiam ecclesiasticarum, vel incundi federis aut cuiuscumque alterius negotij, etiam grauissimi, & specialis mentione digni, tractandi, vel distantia locorum, aut brevitatis temporis, ob quam non videatur expectanda Sedis Apostolicæ licentia prædicta antequàm à suis Ecclesijs, & Diœcesibus discedant, aut ratione cuiuscumque alterius causæ, vel occasionis, etiam publicæ, vel alias fauorabilis, & æquè piæ, etiam cuiuslibet vtilitatis, siue necessitatis ecclesiarum, & personarum: præterquàm personalis intereſſentiæ in Synodis Prouincialibus, vel Congregationibus, seù assembleis generalibus, in quibus Ecclesiastici interuenire solent, vel ratione muneris, aut Reipublicæ officij Episcopatibus, vel Ecclesijs maioribus prædictis adiuncti, cuius ratione ad certum tempus occupari solent: & tunc pro tempore quo illa Synodus, Congregationes, & assemblea exercitiumque muneris, seù officij publici ipsis Ecclesijs adiuncti, actu durauerint; quibus finitis, recto tramite ad Ecclesias prædictas sibi commissas, se conferre debeāt. Nec etiam à prædicta residentia, & pœnarum prædictarum incursu volumus excusari S.R.E. Cardinales, nunc, & pro tempore existentes alicui prædictarum Ecclesiarum præfectos, seù præficiendos, etiamsi tamquam in ordine Priores, aliquem ex dictis titulis Episcopalibus, propè Vrbem, vel in eius districtu consistentibus, obtineant, & in posterum obtinuerint, & in prædictis Episcopatibus Titularibus, Vrbi proximis resederint, vel in Romana Curia in suis titulis respectiuè, etiam Nobis, ac Romanis Pontificibus successoribus nostris sciēntibus, videntibus, & quomodolibet tolerantibus, moram traxerint, itaùt nulla nostra, ac Romanorum Pontificum successorum nostrorum conniventia, taciturnitate, & ad quarumcumque functionum, & actuum Pontificalium, etiam publicorum, & solemnium celebrationem, receptione, & admissione vmquàm tueri se possint.

Et pro præmissorum, & infrascriptorum inuiolabili obseruatione committimus, & mandamus dilecto filio Cameræ Apostolicæ generali Auditori, nunc, & pro tempore existenti, quatenus contra omnes, & singulos prædictos, tàm in Vrbe, quàm alibi, & vbique locorum, nunc, & pro tempore commorantes, & in suis Ecclesijs, seù Diœcesibus non residentes, per affixionem ad valuas Basilicæ Sancti Petri, ac in Acie Campi Florę, & quoad præsentes in Romana Curia ad abundantiorem cautelam, etiam domi dimissa copia, procedat: Et constito sibi, quantum sufficere videbitur, summariè simpliciter, & de plano, sola veritate inspecta, & manu Regia, de contrauentione, & inobedientia præfatis, vsque ad sententiam exclusiuè procedat; & deindè nobis, & Romano Pontifici pro tempore existenti, referat, vt Nos, ac Romanus Pontifex pro tempore existens in Consistorio, ad sententiam declarationis incursus pœnarum, ac respectiuè priuationis, seù depositionis, aliarumque punitionum præfatorum inobedientium, valeamus, & ipse Pontifex Romanus, pro tempore existens, valeat procedere.

Volumus tamen, Episcopos Archiepiscopos, Metropolitanos, Primates, & Patriarchas, etiam S.R.E. Cardinales citra Montes, vel Mare existentes, per quatuor, alios verò vltrà Montes, vel Mare degentes, per septem menses continuos à residentia, in præfatis Ecclesijs faciendæ, ad effectum visitandi limina Sanctorum Apostolorum Petri, & Pauli iuxtà sacros Canones, ac Apostolicas constitutiones, pro qualibet visitatione excusari: ita tamen, vt tunc illis durantibus, visitationis huiusmodi munus explere teneantur, nec ad alios actus se diuertant.

Cardinalibus verò nunc, & pro tempore existentibus, qui in casu vacationis Sedis Apostolicæ ad electionem Romani Pontificis faciendam accedere solent ad locum conclaue ad hoc designatū, concedimus licentiam discedendi ab Ecclesijs prædictis, sibi commissis, habita tamen prius certa notitia vacationis ipsius Sedis Apostolicæ, & extrà residentiam in loco, in quo electionem huiusmodi celebrari continget, commorandi, & permanendi vsque ad peractam Electionem, ac etiam postea per duos menses postquàm Romanus Pontifex coronationis suę insignia susceperit; quo tempore elapso, prædicti Cardinales, missi illicò, vt præfertur, ad Ecclesias prædictas, quibus præsidere eos contigerit, se contulerint, subiaceant pœnis supradictis.

Præsentes quoque literas, omniaque, & singula in eis contenta, de subreptionis, obreptio-

reptionis, ac cuiuscumque nullitatis, aut invaliditatis vitio, intentionisque nostræ, ac quocumque alio defectu, quantumlibet substantiali, etiam ex eo, quod in præmissis quomodolibet interesse habentes, vel prætendentes, & præsertim iidem Ecclesijs prædictis nunc, & pro tempore præfecti, etiam eiusdem S. R. E. Cardinales, præmissis non consenserint, nec ad ea vocati, & auditi, sollemnitatesque, & quauis alia seruanda, & adimplenda, nullatenùs seruata, & adimpleta, & causæ propter quas præsentes emanauerint, adductæ, verificatæ, seù alias sufficienter, aut etiam in aliquo iustificatæ non fuerint, ac quocumque alio colore, pretextu, occasione, & causa, etiam in corpore iuris clausis, & alia quæcumque quantumuis rationabili, iusta, & priuilegiata, etiam tali, quæ ad effectum validitatis præmissorum necessario exprimenda foret, à quoquam Notari, impugnari, invalidari, retractari, in ius, vel controuersiam reuocari, aut ad terminos iuris reduci non posse, nec sub quibuslibet similium, vel dissimilium constitutionum, siuè dispositionum, etiam Motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus, etiam consistorialiter, aut alias quomodolibet per quoscumque Romanos Pontifices prædecessores, & successores nostros, ac etiam per nos factarum, & faciendarum, reuocationibus, suspensionibus, limitationibus, aut alijs contrarijs dispositionibus, pro tempore quomodolibet factis, comprehendi, sed semper ab illis excepta, perpetuoque valida, firmaque, & efficacia existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac per omnes, & singulos, ad quos spectat, & quomodolibet spectabit in futurum, inuiolabiliter obseruari.

Sicque, & non aliter in præmissis omnibus, & singulis per quoscumque Iudices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatij Apostolici Auditores, Nuncios, & prædictæ S. R. E. Cardinales, etiam de latere legatos, ac quoscumque alios, quauis auctoritate, & potestate fungentes, sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, declarandi, interpretandi, & diffiniendi facultate vbique iudicari, interpretari, declarari, & definiri debere: itaùt si vnquam aliquod dubium, seu hæsitatio super præmissis, seù eorum aliquo oriri, vel suscitari contingat, nullus, præter Nos, ac Romanos Pontifices successores nostros, possit præsentes litteras, quouis modo interpretari, & declarare, ac irritum, & inane, si secus à quoquam quauis auctoritate contingerit attentari, decernimus.

Non obstantibus præmissis, ac constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, etiam in Concilijs vniuersalibus, generalibus, Prouincialibus, & Synodalibus editis, & edendis, ac Cancellariæ Apostolicæ Regulis, etiam primæ, & cuiuslibet secundæ conditionis, & quatenus foret opus de non tollendi iure quæsito; statutis quoque etiam iuratis, & consuetudinibus, etiam diuturnis, & immemorabilibus Ecclesiarum præfatarum, & cuiuslibet earum, & licentijs, alias quam, vt præfertur impetratis, ac priuilegijs, & indultis, etiam Apostolicis, eisdem Ecclesijs, earumque Præsulibus quomodolibet, & ea quocumque causa, hic forsan de necessitate exprimenda, concessis, etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus, etiam consistorialiter, ac alias quomodolibet emanatis, ac quocumque iuramento per eosdem Ecclesijs huiusmodi præfectos sub quouis prætextu, vel causa præstito, & præstando, quod fuisse, & fore nullum, ac irritum, & minimè obstare, nemlinique suffragari, quo minus ab integra obseruatione præsentium in aliquo excusari possit, declaramus, & quatenus opus sit, decernimus, necnon omnibus, & singulis, quæ prædecessores nostri in suis litteris, & decretis præfatis voluerunt non obstare. Quibus omnibus, & singulis eorum omnium, & singulorum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & insertis habentes, ad effectum præsentium, plenissimè specialiterque, & expressè derogamus, cæterisque contrarijs quibuscumque.

Volumus etiam, quod ij, qui duabus, vel pluribus Ecclesijs præfatis ex earum vnione, vel alias ex concessione, seù dispensatione Apostolica quocumque nomine, vel titulo præfecti sunt, vel pro tempore erunt, à residentia, & pœnis huiusmodi excusentur, dummodò in earum altera, in qua de iure residere debent, verè, & personaliter resideant,

ex-

exceptis tamen, vt præfertur, Ecclesijs Episcopalibus, vrbi proximis, quibus Cardinales in ordine priores præesse solent, residentia enim, si qua apud præfatas Ecclesias titulorum Cardinalium fieret, aliquam excusationem eisdem Cardinalibus, vt præfertur, non præstaret, quominus ipsi in alia, vel alijs Ecclesijs præfatis, quibus eos etiam pro tempore præfici contingerit, residere omninò teneantur.

Quodque, vt præsentes, & in eis contenta quæcumque ad omnium notitiam amplius deducantur, & ne aliquis de eis ignorantiam prætendere possit, eadem præsentes per aliquem, seù aliquos ex Cursoribus nostris, vt præfertur, in valuis Basilicæ S. Petri, & in Acie Campi Florę affigantur, & publicentur, quæ sic affixę, & publicatę omnes, & singulos, quos concernunt, afficiant, & arctent, vt præmittitur, perindè ac si vnicuique eorum personaliter intimatę, & notificatę fuissent.

Datum Romę apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris, die 12. Decembris 1634. Pontificatus nostri Anno duodecimo.

Die 18. Decembris 1634. affixę, & publicatę fuerunt suprascriptę litterę ad valuas Basilicę Sancti Petri, & in Acie Campi Florę, & alijs locis solitis, & consuetis, vt moris est, per me Andream Scalmanum Sanctiss. D. Nostri Papę Curs. Pro Magistro Cursorum Dominicus Magnus Cursor.



CAPVT

Digitized by Google



CAPVT SECVNDVM.

Quo iure Episcopi ad residentiam teneantur.

1 DEVS Optimus Maximus sua infinita Sapientia, quamplurima nostræ reliquit disputationi, vt ita nos exerceremur, atque inter illa, celeberrima est hæc disputatio: Quo nam iure Episcopi ad residendum in propria Ecclesia teneantur; Quæ exorta apud Patres illos vndique absolutos, qui sacro interfuerunt Concilio Tridentino, eorum animos commouit, & excitauit, itaut proposita in exordio Concilij perdurauerit quasi vsque ad finem eiusdem. Et quidem inchoato Concilio tempore Pauli in quadam sessione fuit, quam nũc proposuimus disputatio agitata, in eaque Franciscus Petrus Cardinalis Paceccus
2 fusè mala, quæ ex absentia Episcoporũ à proprijs Ecclesijs oriuntur, enarrauit, pœnarum grauitatem proposuit contra illos, qui diù abessent à suis Ecclesijs, etiam priuationis, & depositionis, si per triennium absentia duraſſet, totumque negotium consistere, dixit, in exequutione decretorum, ac in submouendis impedimentis; proposuitque optimũ
3 esse remedium celebrare Synodus Prouinciales. Archiepiscopus Materæ fuit in voto, quod in huiusmodi materia, nihil innouaretur, sed seruarentur sacrorum Canonum statuta, in quibus satis pœnarum erat inflictum contra Episcopos non residentes; exequutionemq; pœnarum Summo Pontifici remittendum, cuius votum sequutus fuit Archiepiscopus Armacho.

Marcus Vegerius Episcopus Sinogalien. proposuit residentiam declarandã
4 esse de iure diuino, ad tollendum dispensationes, & impedimenta, cuius sententiam multi ex Patribus sequuti fuerunt, præsertim Ioannes de Salazar Episcopus Luceriæ, & Episcopus Astorgæ, alij.

At Vegerij opinionem redarguit Tho-
5 mas Campegius Episcopus Feltrinus, tamquam nimis rigidam, esseque multas causas, ob quas Episcopi excusantur ab huiusmodi onere residentię, nec ad eam obseruandam cogendos esse S.R.E. Cardinales; sed in hac parte Episcopus Fesulanus contradixit Campegio, fuit enim voti, omnes comprehendi debere sub hoc residentiæ onere, ita etiam arbitratus fuit Hieronymus de Bononia Episcopus Syracusanus, & alij quamplurimi Patres. Franciscus Bandinus
6 Archiepiscopus Senen. rem hanc Summo Pontifici totaliter remittendam esse existimauit. Iacobus autem Cortese Episcopus Rosanen. existimauit, tollenda esse impedimenta, obque Episcopi non residebant, & hæc vt plurimum, dixit, prouenire à laicalibus potestatibus, ita etiam sensierunt quamplurimi alij existimantes parum referre, quo iure teneantur residere Episcopi, sed dumtaxat tollenda impedimenta, atque illos cogendos ad residentiam pœna priuationis fructuum in conscientia, non autem censuris.

His omnibus auditis à legatis Sedis
7 Apostolicæ. Primus legatus omnia approbauit, verum reducere residentiam ad ius Diuinum non conferre ad reformationem, quam consistere potius in exequutione, & ad Papæ potestatis diminutionem tendere, dumtaxat dixit. Refert hæc omnia olim Cardinalis Sforzia

tia Pallauicinus, vir omnigena eruditione, noſtra tempeſtate nemini ſecundus, in parte prima ſuæ Hiſtoriæ Concilij Tridentini *lib.7. cap.6.* quibus relatis
8 Paulo Tertio tunc Romano Pontifici ſub die trigeſima Iunij 1546. reſcripſit, Legatis in decreto reſidentiæ non exprimi debere S.R.E.Cardinales tamquã ſupremos, & primos Senatores, atque abſtinendum à determinatione, ſeù declaratione, reſidentiam eſſe de iure diuino, vt adnotauit idem veridicus Hiſtoricus Pallauicinus *lib.8.cap.18.n.2.* quapropter in *ſeſſ.6. cap.1.* de reformatione decretum ſuper reſidentiã; ita fuit pro-
9 mulgatum. Eadem Sacroſancta Synodus eiſdem Præſidentibus Apoſtolicæ Sedis legatis ad reſtituendam collapſam admodum eccleſiaſticam diſciplinam deprauatoſque in Clero, & populo chriſtiano mores emendandos, ſe accingere volens, ab ijs, qui maioribus Eccleſijs præſunt, initium cenſuit eſſe ſumẽdum: integritas enim præſidentium ſalus eſt ſubditorum; Confidens itaque per Domini, ac Dei noſtri miſericordiam prouidamque ipſius Eccleſiæ regimen onus quippe Angelicis humeris formidandũ, qui maximè digni fuerint quorumque prior vita, ac omnis ætas à puerilibus exordijs vſque ad perfectiores annos per diſciplinæ ſtipendia Eccleſiaſticæ laudabilior acta teſtimonium præbeãt, ſecundum Venerabiles Beatorum Patruum sãctiones aſſumantur, omnes Patriarchalibus Eccleſijs quibuſcumque quouis nomine, ac titulo præfectos monet, & monitos eſſe vult, vt attendentes ſibi, & vniuerſo gregi, in quo Spiritus Sanctus poſuit eos regere Eccleſiam Dei, quam acquiſiuit ſanguine ſuo, vigilent, ſicut Apoſtolus præcipit, in omnibus laborent, & miniſterium ſuum impleant: Implere autem illud ſe nequaquam poſſe ſciant, ſi greges ſibi commiſſos mercenariorum more deſerant, atque ouium ſuarum, quarum ſanguis de eorum eſt manibus à ſupremo Iudice requirendus, cuſtodiæ minimè incumbant, cum certiſſimum ſit, non admitti paſtoris excuſationem, ſi Lupus oues comedit, & paſtor neſcit, ac nihilominus quia nonnulli, quod vehementer dolendum eſt, hoc tempore reperiũtur, qui propriæ etiam ſalutis immemores, terrenaque cęleſtibus, ac diuinis humana præferentes, in diuerſis Curijs vagantur, aut in negotiorum temporalium ſollicitudine ouili derelicta, atque ouiũ ſibi commiſſarum cura neglecta, ſeſe detinent occupatos, placuit Sacroſanctæ Synodo, antiquos Canones, qui temporum, atque hominum iniuria penè in deſuetudinem abierunt, aduerſus non reſidentes promulgatos, innouare, quẽadmodum virtute præſentis decreti, innouat, ac vlterius pro firmiori eorumdem reſidentia, & reformandis in Eccleſia moribus, in hũc, qui ſequitur modum, ſtatuere, atque ſancire, ſi quis in Patriarchali, Primitiali, Metropolitana, ſeù Cathedrali Eccleſia ſibi quocũque titulo, cauſa, nomine, ſeù iure commiſſa, quacumque ille dignitate gradu præeminentia præfulgeat, legitimo impedimento, ſeù iuſtis, & rationabilibus cauſis ceſſantibus ſex menſibus continuis extra ſuam Diœceſim morando abfuerit, quartæ partis fructuum vnius anni fabricę Eccleſiæ, & pauperibus loci per Superiorem Eccleſiaſticum applicãdorum, pœnam ipſo iure incurrat; Quod ſi per alios ſex menſes in huiuſmodi abſentiam perſeuerauerint, aliam quartam partem fructuum ſimiliter applicandã, eo ipſo amittat. Creſcente verò contumacia, vt ſeueriori Sacrorum Canonum cẽſura ſubijciatur Metropolitanus, ſuffraganeus Epiſcopus antiquior reſidens ſub pœna interdicti ingreſſus Eccleſiæ eo ipſo incurrenda, infra tres mẽſes per litteras, ſeù Nuncium Romano Pontifici denunciare teneatur, qui ipſos abſentes, prout cuiuſque maior, aut minor contumacia exegerit, ſuæ ſupremæ Sedis auctoritate animaduertere & Eccleſijs ipſis Paſtoribus vtilioribus prouidere poterit, ſicut in Domino nouerit, ſalubriter expedire.

In hoc decreto certò non fuit expreſſum, quo iure aſtringantur Epiſcopi ad
10 reſidendum, ſed tantum hortati ad eam fuerunt, vt pœnę inflictę contra abſentes à reſidentia abſque cauſa, & legitimo impedimento, atque in hoc decreto expreſsè nominati fuerunt S.R.E. Cardi na-

Digitized by Google

dinales sub verbis generalibus omnes, qui Patriarchali, Primitiali, Metropolitana, vel Cathedrali Ecclesia insigniti fuerint.

Cum igitur disputatio residētiæ Episcoporum, & aliorum curam animarū
11 habentium non fuerit terminata iuxta desiderium Patruum, iterum sub Pio Quarto in eodem Concilio fuit suscitata, & acrius cribata inter Patres tunc existentes in Synodo, quorum multi de nouo insteterunt, declarari residentiam ad ius diuinum pertinere, vt fortius ligarentur Episcopi, ac cæteri ad residēdum: alij verò è contra talem declarationem non esse necessariam asseruerūt.
12 Fraciscus Torres Theologus Hispanus missus ad Cōcilium à Iulio Tertio strenuè sustinuit, residentiam esse de iure diuino; viceuersa Ambrosius Polito di-
13 ctus Caterinus Archiepiscopus Compsanus sustinuit, residentiam Episcoporum, & Curatorum ex iure positiuo dūtaxat procedere, prout dixerat Thomas Campegius, itaut quæstio hæc inter horum, & illorum sequaces diù fuerit agitata, de qua contentione Cardinalis Iacobus Simonetta Legatus, quia animus Patruum cernit commotus, certiorem
14 fecit Summum tunc Pontificem, qui sub die 18. Martij 1560. rescripsit legatis in communi, & ipsimet quoque Cardinali Simonetta, vt enixè studerent, hanc controuersiam à longè tenere, ex quo nihil ad reformationem conferebat,
15 sed certioratus de nouo Papa à legatis de Patruum animorum accessione, eisdē rescripsit, atque ad eorum prudentiam se remisit. Quare in Congregatione generali post Pascha Resurrectionis Domini nostri celebrata die 7. Aprilis postposita fuit dicta quęstio, sed Archiepiscopus Granatensis politico, prolixoq;
16 discursu insinuare studuit Patribus illis, quod non dirimere quæstionem, magnum in Ecclesia parere scādalum, graniisque infamiæ nota Concilium afficere posse, quasi tot eximij Patres, tot Summi Theologi congregati non valerent quæstiunculam hanc dirimere, ex qua alioquin pendebat quasi tota reformatio Ecclesię, ob quam congregatum fuerat Concilium, cæterum quamuis præceptum sit diuinum, attamen quia affirmatiuū poterat varias limitationes recipere secundum temporis, & personarum circumstantias.

Ex hoc discursu Archiepiscopi Gra-
17 natensis Patres varias protulerunt sententias, & quæstionem principalem residentiæ in quinque diuiserunt inspectiones. In prima considerandum proposuerunt, quæ erat necessitas residentiæ, quæ nam mala ex absentia oriebantur. In secunda quæ erant impedimenta, ob quæ Episcopi, & cæteri à residentia retrahebantur, & quomodo tollenda erant. In tertia quibus pęnis plecti debebant transgressores. In quarta quibus muneribus, & premijs erant decorandi obseruatores; & in quinta quibus modis erant hęc firmanda, & exequutioni debitæ demandanda. Allegationes, & argumenta, & vota Patrum, Theologorum, Iuristarum ibi congregatorum afferre huc non est opus, & sicuti multi laboris, ita magnæ esset prolixitatis, sufficiat adnotare, quod Præsidentes Legati sanctę Sedis videntes istā
18 quam maximam confusionem, animosq; turbatos, & quia nihil certi concludebant ad rem, & maturius, & ordine triturandam, protestationem faciendam decreuerunt, quam de facto in congregatione fecerunt, nempè quia multi è Patribus opinati sunt, debere declarari, residentiam esse de iure diuino statutam
19 esse, alij existimant, dictam declarationem non esse faciendam: alij vero nihil de hoc dicunt, ideo vnusquisq; dicat votum per, placet, vel non, an dicta declaratio fieri debeat, ad hoc vt secundum maiorem numerum votorum decreta formari valeant à Patribus destinatis iuxta solitum Concilij.

Hæc tamen protestatio non parturijt
20 effectum intentum à legatis, imò contrarium, quia Patres audientes hāc protestationem præter expectationem, illā quasi speciem torturæ ad vota promenda extimauerunt, & in congregatione magnum excitauit tumultum, quasi Cōcilium non esset liberum, & quamuis legatis insinuatum fuerit, vt à dicta protestatione recedere debuissent, & quam maximè lamentationes etiām

Digitized by Google

illi Patres, qui talem abhorrebant declarationem emisissent; illis tamen in protestatione firmatis præsertim Cardi-
21 nalis Madrutius, nouiter vota data fuerunt, quæ secretarius Concilij comitatus à Patriarcha Hierosolymitano, & ab Archiepiscopo Granatẽsi pro maiori actus solemnitate, recepit, & illorum Patrum, qui declarationem huiusmodi faciendam esse dixerunt, fuerũt sexaginta sex, pro parte autem, vel simpliciter negatiua, scilicet non esse faciendam talem declarationem, vel cũ remissione ad Summum Pontificem fuerunt septuaginta vnũ. Hæc fusius enarrat Cardinalis Pallauicinus in præfata Historia *par. 2. lib. 16. cap. 4.* per totum. Igitur numerus votorum illorum
22 Patrum, qui declarationem petierunt, fuit minor, maior tamen pars Concilij, vel simpliciter negauit, vel cum relatione ad voluntatem Pontificis, vt benè in hoc etiam Pallauicinus loco præfato cõfutauit Petrum Soauẽ, qui asseruit maiorem partem patrum in vota fuisse pro declaratione dubij.

Cardinales Legati etiam inter se di-
23 scordes fuerunt, nam Carolus de Mãtua primus Legatus, & Syripandus erãt pro patribus, qui petebant declarationem: Cardinalis verò Simonetta pro parte negatiua, vt enarrat idem Pallauicinus fusius in eodem *lib. 16. cap. 5. n. 3. 4. & 5.*

Participatis his omnibus, & alijs Romano Pontifici, qui perpensis tàm
24 Patrum, quàm legatorum diuisione, æmulatione, & alijs circumstantijs, proposuit Legatis, quod aut disputationem omninò terminarent, aut verò illam dilatarent, vsquequo animi sedarentur, ac monuit Legatos ad vnionem, eosque reprehendit; ex quo permiserunt hãc quæ-
25 stionem iam relictam à tempore Pauli Tertij de nouo suscitari, & Papa constituit Romæ Congregationem sex Cardinalium, quorum Consilio proposuit addere nouos Legatos pro præsidentia in Concilio, qui veteres legatos inuicẽ conciliarent, & etiam quia hi Legati cũ in Concilium nouiter peruenirent, Patribus non erant suspecti, & cũ in neutram partem, nedum se inclinauerant, liberius efficaciusque tractare poterant currentia negotia. Interim Legati Epi-
26 scopis illis destinatis ad formanda decreta secretò commiserunt, vt etiam decretum de residentia componerent, vt scilicet residentia esset simul de iure diuino, & Episcopis relinqueretur aliqua temperata libertas, nempè duorum mensium in quolibet anno, ac etiã Summo Pontifici debita potestas dispẽsandi, sed postea Legati mutauerũt propositum, vt narrat idem Pallauicinus *lib. 16. cap. 8.*

Cardinalis Syripandus relationem
27 de gestis misit Cardinali Carolo Borromeo, qua, & se & Cardinalem de Mantua primum Legatũ ab impositis à Cardinali Simonetta præsertim de quæstione residentiæ nouiter suscitata, quę fuerat tempore Pauli III. determinata, purgauit, insinuauitq; illam determinationem non fuisse totalem, vinculum, & pœnas ibi appositas inefficaces remanere, & eludendi illud decretum, modum fuisse inuentum residendo per breue tempus sex mensium, eratque conueniens strictiori modo ligare Episcopos, aliosue qui residere debebant, atq; limpidè confessus fuit, residentiam fore de iure diuino, & vti talem se desiderare, fore declaraturam ob Dei, & Summi Pontificis honorem, ex qua potius Ecclesiæ bonum pendebat, illamque vti talem à quamplurimis semper exoptatam fuisse, neque hanc declarationem potuisse, nec posse in aliquo Sedis Apostolicæ prejudicium afferre, neque Patres, qui votum affirmatiuum protulerunt, intendisse contrarium, sed tantam ab illis Patribus, qui nolebant declarationem, Zizaniam hanc fuisse, seminatã subtexuit. hæc & alia, quæ longo, & accurato calamo demonstrauit Cardinalis Pallauicinus dicto *lib. 16. cap. 9. per totum.*

Papa anceps adhuc mittendi nouos
28 Legatos ad Concilium, interim destinauit Carolum Viscontẽ, tunc Episcopum Vintimilensem, virum ex omni parte conspicuum, olim Senatoria dignitate Mediolanen. oratoriaq; legatione apud Philippum Secundum pro sua Patria functum, ac postea ab eodem Pontifice

Pur-

Digitized by Google

, Purpura decoratum,& inter cæteras inſtructiones,quas ei dedit Pontifex, fuit illa,vt ſtuderet controuerſiam reſidentiæ in obliuionem ponere, vel illam ad longum tempus protrahere, vel determinandam ad finem Concilij aduertit idem Pallauicinus *lib.16.cap.9. n.8.*

Sed omnes Hiſpani Epiſcopi enixè deſiderabant declarationem huiuſmodi
29 articuli, & reſidentiam ad ius diuinum ſpectare, firmiter aiebant, & ex huiuſmodi deciſione multa bona in Eccleſia Dei fore euentura, prædicabant,atque cum cernerent dictam reſolutionẽ procraſtinari,in quodam eorum particulari congreſſu decreuerunt, in prima generali congregatione proponere proteſtationem publicam omniũ nomine, quod preſcieruntLegati,& prẽuidendo malũ, quod poterat inde euenire, rogauerunt
30 Petrum Conſaluum MendozzaEpiſcopum Salmanticen. virum natalibus, & moribus decoratum, ac inclinationem manſuetum, (qui alioquin abhorrebat huiuſmodi cõuenticula,) vt dictos Epiſcopos à tali propoſito auocaret, prout fecit efficaciter, eiſdemque ſuaſit, ne talem emitterent proteſtationem, ex qua maius malum, quàm bonum ab eis intentum, foret euenturum, & præſertim quia cum tunc hæretici, quam maximè Eccleſiam Catholicam dilaniabant,atq; authoritatem Summi Pontificis infrigebant; non erat æquum,vt Epiſcopi Catholici ab eodem, aliquo modo ſe ſubtraherent, cuius voluntati maior pars ſe ſubmiſerat, ac ex huiuſmodi ſciſſuris ſemper dicerent hæretici, non eſſe in Concilio Spiritum Sanctum,qui in cordibus vnitis inhabitat . hæc & alia Pallauicinus dicto *lib.16.c.12.n.7.*

His, & alijs amaritudinibus cruciati.
31 Præſidentes Legati deliberauerũt mittere ad Summum Pontificem fratrem Leonardum Marinum Dominicanæ familiæ alumnum Archiepiſcopum Lancanen. qui viua voce Summo Pontifici enarraret, quæ in Concilio agebantur, & præſertim circa articulum reſidentiæ, cuius diſcuſſio permaximè agitabat Patres, inſinuaretq; Papæ alterum ex duobus modis poſſe terminari, vel remittendo diſputationem Theologis, & poſtea Patribus, & ſecundum vota maioris partis concludendum, vel in forma decreti reſidentiam potius ſupponere, quam definire de iure diuino, prout antea fuerat in alijs Concilijs ſuppoſitum, & tantum addere pœnas, vel præmia, quæ obſeruantiam ſtabilirent, ac in vtroque modo ſemper eſſe firmam ſupremam Summi Pontificis authoritatẽ, tamquam ſupremi capitis Eccleſiæ, & ita omnibus malis occurri poſſe. Inſuper eidẽ Archiepiſcopo Lancenen.Mar-
32 cus Cardinalis de Altemps. Papę coniunctus,vnus ex legatis Concilij,commiſit, vt inſinuaret enixam, collegarum erga ipſum SummumPontificem,ſtudioſam voluntatem, & reuerentiam,illoſq; Epiſcopos, qui reſidentiam de iure diuino aſſerebant, deuotam, & ſinceram ſeruitutem erga ipſum SummumPontificem profiteri, ac hos magis prodeſſe Sedi Apoſtolicæ, quam illos, qui huiuſmodi declarationi ſe opponebant.enarrat idem Pallauic *lib.17. cap.2. num.4. & 5.*

Epiſcopus Vintimilenſis Tridentum peruenit,atqueLegatos ad concordiam, & vnionem diſpoſuit, ex qua omnia feliciter in illo Concilio forent euentura, Cardinali de Mantua, quę contra ipſum erant in Curia detractiones, ex quo reſidentię quęſtionem ſuſcitauerat, aperuit, atq; viceuerſa Cardinali Boromeo ſuſurrationes,quas cõtra ipſum, & Papam eius auunculum in Concilio audierat, quia cum promotoribus reſidentiam egrè, cum oppugnatoribus verò benè fuerit actum, quaſi Concilium non eſſet liberum, maxima cum ingenuitate retulit; narrat idem Author *lib. 17. cap. 3.*

Rex Catholicus ſuper negotia tunc
34 occurrentia ſcripſit Marchioni Piſcariæ ſuo Oratori ad Concilium, & inter cætera, quæ ei commiſit.fuit, vt laudaret Patres de zelo circa reſidentiam,verum ſibi videri,non eſſe tunc locum opportunum pro articuli diffinitione, ac proindè abſtinere deberent ab inſtãtijs pro deciſione dubij, quod Granatenſis
35 Archiepiſcopus id tribuit Papæ, quaſi nollet ipſe talem declarationem, & dixit, Regi latere, quantum tale negotium

tiam importet, eiusque Consiliarios esse Archiepiscopum Hispalensem, vel Episcopum Conchen. qui parum curant residere, se esse prõptum à protestationibus abstinere, sed petere declarationẽ talis quæstionis nunquam omissurum, cum opportunum tempus esse, iudicauerit.

Archiepiscopus Lancanensis ab Vrbe
36 reuersus, post aliquos dies restituit litteras Concilio publicè, in Ecclesia Cathedrali Tridentina, & lectum fuit Breue Pontificium, quod continebat Summo Pontifici Maximo opere acceptam fuisse Patrum expressionem ergà Sedẽ Apostolicam, & quod declarationem, quam petierant, quo iure Episcopi teneantur residere, sibi persuasisse vnumquemque loquutum fuisse iuxta stimulũ propriæ conscientiæ, ac suam intentionem esse, vt Patres in Concilio libertate potiantur, verum desiderare à mutuis offensionibus, & scandalis debere ipsos prudenter abstinere, ne scandalo esset hæreticis, qui attentissimè Patrum actiones obseruabant, atque ad vnionẽ eos vehementer exortari. Ex huiusmodi litteris exultauit totum Concilium, & tranquillitas inter Patres orta fuit; de qua certioratus Pontifex summoperè gauisus fuit. Pallauicinus *lib.* 17. *c.* 18.

Hic residentiæ articulus, qui per ali-
37 quod tempus siluit, suscitatus fuit in definitione alterius articuli, an Episcopi essent maiores Presbyteris ex lege diuina, prout enarrat idem Author *lib.* 18 *cap.* 12. *num.* 10. Cum verò status Conci-
38 lij esset in discussione eorum, quæ Sacramentum ordinis concernebat, in quo loco promiserant Legati definitionem residentiæ, Cardinalis Mantuanus primus legatus exposuit Patribus iam cessisse diem declarationis articuli residentiæ, & rememorando eisdem iurgia, quæ fuerant circa hanc quæstionẽ, ideo ad illa tollenda, proponebatur eis decretum legendum à Secretario secundũ formam antiquorum Conciliorum, in quo pœnis, & præmijs imitabantur ad residentiam, & quod officium legatorũ erat tantum eos, vt secundum scripturarum authoritatem, & sanctorum Patrum dicta disputare debuissent, non autem ira, vel iniurijs, vt prius factum fuerat; fuit datum decretum Patribus, vt maturè eum perpenderent. idem Pallauicin. *lib.* 18. *cap.* 17. *num.* 4. agi-
39 tatis alijs in Concilio, ibique peruento Carolo de Guisa S. R. E. Cardinali, de Lorena nuncupato, ac moderato in aliquibus decreto, ad eius, & aliorum instantiam, tamquam rigidum in pœnis, & angustum in causis excusandis à residentia, fuerunt circa illud accepta vota, quorum primus fuit eiusdem Cardinalis de Lorena, qui magna eloquentia, maximaque grauitate, exposuit Patribus illis, tria mala colligi ex Sacra
40 Scriptura euenisse ob absentiam illorum, quibus Deus aliquam commisit curam. Primum malum fuisse, tempestatem in mari, cum Ionas aufugit, & subtraxit se à predicatione à Deo sibi destinata ad Niniuem. Secundum Idolatriæ, quia ob absentiam Moysis Populus vitulum sibi fecit. Tertium dispersionis ouium descriptæ à Ioanne *cap.* 10. Ita-
41 ob absentiam Pastorum tria mala correspondentia euenire, nempè tempestatem, calamitatem, fidei q; corruptelam, in hæreses, errorem gregis, in moribus, in hac causa Patres esse simul Iudices, & reos; ideò si remedium non foret efficax, eò magis eis imputandum; & cum Christus Dominus se pastorem nominauerit, non debere Episcopos nomen hoc, vel officium abhorrere. In dicto loco Ioãnis Apostoli tria numerari ad pastores pertinentia, scilicet, vt oues pastoris vocem audiant; Pastor autem vitam pro ouibus fundat, vt eas pascat inueniatque vtilia pascua, ideò debere Concilium docere quales sint pastoris boni partes, vt Pastores postea se iactare possent de cura ouium, vt fecit Iacob, fassusque fuit se tenere, residentiã Episcoporum ex Iure Diuino esse præceptum, quod ex Sacra Scriptura fundauit, sed præceptum esse affirmatiuum, quod non obligabat semper ad semper: causas tamen excusantes non esse dumtaxat expressas in decreto, sed adesse alias præsertim pro bono Ecclesiæ, tàm particularis, quàm vniuersalis, aut Reipublicæ, alios electores Ecclesiastici Imperij Romani non possunt ire ad comi-

Digitized by Google

mitia pro electione Imperatoris, & pro alijs negotijs Imperij, & in quantum ad causas particulares, hoc esse relinquendum iudicio Summi Pontificis, aut Archiepiscopi, vel Episcopi antiquioris, prout in Concilio sub Paulo definitum fuit. hæc & alia Cardinalis de Lorena, quæ videre poterit quisque apud Pallauicinum *lib.19.c.7.*

Cardinalis de Lorena sibi persuase-
42 rat, Patres omnes fore sectaturos suam sententiam, sed fraudatus suo desiderio reputauit Patres nimis duros, atq; ostinatos. Super formato decreto diuersæ fuerunt opiniones principaliores: alij enim dicebant non esse discedendum à decreto emanato sub Paulo Tertio, sed tantum addendum esse causas excusantes: alij verò approbabant decretum formatum, sed vnusquisque eorum addere, vel minuere volebat ad proprium libitum, vt enarrat idem Pallau. *lib.19. cap.18.*

Confusionem hanc cernentes Legati,
43 quod hoc negotium, & alia in peius ruebant, statuerunt certiorare Pontificem expresso legato; elegerunt itaque Episcopum Vintimilien. de quo supra, eique varias dederũt instructiones, præsertim circa articulum residentię. Pallauicin. *lib.19. cap.9.* & circa hoc caput, resolutio Papæ fuit, quod efficaciter
44 circa obseruantiam residentiæ erat decretandum, verum abstinendum à declaratione illa, residentiam esse de iure Diuino, contra voluntatem Patrum, non enim conueniens erat definire dogma cum contrarietate Patrum Pallauic. *lib.19. cap.12. num.12.*

Insuper Legati pro hoc articulo resi-
dentiæ, illoque melius efformando, ele-
45 gerunt præfatum Cardinalem de Lorena, atque Christophorum Mardutium Episcopum, & dominum Tridentinum de qua electione certiorem fecerũt Cardinalem Borromeum, cum quo omnia communicabant, atque etiam eisdem Cardinalibus destinatis pro huiusmodi
46 negotio, facultatemque dederunt legati Cardinali de Lorena, & Mardutio, vt possent in hoc alios Patres Concilij conuocare, ad quem effectum isti quatuordecim alios Prælatos diuersarum Nationum in doctrina conspicuos elegerunt; Cardinalis tamen de Lorena aliam formam decreti proposuit diuersam ab illa proposita in Congregationibus antecedentibus à Legatis, in hac decreti forma Cardinalis specificauit Episcopi functiones, abstinuit tamen se à verbis, quæ poterant præiudicium afferre vtrique inuicem contrariæ sententiæ, atque in hoc valdè vterque elaborauit. Verum Archiepiscopo Hydrũ-
47 tino displicuit, quod in hac forma decreti expressa fuissent Episcopi particularia munia, ex qua expressione nouæ oriebantur quæstiones, ac etiam quia cum ibi exprimebatur, quod pascere, & munia Episcopalia essent de iure diuino, diffiniebatur quoque residentiam esse de iure diuino, quod multis Patribus displicebat, neque hanc facultatem tributam dixit istis, sed tamen formandi decretum iam efformatum à Legatis. Hoc expresè negauit Cardinalis de Lorena opusque fuit, vt secretarius Concilij vota Patrum discerneret, & cum iuxta dictum Archiepiscopi inuentum fuisset, Cardinalis de Lorena ægre hoc ferens, dixit se etiam vota Patrum adnotasse, atque magnam esse differentiam inter suam, & secretarij votorum adnotationem, affirmauitque in Concilio, nõ satis esse vnum, sed oportet esse plures secretarios, & variarum nationum. Archiepiscopus Granatensis pro Cardinali
48 de Lorena substinuit talem specificationem fore debitam, sibique displicere, illam esse nimis restrictam, atque asserentem pascere, & cętera munia Episcopalia nõ esse de iure diuino, proferre hæresim; quod audiens Hydrun-
49 tinus, alioquin cum Granatensi semper contrarius, instetit apud Cardinales legatos, ipsos debere compescere Patres, ad modestiam seruandam, alioquin quoque ipsum illam abiecturum, seque esse Catholicum, vti cæteros: sed replicauit Granatensis, posse quem hæresim proferre; absque eo, quod sit hæreticus hinc Archiepiscopus Hydruntinus, & Episcopus Vertudensis, qui pariter cum
50 Granatensi non benè conueniebãt, subtraxerunt à congressibus, sed Lagatorũ mandato postea ad illos redierunt.

De-

Decretum hoc maiori numero Pa-
51 trum placuit, & Cardinalis Madrutius, & Lorena illud adduxerunt Legatis Præsidentibus, quibus de omni verbo rationem rediderunt, atque non adesse in eo verbum aliquod vltra id, quod dictum fuit in decreto sub Paulo III. Residentiam de iure diuino declararet, qua occasione Cardinalis de Lorena
52 magnam exposuit querelam coram Legatis præfatis contra multos Prælatos in genere, qui ad humana tantum intendentes, Religionem etiam, & Pontificatum euertere volebant, adesseque Prælatos, qui omni conatu studebant Concilium dissoluere, quod non erat, neq; intentum, neq; cogitatum à Pontifice Summo, ideò de his debere Legatos eumdem Summum Pontificem certificare, sicuti facere ipse intendebat: neq; esse dubitandum supradictos Prælatos omnem conatum adhibituros, ne dictum decretũ suũ sortiatur effectũ, velleq; copiã præfati decreti ad omnes Principes Christianos transmittere, vt liquidò cõstaret eis omnes suas partes expleuisse, & de mũdi, & Ecclesię vniuersalis demolitione minimè amplius securaturũ.

Legati tempus vnius diei acceperunt respõsuri super decreto, atq; sperauerũt
53 ad finem producturos articulum hunc tam ventilatum, verum res non ita fuit, quia semper noua emergerunt dubia ob Canonistarum iurgia inter se. Legati deliberauerunt acceptare decretum illud, atq; mãdauerunt Secretario, vt iuxta illius tenorem Romam certioraret, sed Cardinalis Simonetta noluit subscribere, ita Pallauic. *lib.19.c.14.*

Nec Cardinalis de Lorena abstinuit
54 se à participando omnia hæc S. Carolo Cardinali Borromeo, & Papæ, scripsitq; Epistolam suo Procuratori, quam eisdẽ iussit ostendere; in qua postquam protestauit deuotionem erga Sedem Apostolicam, & obsequium seruitutis, quod debebat Summo Pontifici, enarrauit suã mœstitiam ob iurgia, & dissentiones Patrum, ob quæ funesta præuidebat in Concilio circa articulum residentię, exposuitq; duas esse præcipuas sententias Prælatorum, quarum vna petebat declarationem, residentiam ad ius diuinũ pertinere, altera vero negabat talem declarationem, tamquam non vtilem, immò damnosam ex quo ea damnabatur, quod antea obseruatum fuit per Episcopos, atq; etiam iusta absentia interdicebatur, & ideo in decreto generalia verba fuisse apposita, similia illis, quæ in decreto sub Paulo III. fuerunt posita, & tantum fuisse annotatas obligationes à Deo impositas curam habentibus animarum.

Legati proposuerunt celebrationem futuræ sessionis in diem Iouis, post octauam Paschatis, quæ erat vigesimasecũ-
55 da mensis Aprilis, de qua deliberatione participauerunt Oratores, qui per necessariã dixerunt, & præsertim Oratores Regis Christianissimi, verùm in die sessionis Cardinalis de Mantua primus legatus demonstrauit necessitatem prorogationis huius sessionis ob non concordiam Patrum, quæ præcedere debebat: Cardinalis de Lorena insinuabat Patribus congregatis quasi certum si decretum residentiæ ab ipso, & deputatis efformatum adductum fuisset, sessio iam celebrata foret, Archiepiscopus Pragensis Orator Cęsaris damnauit tot
56 prorogationes, & quatenus tunc erat fatenda, non debere excedere tres hebdomadas, quia iam erat efformatum decretum residentiæ. Verum centum, & triginta sex Patres vnanimiter sequuti fuerunt opinionem Cardinalis de Mantua. Pallauicinus *lib.19.c.16.*

Interim Cardinalis de Mantua pri-
57 mus Legatus Tridenti die secunda Martij diem clausit extremum, de quo scribit Cardinalis Pallauicinus *lib.10. c.6.* his verbis. *Lasciò di viuere in età di 58. anni, trenta sei de' quali n'hauea ornato la Porpora, hebbe altezze d'ingegno conforme il nascimento, patienza di studio non conforme al nascimento, in lui si congiunse la splendidezza di Prencipe colle essemplarità degli Ecclesiastici, & la imputatione della prudenza politica, colla veneratione della pietà christiana. Rimase chiaro negli encomij principalmente di due letteratissimi Cardinali del Bembo, e del Sadoletò: le due maggiori Corone fra loro emule concorreuano à volerlo per padre della Christianità; Chi l'escluse negli oppose defetto, ma eccesso de'*

Digitized by Google

de' pregi, e fu'l unico fuo demerito per non falire l'effer troppo alto, illuſtrollo mendimeno ancora il Pontificato non conſeguito, ne tanto perche meritato, quanto perche non deſiderato, ò almeno così temperatamente nell'interno, che nulla appariſſe ciò nell'eſterno, contro ſua voglia andò Preſidente nel Conſiglio per vbbedienza, & cõtinououi per vbbedienza, ma con tanta applicatione, che dimoſtrò non eſſer violente alla virtù il moleſto qual hora onuſto.

Statim poſt obitum Cardinalis Man-
58 tuani infirmatus fuit Cardinalis Syri-
pandus, qui poſt aliquos dies etiam diẽ clauſit extremum, ætatis ſuæ annorum ſeptuaginta, quorum quinquaginta ſex in Religione Eremitarum Sancti Auguſtini conſumpſerat, in qua, & Vicarij Generalis totius ordinis, & Generalatus munere functus fuit, ad Carolum Quintum Legatus pro Ciuitate Neapolis, cuius erat Patritius, Archiepiſcopus Salernitanus inde à Pio IV. Cardinalis creatus miſſus fuit ad Concilium vti Legatus, cui interfuerat ſub Paulo, tamquam Generalis. Interim quia Cardinalis de Lorena ambiebat præſidentiã
59 Concilij, propoſuit alijs Præſidentibus, vt decretum reſidentiæ exponeret votis Patrum ſub ea forma, qua nuper fuerat datum, non autem cum annotationibus factis, ſed quia legati ſtatim promptum aſſenſum non dederunt, præfatus Cardinalis de Lorena ſubiunxit, ex hoc clarum demonſtrari Concilium non eſſe liberum. Legati in numero, & audacia minuti nolentes, vt eis imputari poſſet aliquis ſiniſter euentus, dixerunt Cardinali de Lorena, quod quamuis eis non videbatur expediens tunc propoſitio talis decreti; attamen quia ipſe eam expedientem nouerat, ne Concilium non liberum dici poſſet, proponere intendebant dictum decretum, non vti proprium ipſorummet Legatorum, ſed vti
61 ſuum, ac ſe proteſtauerunt, quod ipſi erant inculpabiles, ſi talis propoſitio decreti aliquem pareret ſiniſtrum euentum: Cardinalis de Lorena communicauit Cęſarijs conſenſum legatorum, Cęſarei autem alioquin legatos alloquentes, & à dictis informati, propoſitionis huiuſmodi decreti reſidentiæ poſſe aliquod incommodi ſequens afferre, replicauerunt eiſdem legatis Cęſarem, ſe ipſoſque protinus alienos ab omnibus, quæ offendiculum aliquod cętui præſtare poſſit, quare ſi ipſi hoc euenturum à propoſitione decreti præuiderint, ſe abſtinere debeant. narrat Pallauicin. *lib. 20. cap. 7.*

Pius IV. Summus Pontifex audita
62 morte Cardinalis Mantuani ſtatim declarauit duos alios Legatos, & Præſidentes in Concilio, nempè Ioannem Cardinalem Morone Epiſcopum Modenen; & Bernardum Cardinalem Nouagerum. Venetum, noluitque deputare Cardinalem de Lorena, quia venerat ad Concilium tamquam caput nationis Galliæ, ac Regis gerens perſonam, & ideo non poterat Papam repręſentare.

Dum hæc agitabantur Cęſar peruenit Oenipontem, quò eum præuenit Archiepiſcopus Pragenſis ſuus orator pro
63 Regno Vngariæ, & informatus de omnibus, quę in Concilio agebantur, binas ſcripſit epiſtolas Summo Pontifici, vnam oſtenſibilem, alteram ſecretam, & in hac inter multa, quæ Pontifici ſcripſit, quàm maximè inſinuauit Epiſcopalem reſidentiam, in Concilio tamẽ adeſſe multos Epiſcopos, qui ad Purpuram aſpirabant, multos pauperes, alios verò diuites, primos, & ſecundos votum non daturos cum illa ingenuitate, quã negotium expoſcebat, ſed ſolum tertios, ideò Papam exorabat, vt definitionem hanc non impediret, & quamuis in arbitrio Summi Pontificis eſſet dare licentiam Epiſcopis non reſidendi, deprecabatur, etiam hanc non concedendam ſic facilè. Cui reſponſum dedit in
64 hoc Papa, ſe reſidentiæ definitionem deſiderare, & quamuis vſque adhuc magnæ fuiſſent cõtrouerſiæ circa eam, quapropter nihil concluſum fuerat ob votorum diuerſitatem, tamen, ſiue reſidentia pertineret ad ius diuinum, ſiue ad humanum iam ſe deliberaſſe, hanc ab omnibus obſeruandam fore etiam à S. R.E. Cardinalibus. Pallauicinus *lib. 20. cap. 8.*

Cum primum Cardinalis Morone
65 Tridentinum peruenit, audiens Cęſa-

rem

Digitized by Google

rem Geniponti commorari, illuc accessit, & inter cęteras Cęsari communicauit, Papam aborrere agitationem huius inutilis articuli, an residentia sit ex iure diuino, verum cum ad aliquam declarationem Patres voluerint peruenire, si hanc pacificè, & quietè facere velint, non sibi displicere, & intentionis suæ esse, vt eam obseruare teneantur Car-
66 dinales: cui Cęsar replicauit, rem hanc vlterius progressam esse, nec fore licitū eam dissimulare, & dignum esse, Episcopos scire quo iure ad id teneri, eique promisit Cardinalis Morone operam suam daturum pro residentiæ obseruatione. Pallauic. *lib.* 20. *c.* 14.

Insuper cum ad Concilium foret per-
67 uenturus Cardinalis Ferrariensis ei obuiam fuit, vsque Turinū Episcopus Vintimilien sis, ac Cardinalem eumdem de Ferrara præoccupauit pro huiusmodi articuli resolutione, vt scilicet resolutio dogmatis de iure diuino prætermitteretur, & tantum pęnis, & pręmijs residentiæ obseruatio inculcanda esset, ad quod se exibuit Cardinalis de Ferrara. Verum cū secum alloquutus fuerit Car-
68 dinalis de Lorena circa hanc quæstionē, dixit, hunc articulum non posse prætermitti cum Cęsar declarationem huiusmodi enixè peteret. Pallauic. *lib.* 21. *c.* 20.

Demum his, & alijs hinc indè agita-
69 tis Summus Pontifex circa decisionem huius articuli se remisit legatis, & Patribus, litterasque scripsit nomine sanctitatis suę Cardinalis Carolus Borromeus. Pallauic. *lib.* 21. *c.* 6.

Quibus litteris acceptis in *sess.* 23. Concilium decretum circa residentiam emisit tenoris sequentis v3.

70 Cum præcepto diuino sit mandatum omnibus, quibus cura animarum commissa est, oues suas agnoscere, pro his sacrificium offerre, verbique diuini prędicatione, Sacramentorum administratione, ac bonorum operum exemplo, pascere pauperum, aliarumque miserabilium personarum curam paternam gerere, & inter cætera munia pastoralia incumbere, quę omnia nequaquam ab ijs præstare, & impleri possint, qui gregi suo non inuigilant, neq; assistunt, sed mercenariorum more deserunt; Sacrosancta Synodus eos admonet, & hortatur, vt diuinorum præceptorum memores factaque forma gregis in iudicio, & veritate pascant, & regant. Ne vero ea quæ de residentia sanctè, & vtiliter iam antè sub felic. record. Paul. III. sancita fuerat, in sensus à Sacrosancta Synodi mente alienos trahantur, ac si vigore illius decreti quinque mensibus continuis abesse liceat, illis inherendo declarat Sancta Synodus omnibus Patriarchalibus, Primatialibus, Metropolitanis, ac Cathedralibus Ecclesijs quibuscumque, quocumque nomine, & titulo pręfectos, etiā si S.R.E. Cardinales sint, obligari ad personalem in sua Ecclesia, vel Diœcesi residentiam, vbi iniuncto sibi officio defungi teneantur, neque abesse posse, nisi ex causis, & modis infrascriptis. Nā cum christiana charitas, ac euidens Ecclesiæ, vel Reipublicæ vtilitas aliquos non vnquam abesse postulent, & exigant, decernit eadem Sancta Synodus, has legitimæ absentiæ causas à Beatissimo Romano Pontifice, aut à Metropolitano, vel eo absente, suffraganeo Episcopo antiquiori residēte, qui idem Metropolitani absentiam probare debebit in scriptis esse approbandas, nisi cum absentia inciderit propter aliquod munus, & Reipublicæ officium Episcopatibus adiunctum, cuius quoniam causæ sunt notoriæ, & interdum repentinę, ne eas quidem significari Metropolitano necesse erit, ad eumdem tamen cum Cōcilio Prouinciali spectabit iudicare de licentijs à se, vel suffraganeo datis, & videre, ne quis eo iure abutatur, vt à pęnis canonicis errantes puniantur. Interea meminerint discessuri, ita ouibus suis prouidendum, vt quantum fieri poterit ex ipsorum absentia nullum damnum accipiant, quoniam autem qui aliquantisper tantum absunt, ex veterum Canonum sententia non videntur abesse, quia statim reuersuri sunt, Sacrosancta Synodus vult illud absentiæ spacium singulis annis, siuè continuum, siuè interruptum, extra prædictas causas, nullo pacto debere duos, aut ad sūmum, tres menses excedere, & habere rationem, vt id æqua ex causa fiat, & absque vllo gregis detrimento, quod an

ita

Digitized by Google

ita sit abscendentium conscientiæ reliquit, quam sperat religiosam, & timoratam fore, cum Deo corda pateant, cuius opus non fraudulenter agere suo periculo tenentur; eosdem interim admonet, & in Domino hortatur, nè per illius temporis spacium Dominici Aduẽtus, Quadragesimæ, Natiuitatis, Resurrectionis Domini, Pentecostes, item Corporis Christi diebus, quibus resici maximè, & in Domino gaudere pastoris præsentia oues debeant, ipsi ab Ecclesia sua Cathedrali vllo pacto absint, nisi Episcopalia munia in sua Diœcesi eos alio vocent. Si quis autem, quod vtinam nunquam eueniat, contra huius decreti dispositionem abfuerit, statuit Sacrosancta Synodus præter alias pœnas aduersus non residentes sub Paulo III. impositas, & innouatas, ac mortalis peccati reatum, quem incurrit; eum pro rata temporis abientiæ fructus suos non facere, nec tuta conscientia alia etiam declaratione non sequuta, illos sibi detineri posse, sed per ipsum, aut ipso cessante per superiorem Ecclesiasticũ illos fabricæ Ecclesiarum, aut pauperibus locis erogare, prohibita quacumque conuentione, vel compositione, quæ pro fructibus in totum, aut pro parte ei remitterentur, non obstantibus quibuscumque priuilegijs cuicumque Collegio, aut fabricæ concessis, eadem omninò etiam quoad culpam, amissionem fructuum, & pœnas de Curatis inferioribus, aut alijs quibuscumque, qui beneficium aliquod Ecclesiasticum curam animarum habens obtinent, Sacrosancta Synodus declarat, & decernit illa tamen, vt quandocumq; eos causa prius per Episcopum cognita, & probata abesse contigerit, Vicarium idoneum ab ipso Ordinario approbandum cum debita mercedis assignatione reliquãt, discedendi autem licentiã in scriptis gratisque concedendam vltra bimestre tẽporis, nisi graui causa non obtineant, quod si per edictum citati etiam non personaliter contumaces fuerint, liberũ esse vult Ordinarijs per censuras Ecclesiasticas, & sequestrationem, & subtractionem fructuum, aliaque iuris remedia, etiam vsque ad priuationem compellere, nec exequutionem hanc quolibet priuilegio, licentia, familiaritate exemptione, statuto, etiam iuramento, vel quacumque authoritate confirmato consuetudine, etiam in Romana Curia, vel vigore Eugenianę constitutionis suspendi posse. Postremo tam decretum illud sub Paulo III. quam hoc ipsum in Concilijs Prouincialibus, & Episcopalibus publicari, Sancta Synodus præcipit; cupit enim, quæ adeò ex pastorum munere animarumque salute sunt frequentio omnium auribus mentibusque infigi, vt in posterum, Deo iuuante, nulla temporum iniuria, aut hominum obliuione, aut desuetudine aboleantur.

Hoc decretum fuit à Patribus omni-
71 bus receptum, præterquam ab vndecim Episcopis, & præsertim illud impugnauit Thomas Campegius Episcopus Feltrien.

Ex hactenus cumulatis clarè patet,
72 quæ, & quanta passa fuerint in illo tam præclaro cętu pro hoc articulo derimẽdo, disputatio enim hæc, Papam, Cesarem, Regem Catholicum, eorumque Oratores diù vexauit, Legatos Apostolicos dirè afflixit, inuicemque disiunxit, inter Patres discordias, æmulationes, atque rancores quamplurimos excitauit.

Istis præcognitis ad disputationem
73 propositam redimus, in qua reperio plerosque viros doctissimos tenuisse residentiam Episcoporum non esse de iure diuino, ita Thomas Campegius Episcopus Feltren. in tract. quem composuit de residentia, qui habetur in *Tomo 15. tract. par. 2. fol. 537.* dicit enim Campegius, quod necessaria est residentia Episcoporum in propria Dioceſi, prout probat ex *Hier. cap. 12. Ezechiel. c. 3. & c. 34. Ioann. 12. art. 20. ex c. non oportet 7. q. 9. c. si quis Episcopus 92. dist. c. si quis in clera 7. qu. 1. cap pernenit 6. q. 1. & ex alijs multis locis, & rationibus à principio tractatus vsque ad num. 6.* cum autem querit, an
74 sit iuris diuini, ait, Respondemus eo modo posse de iure diuino dici; quo Romani Pontificis, & sacrorum Canonum decreta de iure diuino dici possit, quia scilicet in statu Spiritus Sancti, vnanimis

Patrum consensu fuere sancita *c. nimis* de iure iurando, at sumendo ius diuinũ in suo proprio significatu, quoad scilicet institutum sit à Deo, & Saluatore nostro in veteri, aut noua lege, huiusmodi sunt articula fidei, Sacramenta Ecclesiæ, & decem legis præcepta; Episcoporum residentia nequaquam de iure diuino dici debet, quoniam, & si Episcopatus sit de iure diuino, & Saluator noster instituerit Apostolos suos Episcopos in cœna, vt est communis opinio, sinè quando misit eos ad baptizandum, & prædicandum, tamen prout habet præeminẽtiam super alios cleros, fuit ad tollenda schismata postea institutum *c. olim 95. dist. cap. legimus 94. dist.* & licet in singulis Ciuitatibus ab Apostolis, & eorum successoribus fuerint cõstituti Episcopi, & hac etiam fortasse ratione dici possit, Episcopos iure diuino institutos *cap. 1. & 2. 79. dist.* non erant tamen Episcopatus distincti, propterea quem vnus excommunicabat, alius absoluebat, ex sententia *Innoc. Host. & Abb. in cap. causam de probat.* sed postea Dionysius Pontifex, qui fuit Pontifex annis 270. vel circa, in Vrbe Presbyteris Ecclesias, & Cœmiteria diuina foris autem Parochias, & Diœceses distribuit, constituitque, vt quisque suis finibus contentus esset. *cap. Ecclesias 14. q. 1.*

Insuper si esset de iure diuino non potuissent Romani Pontifices vni duas
75 Ecclesias committere, vt fecerunt, vt habetur 21. *qu.* 1. & multa alia exempla affert Campegius ad illud pasce oues meas. Respondet Campegius, quod hoc fieri potest per alios, dummodò adsit legitima causa, quod etiam Apostoli fecerunt.

Nec obstat secundum, cum si dicatur,
76 quod qui aliquid præcipit, & illud præcepisse videtur, sine quo mandatum fieri non potest; Pastoralis autem cura verbo Domini demandata per illud pasce oues meas præstari non potest sinè personali residẽtia, quia dictum fuit pasce, non pasci facias, ergo pastoralis residẽtia verbo Domini demandata fuit. Nam respondet Campegius, & dicit, quod licet admilitamus, residentiam esse verbo diuino mandatam, non tamen in hoc, vel in illo loco residere est à iure diuino, sed à Romano Pontifice demandatum est, is enim est, qui diuisit Parochias, & Diœceses, & Episcopos in partem solicitudinis vocauit, præterea dicit, nec esse verum quod Pastoralis cura non possit adhiberi sinè assidua residentia, quia esse potest, quod absentia vtiliter sit, vel particulari, vel vniuersali Ecclesiæ, quam præsentia.

Neque obstat secundum Campegium, Episcopos esse Apostolorum successores,
77 quia. Respondet Episcopos, non fore Apostolorum successores in officio Apostolatus, ratione cuius licebat eis tãtum Euangelizare, in quo officio nullum habent successorem: vel Respondetur nõ iniungi præceptum per se ipsos tantum euangelizare, sed posse per alium hoc officium adimplere, sic cũ dicitur, oportet Episcopum esse Doctorem, posse per alium docere. hæc, & alia Thomas Campegius.

Thomam Campegium sequuti sunt
78 Frater Ambrosius Caterinus Archiepiscopus Compsæ, Alphonsus Salmeron, Andreas Gerunda, & alij quamplurimi egregij viri, sed viceuersa residentiam esse de iure diuino eruditè fũdauit Car-
79 dinalis Caetanus in 2.2. *qu.* 185. *art.* 5. quem postea sequuti sunt magnus Cathalagus Doctorum Catholicorum, præsertim Bartholomeus à Miranda, cum peculiari tractatu de residentia Magister Dominicus de Soto, qui Apologiam scripsit contra Caterinum de residentia Gigas *in 1. par. tract. de resid.* & alij, quos infra citabo, multi horum Doctorum, & in actu Concilij, & post Conciliũ scripserunt, variasque apologias ad inuicem typis mandarunt.

In hac quidam disputatione hæc infrascripta dicenda videntur, & quidem
80 dico primo teneri Episcopos ad residẽtiam iure naturali, quod patet euidenti ratione, quia inter Episcopum, & oues interuenit contractus quidam innominatus, seù adest quædam conuentio, do vt facias, facio, vt des, oues dicunt, damus fructus, decimas, & oblationes, vt tu qui es Pastor ministerio tui officij fa-
81 cias nobis, spiritualia scilicet subministres, Pastor verò è conuerso ait ouibus

Digitized by Google

bus, facio residentiam, adimpleo, quæ muneris mei sunt, vt vos mihi temporalia vestra detis. Considerauit hunc contractum innominatum Doctor gentium Sanctus Paulus in 1. ad *Corinth. c. 9* ibi, si nos vobis spiritualia seminauimus magnum est, si nos carnalia vestra metamus, obligatio autem, quæ oritur ex cõtractu, quia ex consensu producitur, naturalis est, & naturalẽ producit obliga-
82 tionem, vt dicunt Ciuilistæ in *l. 1. ff. de condit. indebiti per* iura expressa *in l. naturaliter ff. de condit. indebiti l. 1. & 2. 3. & l. obligamus cum toto titulo ff. de actionibus, & obligationibus Parladorus rer. quotid. lib. 2. cap. 3. in principio, & per totum Abbas in cap. quia plerique num. 31. de immunitate Ecclesiastica, Couar. in cap. quamuis pactum par. 2. §. 4. num. 13. Molina de iustitia tom. 2. disp. 257. Lessius de iustitia lib. 2. cap. 17. dub. 4. num. 19. Facundez de iustitia lib. 1. cap. 4. Lugo de iust. disp. 22. sect. 1.* intelligimus autem hic obligationis nomine non quamcumque obligationem, sed illam, quæ oritur ex iustitia commutatiua, vt obseruauit de *Lugo d. sect. 1 num. 2.* quamuis iure attẽto ciuili purus consensus in simplici promissione elicitus haud obligationẽ, quæ actionem gignent in foro externo
83 producat, nisi stipulatione vestiatur *Vlpian. in l. Iurisgentium iuncto §. sed cum nulla ff. de pactis cum cæteris concordantibus omissis alijs Parlador. loco cit.* tamen obligatio hæc obligat in foro animę *Molina, Lessius, Lugo, Facundez loco cit. quibus adde Fagnanum in cap. si quis de Regularibus nu. 44.* & in hoc conueniunt omnes etiam Iurisconsulti, nam quamuis ius ciuile actionem in foro suo nõ præstet, tamen exceptionem non denegat expressè *Vlpianus in d. l. Iurisgentium*, ergo actionem in foro conscientiæ. optimè *Layman. lib. 3. tract. 4. de iustit. cap. 2. vers. explicatur.* Fit igitur quod ex quo quis curam animarum accipit voluntariè, & proprio consensu, rationeque naturali obligationem suscipit ministrandi spiritualia ouibus, à quibus temporalia ad sui substẽtationem recipit ad textum in *l. obligamus ff. de actionibus, & obligationibus, vbi Modestinus ait consen-*
84 *tientes in aliquam rem ex consensu obligari necessario ex voluntate nostra videmur.* At ista præstatio spiritualium ouibus præstari non potest, nisi cum præsentia; residentia ergò eo iure naturali quo tenetur Pastor ad prẹstandum spiritualia, eadem tenetur ad residentiam, præsertim cum electa sit industria personæ. Hanc rationem considerauerunt Theologi, & Morales, sed cum eorum principijs præsertim, *Sotus de iustit. lib. 10. quæst. 3. art. 2. Thom. Hurtad. de resident. tom. 1. lib. 2. resol. 4.* quæ ratio si non arridet, recurrere ad eumdẽ Sotum, qui alias ibidem reddit, præsertim ponit illud argumentum, quod desumitur ab
85 officio Episcopi, quod est saluti spirituali animarum prospicere respectu gręgis infirmi, & deficientis ei succurratur, & sanctus respectu verò sani, vt ad perfectionem promoueatur. Est enim pastor lux mundi, quę præsentem illuminat, sal qui operibus virtutis saporem ostendere debet, Medicus malè habentibus, dux, qui regat populum, custos qui oues à Lupo defendat, hæc omnia naturaliter præsentia exposcunt.

Dico secundo iure diuino tenetur
86 Pastor residere apud suas oues, quod probatur ex nonnullis Sacræ Scripturę locis Eccles. *cap. 7.* ibi, *Pecora sedulo attende illis sedulo.* Prouerbiorum 27. *diligenter agnosce vultum pecoris tui tuosque greges considera, non enim habebis iugiter potestatem, sed corona tribuetur in generationem, & generationem: in prima Petri cap. 5.* ibi *Pascite qui in vobis est gregem Dei, Diuus Paulus ait* 20. ibi *attendite vobis, & vniuerso gregi, in quo vos Spiritus Sanctus posuit Episcopos regere Ecclesiam Dei, quam acquisiuit sanguine suo, & ad Hebræos cap. 13.* ibi *ipsi enim pernigilant, &c. & in cap. 5.* ibi *Omnis nãque Pontifex in hominibus assumptus pro hominibus constituitur in ijs, quæ sunt ad Deum, Christus etiam Dominus Ioann. 10. ait. Ego sum pastor bonus, & cognosco oues meas, & cognoscunt me mea.* Certè enim hæc cognitio haberi non potest, nisi per præsentiam, & *cap. 21.* apud eumdẹm Ioann. ibi *Pasce oues meas*, quæ verba omnibus pastoribus repetita esse, dicunt communiter sancti. Item accedit quia

inter Episcopum, & Ecclesiam coniugium interuenit spirituale, vt dicitur
87 in *cap. inter* corporalia de translatione Episcoporum, sicut enim maritus debet adherere vxori iuxta præceptum Domini, ita Episcopus Ecclesiæ suę Cathedrali, & sicut vir non potest relinquere, nisi ad tempus, vxorem, vt dicit Apostolus Paulus, ita nec Episcopus Ecclesiam suam, quam in sponsam recepit.

Probatur autem ex Caietano 22. *qu.* 185. *art.* 5. vbi ita loquitur. Ad hoc di-
88 citur, quod Episcopus tenetur ex præcepto diuini iuris ad residentiam personaliter in suo Episcopatu. Ad cuius euidentiam tria agenda sunt. Primo monstrabitur, quod hoc cadit sub præcepto diuino. Secundo ex qualitate præcepti reddetur ratio contingentium. Tertio satisfacetur obiectis. Quoad primum. Ad illud tenetur Episcopus sub precepto diuino, quod necessarium est ad finẽ Episcopi, qui est cura animarum. Ergo Episcopus tenetur sub diuino præcepto ad personaliter residendum in suo Episcopatu. Maior propositio est per se nota, & patet inductiuè. Constat namque, quod omnis, qui simpliciter tenetur ad aliquid agendum, tenetur ad medium necessarium ad illam actionem. Dixi autem simpliciter, ad differentiam eorũ, qui tenentur ex suppositione, v. gr. Famulus tenetur ad sequendum suum Dominum, si prouidetur ei de equo, & expensis. Milites autem aliqui tenentur, ad pugnandum, si prouidetur eis de armis; Episcopus autem non ex suppositione, sed absolutè, & simpliciter tenetur ad curam animarum, nec solum tenetur, sed eadem necessitate, qua tetetur ad finem, tenetur ad medium, ex quo medium est ita necessarium, quod sine illo non potest consequi finem, & quia constat, quod de necessitate præcepti diuini teneatur ad medium necessarium ad curam animarum, & sic patet maior. Minor autem scilicet residentia personalis Episcopi est necessaria ad curam animarum Probatur, Episcopus tenetur ad curam animarum mediantibus his actibus personalibus; scilicet doctrina, ministratione Sacramentorum, consecrationibus, visitatione, custostia, ac diligentia; ergo residentia personalis Episcopi est necessaria ad curam animarum. Consequentia ista est clarissima. Antecedens quoad singulas eius partes probatur, quoad doctrinã patet ex authoritate Apostoli. Oportet Episcopum esse Doctorem, & non dicit oportet Episcopum habere doctorem, & in ordinatione Episcopi dicitur. Vade, prædica populo Dei, & non dicitur, mitte ad prædicandum: quoad ministrationem Sacramentorum patet ex eo, quod tenetur administrandum populo Sacramenta, quæ solus Episcopus potest ministrare, vt sunt Sacramenta confirmationis, & ordinationis.

Quoad consecrationem patet, quod
89 consecratio Ecclesiarum, Calicum, Altarium, ac Virginum, confectio Chrismatis benedictio, Olei sancti, Corporalium, & reliquorum requisitorum ad vestiendum Sacerdotem, ac ornandum Altare, ad solum Episcopum spectant.

Quoad visitationem, & custodiam, ac vigilantiam patet ex eo, quod, nisi
90 ad hæc personaliter teneretur, non esset ipse pastor custodiens gregem, & vigilans super eo, ac visitãs singulas oues, & cuique tribuat quod conuenit, sed vt dictum est, esset Dominus ouium habẽs pastorem ouium illum scilicet mercenarium, cui committit, quod vigilet custodiat, & visitet, & tamen liquido constat, Episcopos ipsos esse pastores ouium Christi, & ad illos spectãt actus sex, Ezech. *cap.* 34. Domino expressi, scilicet cõsolidare infirmum, sanare ęgrotum, alligare confractum, Reducere abiectum, requirere perditum, custodire pinguum, ac fortem. Ad illos deniq; in Petro dictum est, pasce oues meas, non pascere fac oues meas. Nec obstat huic rationi, si dicatur, quod Episcopi exercent hæc per Episcopos pauperes, quia quilibet Episcopus tenetur ad hæc omnia in sua Dœcesi, ac per hoc incompossibilia sunt hæc duo simul, scilicet quod quilibet Episcopus exerceat hæc in sua Dicœcesi per se, vel per alium Episcopum, & quod omnibus Dicœcesibus fiat satis, nisi vnus Episcopus sit simul in diuersis locis,

puta

Digitized by Google

pœna Feria quinta in Cœna Domini ad conficiendum Chrisma. Abusionis quidem est detestabilis, quòd pauper Episcopus relicta suaEcclesia alteri seruiat; Nec etiã obstat, si dicatur, quod per Episcopos Titulares supplentur hi defectus, quoniam per accidens est, quod inueniantur Episcopi Titulares ex hoc scilicet accidente, quia Ecclesiæ aliquæ sunt in manibus infidelium, vel destructæ.

Quod autem est accidens ab arte re-
91 linquitur, nec infirmat rationem per se solidam. Restat igitur ratione firmatũ quod per se loquendo quilibet Episcopus tenetur ex diuini iuris præcepto residere personaliter in suo Episcopatu. Hæc Caietanũ sequũtur Dominicus Sotus *de instit. et iure lib.* 10. *quæst.* 3. *art.* 1.
92 Bartolomeus Caranza alias Miranda de residentia *cap.* 2. *Hieronymus Gigas de resident. cap.* 2. *Michael Maculerus de Monarchia Ecclesiastica tom.* 1. 2. *par. lib.* 5. *cap.* 9. *fol.* 621. *Squillante de obligatione Episcoporum* 1. *par. cap.* 2. *num.* 3. *Malderus* 22. *de iust. et iure tract.* 9. *cap.* 2. *dub.* 19. *Tambur. de iure Abbat. tom.* 1. *disp.* 14. *quæst.* 1. *Gars. de benef. par.* 3. *cap.* 2. *nu.* 16. *Azorius instit. par.* 2. *lib.* 7. *cap.* 4. *Reginald. in Praxi lib.* 30. *tract.* 3. *cap.* 45. *à num.* 49. *Layman. lib.* 4. *tract.* 2. *cap.* 6. *num.* 3. *Lessius de iustit. lib.* 2. *cap.* 34. *dub.* 29. *n.* 153. *Vgolinus de offic. & potest. Episcopi cap.* 4. §. 13. *Navarr. in sum. cap.* 15. *nu.* 121. *Barbosa de potest. Episcopi alleg.* 53. *nu.* 2. *Salgadus de Regia potest. par.* 2. *cap.* 15. *nu.* 12. *Filiuc. tract.* 46. *cap.* 6. *nu.* 20. *cum sequentibus Salzedus ad Diaz c.* 54. *Arauzo tr.* 3. *quæst.* 32. *difficult.* 5. *num.* 32. *Fagnanus in cap. ex parte de Clericis non residentibus à num.* 20. *cum sequentibus Summistę omnes in verbo residętię Th. Hurtad. lib.* 1. *de resid. resolu.* 7. *apud quos Doctores alios inuenies.*

Sed quomodo de iure diuino, eo mo-
93 do scilicet, quod explicat Doctissimus Emanuel Gonzalez in *in cap. relatum de Clericis non residentibus num.* 6. & ne aliena scriptura vsurpare videar, eius verba hic referre non tedet ait enim.

Ego ab his PP. edoctus, sic me expono, ius quod obligat ad residentiam Prælatos, & Pastores, quibus ratione officij, & beneficij cura ouium commissa est, est diuinum propriè sumptum, sed reductiuè non expressè, quod ex ipsis sacri Cõcilij verbis potest suaderi. Aiunt Patres, cum præcepto diuino mandatum sit omnibus, quibus animarum cura commissa est, oues suas agnoscere, pro his sacrificium offerre, verbique diuini prædicatione, Sacramentorum administratione, & bonorum omnium exemplo pascere. Hæc omnia mandata sunt iuris diuini expressi, quod in Euangelio continetur, vt à Christo Domino latum Ioann. *c.* 10. *Act. cap.* 20. Paulus 1. ad Corinth. *cap.* 7. 2. *ad Thimoth. cap.* 2. & iterum 1. *ad Corinth. cap.* 9. milleque alijs locis ex vtraque pagina, quæ expendunt Caranza *cap.* 3. cum duobus sequentibus *Sotus d. q.* 3. *art.* 1. Valentia, & Vasquez, vbi proximè. Itaque hęc maior propositio iuris diuini est, quod non potst negari. Postea Patres Concilij sic assumunt minorem propositionem, quæ omnia nequaquam ab his præstari, & impleri possunt, qui gregi suo non inuigilant, nec assistunt, sed mercenariorum more deserunt. Quę minor propositio ex principijs naturalibus lumineque rationis patet, vt philosophantur acriter Caranza *cap.* 5. *&* 6. *Sotus art.* 3. Sed nota in hac minori propositione, non assumpsisse Patres verbum residendi, sed inuigilandi, & assistendi, quæ sunt latiora, quia si præcisè requireretur ex censura Patrũ actus residendi, vt quis diceretur pascere oues, nec alius posset dici pascere, nisi qui resideret, nec aliter impleret diuinum præceptum pascendi, nisi residendo, consequentia, & maior eodem modo se haberent, & esset iuris diuini expressè residentia non reductiuè. Aliquando enim inuigilat, & assistit commodissimè, qui non residet, licet melius sit, quod resideat, nam vt inquit *Theodorus quæst.* 4. *in Genes.* Absentia Præsulis insolentia Plebis est, ergo certa minor per conformitatem ad ius naturale si enim Dux imò miles non aliter iustè percipiunt stipendia, quam si militent, & deuitent, vel sequantur ordines, idemque in cæteris Magistratibus politicis, imò, & quibuscumque ministris vsu euenit; quanto melius in Pastoribus id requirimus, sed quia obliga-

Digitized by Google

gatio, quæ à iure naturali descendit, suã habet epichiam, veluti si Dux, vel miles euocetur à Rege, si priuatam causam sed vrgentissimam habeat reuertendi in domum à Rege cognitam, & approbatam; ita, & hæc obligatio residendi suas habet epicheias, vt infra videbimus, obligatio tamen insistendi, & inuigilandi in quantum moraliter possit, nullam habet, quia sub his terminis obligatio inuigilandi, & assistendi inclusa est sub obligatione pascendi, vt docent PP. quæ est iuris diuini, vt manet probatum.

Ecce igitur quam, & qualem consequentiam deducant sancti Patres his verbis. Sacrosancta Synodus eos admonet, & hortatur vt diuinorum præceptorum memores factique forma gregis in iudicio, & veritate pascant, & regant, ingerit semel atque iterum præcepta pascendi obligationem inuigilandi, & admonet, & hortatur, ne gregem suum deserant. Ergo totum hoc reducitur ad primum illud præceptum pascendi, quod est diuinum. Consenserunt itaque omnes Apologistæ nullum Christi Domini inueniri expressum præceptum residendi. Igitur quando pascere aliter non possunt, quam residendo, veluti in tempore persequutionis, hæresum, & aliarum necessitatum, quæ præsentiam pastoris exigunt, sub pascendi verbo necessariò continetur residere, & sic residere tenebitur iure diuino *cap. suggestos* 46. *cap. si scitatum* 47. 7. *quæst.* 1. ad hoc ius reducendi præeunte Diuo Augustino epist. 180. ad Honoratum, & luculenter Gratiano nostro causa 7. *qu.* 1. in littera ipsius ad fines quæstionis ex quo, & martyrium pro ouibus suis subire tenetur Pastor, quæ obligatio ab alio iure, quam diuino prouenire non potest, cum non adeo obliget ius naturale, aut positiuum. Diuus Thomas, & Caietanus ibi 2.2. *quæst.* 185. *art.* 5. Hęc satis eruditus Gonzalez.

Hoc autem ius diuinum, quod reduc-
94 tiuè dicimus, vel propriè ius diuinum est, & in suo casu æquè fortiter, licèt non æquè absolutè obligat, vt ius diuinum expressum, vt benè idem *Gonzalez num.* 8. Ecclesia deduxit, residentiam ex iure diuino ex præcepto pascendi, re-
sidet enim in Ecclesia potestas declaran-
di, quando cessat obligatio residendi, scilicet quando residentia non contineatur sub præcepto pascendi, vide eumdē Gonzalez, & quamuis *Corduba lib.* 1. *quæst.* 19. asserat hanc obligationem per-
95 sonalis residentiæ non esse de iure diuino stricte sumpto, sed largè, quia ius diuinum stricte, & propriè sumptum est illud, quod continetur expressè in sacra Scriptura, vel quod ab ore Christi, seù Apostolorum tenet vniuersalis Ecclesia per antiquam traditionem, vel quod in consequentiam necessariam, & euidentem ex propositionibus fidei infertur; cuiusmodi non est residentia personalis, quæ non habetur expressè decreta in Sacra Scriptura, neque deducta ex ore Christi, vel Apostolorum generaliter in Ecclesia, neque etiam euidenter deduci potest in necessariam consequentiam, nec proindè à Catholicis Doctoribus, vt talis dogmatizatur, igitur largo modo dici potest de iure diuino.

Sed contra Cordubã insurrexit Tho-
ma Hurtadus *dict. lib.* 1. *resolut.* 7. dicens,
96 post Concilium Tridentinum sententiam Cordubæ absque ingenti temeritate defendi non posse, quod comprobat Hurtadus multis rationibus, & eodem medio, quo vtitur Corduba, quia iure diuino tenetur bonus pastor animam suam ponere pro ouibus suis, ante eas vadere pascere cibo spirituali, cognoscere eas nominatim, singulorum curam gerendo, Ioannis 10. sed omnia hæc sufficienter expleri nequeunt absque personali residentia, ergo eodem iure diuino illi necessaria est residentia personalis quo, & curæ officium pastorale institutum est, quia quo iure quis obligatur ad finem, obligatur ad medium, sine quo finis obtineri nequit, residentia enim personalis secundum Tridentinum præsertim *sess.* 6. *cap.* 1. est medium necessarium ad implēdum ministerium, & munus Episcopale; ergo sequitur, quod stricto iure diuino tenetur ad residentiam Pastor, sicuti, & eodem modo quo tenetur pascere gregem. Cætera vide apud eumdem, & apud alios, &

præ-

Digitized by Google

præsertim Sotum in principio dicti articuli primi *Azor. loco cit. verf. sciendum vero est, Fagnan. loco cit.* qui omnes dicũt ex iure diuino dici quicquid ex illo euidenter colligitur.

Hæc sententia, quæ docet præceptũ
97 de residentia esse de iure diuino, hodie est communis: licet sit altercatio inter Doctores citatos. An hoc præceptum obliget semper, & ad semper, nam multi docent, quia cum hoc præceptum sit affirmatiuum, sicut cætera huiusmodi naturæ obligare quidem semper, sed non ad semper, prout obligat præceptum diuinum negatiuum. Alij vero docent, quod licet sit præceptum affirmatiuum, tamen ratione rei præceptę obligare semper, & ad semper, ita Caietanus *loco cit. verf. ad secundum*, vbi ita loquitur. Quoad secundum, quia præ-
98 ceptum de residentia est affirmatiuum, præcepta autem affirmatiua, licet semper obligẽt, nõ tamen obligant ad semper, sed pro loco, & tempore obligẽt. Nam de loco nulla est quæstio, quia ad certum locum obligat, scilicet proprię Diœcesis, quamuis igitur tempus pro quo obligat affirmatiuum præceptum, sit illud, tamen in quo oportet affirmationem ponere in exercitio, oportet diligenter considerare, quando opus est actum Episcopalem ponere in exercitio. Sunt autem triplicis differentiæ Episcopales actus, nam quidam exigunt certum, & determinatum tempus, vt collatio ordinum, & confectio Chrismatis, vt patet, & ratione horum sufficeret, quod Episcopus resideret pro tũc, quando exercere oportet hos actus: quidam vero sunt indeterminati temporis, sed non frequenter occurrunt, vt consecrationes, & benedictiones, & ratione horum sufficeret, Episcopum residere, ita quod Ecclesia non pateretur defectus istorum: quidam autem sunt temporis indeterminati, & frequentis, ita quod nullum tempus est exceptum, in quo non facilè, & sæpè occurrat horum necessitas, vt est actus pascendi Christi gregem.

Oportet namque pastoralibus Actibus ita assiduum pastorem esse, vt quasi continuè pascat oues, scriptũ est enim, qui præest in solicitudine, & rursus solicitudo mea omnium Ecclesiarum quis infirmatur, & ego non infirmor, quis scandalizatur, & ego non vror. A pastore quoque exiguntur illi actus supradicti in Ezechiele, quos aut continuum, aut frequens valdè tempus exigere constat, & ratione eorum tenetur Episcopus continuò in Episcopatu residere, quoniam tanta temporis frequentia continuam requirit residentiam, tum ex frequẽtia exercitij actuum huiusmodi, tum ex præparatione ad istos actus, nam licèt omne tempus non occupetur in exequutione actus pastoralis, nullum tamen tempus est exemptum, in quo nõ oporteat Episcopum esse paratum ad exercitationem actus pastoralis, & quia actus pascendi est principalis actus Episcopi iuxta verbum Domini ad vniuersalis Ecclesiæ Episcopum, Pasce oues meas, & ex principali actu iudicium sumendum est. Ideo per se loquẽdo, Episcopus tenetur sub præcepto ad continuam residentiam in suo Episcopatu, ità quod hoc præceptum affirmatiuum, ex natura rei præceptæ sicut habet locum determinatiuum, scilicet propriam Diœcesim, ita habet tempus determinatum scilicet assiduè, & si licèt præcepta affirmatiua formaliter obligent semper, sed non ad semper, sed pro loco, & tempore, quo oportet, & in hoc differant for-
100 maliter à negatiuis; hoc tamen præceptum gratia materiæ obligat ad semper, seù assiduè, quod est quasi semper, & ad certum locum, & quoniam obligatio ista ad semper ex parte materiæ est & materia ipsa mutabilitati subiecta est, idcircò contigit absque violatione præcepti Episcopum non semper residere quæcumque enim ita se habẽt ad huius materiam præcepti, quod secũdum rectæ iudicium rationis absoluunt illum à vinculo necessariæ continuitatis, excusant Episcopum ab obligatione ad residendum pro tunc.

Hanc sententiam Caietani nouissimè
101 tenet etiam Doctus, & eruditus *Prosper Fagnanus in c. ex parte à n. 68. cum seq.* qui vtitur eisdem ferè principijs Caietani, & adducit etiam illud Diui Pauli 2. ad Corinth. *cap.* 11. ibi instantia mea quo-

quotidiana solicitudo omnium Ecclesiarum.

Verum si attentè perpendantur dicta
102 Doctorum vtriusq; sententiæ, in substantia non differunt, nam Caietanus, Fagnanus, & alij, qui dicunt hoc præceptum residentiæ obligare semper, & ad semper, concedunt etiam licitam esse absentiam à residentia in aliquibus casibus; at hoc idem est, quod voluerunt Doctores, qui dixerunt semper obligare, sed non ad semper. Igitur in substantia conueniunt, quod nobis sufficere debet.

Tandem vltimo dico, residentiã Epi-
103 scoporum enixè præceptam esse à iure Ecclesiastico, quod probatur ex multis Sacris Canonibus præsertim in Concilio Antiocheno sub Iulio Papa Primo *can.21. vbi dicitur quod Episcopus non debet alibi demigrare, sed manere debet in Ecclesia sua, quam sortitus est secundum regulam super hoc olim à Patribus constitutã, habetur tom.1.Concil. fol.325. & refertur in Can. Episcopum 7.q.1.et in Concil.Sardicense sub eodem Iulio in can.14. statuitur, quod Episcopus abesse non possit à sua Ciuitate vltra tres Dominicas, vt in eodem tom. fol.332. in Concil. Agathese sub Celestino Primo Can.64. dicitur, quod Clericus, qui in solemnioribus ab Ecclesia defuerit per triẽnium, à communione suspẽdatur, habetur in tom.1.fol.619. et in Concil.Calcedonen.art. 15.c.5. prohibetur Episcopis absentia à propria Ecclesia, vt in eodem tom.1.fol.930.et ante allegata Concilia in generali Nicena statutum est in can.15. & 16. ne Episcopus, vel alius à propria Ecclesia recedat etiam propter multas perturbationes, & frequentes tumultus seditionum, habetur in tom.1. Concil.fol.155. & in can.nõ oportet. & can. si quis vers.7.q.1. & in Cõcil.Carthaginen. 5.c.5 prohibitum est Episcopis diutius immorari in re propria, & frequentationem propria Cathedra negligere, vt eod. tom.1. fol.446. & in cap.placuit, vt nemini 7.q.1. in Concilio Lateranen.2. can.13. dicitur nullus cuiusque ordinis, at Clericus non Diaconus, non Presbyter, nẽ Episcopus quacumque occasione faciente propriam relinquat Ecclesiam, sic etiam in Concil. Lateranen.sub Alexand.III. c.30. vni plura beneficia residentiam requirentia retinere strictè prohibetur, habetur in tom.2. Conciliorũ fol.904. & in cap.quia nonnulli c.relatum cap.fraternitati c.conquerente. de Clericis non residentibus, sic etiam in septima Synodo prohibetur, ne quibus in duabus Ecclesijs conferitur quia in vtraque residere nequit, & muneri suo satisfacere, refertur in can.Cleric.21.q.1. sic enim Innocentius III. Raghusini Archiepiscopi absentiam priuatione Dignitatis, nisi infra mensem redierit mulctare præcepit, cap.qualiter de Clericis non residentibus, similis est cõstitutio Celestini in cap.ex parte eodem tit. & relictis alijs complurib⁹ Sacris Canonibus, tandem in cap.ad hæc Alexandri III. dicitur omni rationi contrarium, vt vnus Clericus in una vel pluribus Ecclesijs plura obtineat beneficia, cum singula officia in Ecclesijs assiduitatem exigant personarum, & in cap.extirpandæ §.qui vero Innocentij III.in Conc. Lateranen prohibetur, ne per Vicarium, seu substitutum quis deseruiat Parochialem Ecclesiam vterq; Canon.sub tit. de prebendis; alios sacros Canones cumulat eruditus Emanuel Gonzalez in d.cap. relatum de Clericis non residentibus n.2. postremo in Conc.Trident.in locis cit. etiam strictè præcipitur residentia. Pius IV. in sua constit. X. incipit, de salute, multa priuilegia cõcessit Episcopis residentibus, multasque pœnas non residentibus inflixit, & in altera constit.91. incipit in suprema tom.2. Bullar.fol.92. sic etiam pro alijs Rectoribus Parochialium Ecclesiarum, Pius V. edidit alteram constitutionem, quæ incipit cupientes 65. in ordine tom.2. Bullar.fol. 197. quas omnes constitutiones innouauit Vrbanus Papa VIII. in sua constit. 137. incipit sancta Synodus Tridentina, & habetur in tom.4. Bullar.in appendice f.46,* quas omnes supra in fine capitis primũ attulimus ad verbum in quibus Bullis,
104 & constitutionibus variæ apponuntur pœnæ contra non residentes, quas affigere etiam S. R. E. Cardinales, cum ad curam tenentur animarum per decreta consistorialia decreuisse Gregorium XIII. & Clement. VIII. enunciat Vrbanus VIII. in dicta sua Constitutione Sancta Synodus §.3.& 4.& obseruauit etiam *Fagnan.in cap. qualiter de Clericis non residentibus à num.11.* Nec recessit ab istis Innocen. Papa X. in sua Constit. incipit cum iusta §.ceterum de

Digitized by Google

Ad rationes, & obiecta, quæ adducunt Doctores, docentes non ex præcep-
105 to diuino Episcopos teneri ad residẽdum, optimè respondet Caietanus loco cit. & ad illud quod dicitur, Episcopos posse per alios sufficientius regere gregem suum, dicit Caietanus, quod hoc nõ excusat eos à residentia, quia licet verum sit, quod sufficientes per alium, quam per se ipsos regant, non tamen ex hoc habetur, quod sufficienter regant: Quilibet enim, ait Caietanus, malus rector sufficientius per alium bonum, quã per se regit, & tamen stat nec ille alius sufficienter regat, nec illa positiua scilicet sufficienter per alium regit, excusat ipsum à residentia, quoniam licet per hoc sufficienter sit prouisũ Episcopatui ex parte Ecclesiæ, non tamen sufficiẽter
106 ex parte Episcopi, quia nõ solum tenẽtur ad prouidendum Ecclesiæ, sed tenentur ad personaliter pascendum Ecclesiam, vt demonstratum est. In debitis autem personalibus non absoluitur debitor si per alium facit, v. gr. Sacerdos si diuinum officium faciat per aliquem deuotum, ac sanctum Clericum pro se dicì, sufficienter satisfacit illis pro quibus tenetur orare, sed non propterea excusatur, dicendo officium, quia est debitum personale, & similiter accidit in proposito: Tamen si dicatur si residentia sub præcepto caderet, hoc esset ex
107 necessitate finis, qui est salus animarũ, conceditur, & dicitur quod salus animarum necessitat pastorem suũ ad personale debitum, hoc est personalem curam animarum, & cũ dicitur salus animarum, potest procurari absque personali Episcopi cura, ergo non nec existat ipsum ad personalem curam. Respondetur, quod quia in moralibus non attenditur possibile secundum potentiam logicam, hoc est, quod non impleat contradictoria, sed secundum potentiam moralem officiorum, constat autem ex Domini sententia, quod mercenarij officium non se extendit ad id, quod præcipuum est in pastore, scilicèt amorem ouium suarum, non alienarum, & propterea dicitur, quod per se loquendo, salus animarum ita necessitat pastorem ad personalem curam, quod regulariter non potest sine ipsius personali cura Episcopi habere, quamuis per accidens contigere forte hoc possit. Sed quod est per accidens non variat naturã moralium vinculorum, & propterea non excusatur Episcopus à personali residentia etiam per hoc, quod per Optimũ Vicarium prouidet Ecclesiæ, hæc & alia Caietanus ibi, qui benè addit, quod nõ excusatur ab his scilicet à residentia
108 cum opere, Episcopus qui illustrioris est generis, quia nemo illustrior illo, qui Pontifex assistens futurorum bonorum, & introiuit semel in sancta, qui de se ipso dicit, filius hominis non venit ministrari, sed ministrare; non acceptet vir illustris Episcopatum, qui non vult pastorale officium exercere, sibi ipsi imputet Illustris, qui acceptauit Episcopatũ, & exequatur, quod promisit ferruet Deo, & Ecclesiæ, fidem turpem se recognoscere, si nomen, potentiam, honorem, ac diuitias Episcopi tenet in persona sua, officium autem alteri delegat, quoniam priora omnia suæ sunt datę personæ, vt habeat simul cum illis personale officiũ Episcopi. hæc Caietanus, quæ hic transcribere curaui, quoniam hac tempestate
109 te plerique sunt Episcopi, qui ex nobili prosapia nati abhorrent suum explere officium sub hoc maledicto clypeo nobilitatis, sed non ita Eminentissimus Cardinalis Frater Vincentius Vrsinus Archiepiscopus Sypontinus, quem, ò vtinam, nos omnes Episcopi veluti
110 exemplar optimum ante oculos semper haberemus. exemplum etiam imitationis relinquit nobis, & maximè mihi, Antonellus de Fulgore, hic ex nobili Familia de Fulgore è Marchionibus Ducentę, originem trahentibus à Comitibus Piozascki in Pedemonte, ac in Neapolitano Regno Dominis Terrarũ Beffi, & Acciari, natus est in Ciuitate Auersę eiusdem Regni ex Ludouico Fulgore eius Patre. Ætate iam maturus, quin potius eximijs ornatus virtutibus à fel. record. Xisto V. ad regendas has Ecclesias Sancti Angeli, & Bisacciarum in Prouincia Principatus vltrà, Episcopus electus fuit die 27. Ianuarij 1585. Episcopus factus totum se Pastoralis officij curæ dedit, magna siquidem sedulita-

Digitized by Google

te Eccleſiaſticam diſciplinam in ſua Dięceſi quaſi labentem mirificè inſtauratit, Diuinumq; cultum,& efficacibus ſermonibus, & ſanctiſſimis præceptis & Synodalibus conſtitutionibus tum in Clero,tum in Populo promouit.Erga Auguſtiſſimum Euchariſtię Sacramentũ maxima deuotione affectus laudabilem morem orationis quadraginta horarum in ſua Diœceſi inſtituit, aſſiduè ob eius venerationem, dum ad infirmos deferebatur,maxima cordis,ac corporis humilitate aſſiſtebat, & ne cultui tàm venerabilis Sacramenti aliquid deeſſet, ſui Epiſcopatus Eccleſias omnes ad ſacrum opus peragendum decentibus ornamẽtis, ac ſacris veſtibus munificentiſſimè ditauit.

Vt ſubditis ſuis viuum ſe præberet exemplar, in Diuinis laudibus perſoluendis, feſtiuis præſertim diebus, cum ſuis Clericis in Choro ſemper aderat,& audiendis cuiuſcumq; conditionis perſonarum confeſſionibus diligentiſſimè vacabat: ac tandẽ,vt boni Paſtoris munus perfectè exequeretur, gregi ſuo, (quem paterno proſequebatur amore) non tantum corporalia paſcua, ſed & ſpiritualia ſumma vigilantia miniſtrabat. Quapropter ad pauperum,& afflictorum leuamen, & Xenodochia conſtruxit, & ad excolendas in adoleſcentibus doctrinas, veraſque virtutes inſerendas Seminaria ædificauit.

Tot igitur, tantiſq; prærogatiuis vir Dei ornatus,Cœlo dignus cum Angelis perpetuò regnaturus, diẽ in terris clauſit extremam 14. Auguſti 1590.

Admirabilem huius viri ſanctitatem ingens poſt eius mortem declararunt euentus; nam cum Illuſtriſſimus Hercules Rangonus, etiam meus prædeceſſor, voluiſſet ſanctum corpus è minus congruo ad decentiorem locum transferre, obſerata capſa,in qua triginta tribus ferè annis iacuerat, totaliter integrum ſinè vlla prorſus mutatione, nec in veſtibus quidem, magna tum ſui, tum popoli admiratione, reperijt: flagrans quoque odor è ſuis membris ſuauiſſimè manabat, & viuus ſanguis in parte aliqua ſui corporis apparuit. Quod inſigne prodigium, ità populum adſtantem cõmouit, vt viua voce proclamans: Certè hic vir eſt ſanctus, veſtes,quibus ſacrum corpus induebatur, dilacerans, partes illarum, vt prætioſas reliquias ſibi conſeruandas retinuit.

Contigit etiam, vt dum Dominus D. Paulus de Fulgore Marchio Ducenta eiuſdem Antonelli Pronepos,qui ſolemni ſacri corporis translationi præſens aderat, & filiali affectu compulſus, & tanti Pręſulis ſanctitate commotus,vnũ ex ſacris eius pedibus ſecretò abſtuliſſet, ſereno iam Cœlo, illicò tempeſtas valida in aere inſurrexit; qua ſubitam vtatione edoctus Epiſcopus Rangonus in hæc verba prorupit: Aliquid ex ſacro cadauere ablatum eſt: Hoc audito prædictus Marchio de Fulgore ſacrum furtum reſtituit, & aer lugubribus veſtibus depoſitis ſereniratem induit. Solemni translatione completa,ſacrum corpus in loco decenter ornato in Cappella Maiori Eccleſiæ Cathedralis Sancti Angeli collocatũ fęlicitèr requieſcit, ob cuius perpetuam recordationem ſequens habetur inſcriptio.

D. O. M.

Antonello de Fulgore huius Eccleſię, & Biſacciarum Epiſcopo, mira in alendis Pauperibus pietate, in componendis controuerſijs dexteritate, ac omni Paſtorali munere egregiè perfũcto, Hercules Rangonus Mutinenſis ſucceſſor, cum eius corpus humili in loco requieſcere comprehendiſſet, tanti viri fama commotus ad hunc nobiliorem 33. poſt annos transtulit, & lapidem erexit 15. Martij 1623.

CAPVT

Digitized by Google



CAPVT TERTIVM.

De cauſis excuſantibus à reſidentia.

NEminem ignorare arbitror, quod omnis lex, ſiuè naturalis, ſiuè diuina poſitiua, ſiuè humana admittat aliquam interpetrationem, & epichiã reſpectiuè, & quod
1 deſinat quoque obligare lex naturalis quandoque per ſolas extrinſecas occaſiones, etiam ſtante integra eius mate-
2 ria cum eiſdem intrinſecis circunſtantijs. Neque legislator humanus cum
3 leges condit, poteſt præuidere omnes, & ſingulos caſus particulares, in quibus lex rationabiliter obligare non poteſt, nec debet, ideoque illos nõ excipit, nec de illis cogitat, vndè naturalis æquitas, & iuſtitiæ ratio expoſtulat, vt interpe-
4 trationi locus ſit, vt lex in caſibus illis locum ſibi minimè vindicet, quam Doctores epychiam vocant.

Qua de re optimè ſcripſerunt Suarez
5 *lib.2.de legibus c.16. Merolla tom.2. Theolog.moral.diſp.4. cap.2.dub.10.præſertim num.118. & 120. Filiuc.tom.2. tract. 21. cap 11. num.432. & alij* paſſim, fuitque doctrina *S. Thomæ 2.2. quæſt.120. art. 1. & 1.2. q. 46.art.8.*

Sicuti quamuis Summus Pontifex Romanus nequeat in lege naturali, vel diuina poſitiua, diſpenſare directè, tol-
6 lendo vinculum legis naturalis, vel diuinæ, vt verius de lege naturali ſcripſerunt Doctores noſtri, Sanctus Thomas *1.2.quæſt.100. art.6. & quolibet.4.art.13. Suarez de legibus lib.2.cap.14. num.5. Merolla loco cit.d.cap.2.dub.8.num.18.* & alij paſſim, *& de lege diuina poſitiua cauetur*
7 *ex eodem S.Thom.1.2. q.97.art.4.ad 3. & 2.2. qu.88. art.10.ad 3. et expreſſius quolibet.9. art.5. Sotus de iuſtitia lib.1.quæſt. 7. art.3. Suarez de legibus lib.10.cap.6.nu.7. Salas de legibus diſp.24. ſect.5.nu.33. Baſilius Pontius de matrim.lib.8.c.2.num. Merolla d.tom.2.diſp.4.cap.6. dub.10. nu.193. et.alij penes iſtos*; Actamen benè poteſt interpetrari, & declarare ius diuinum in aliquo particulari caſu, non ſibi locum vindicare optimè *Card. de Turrecremata in ſum.Eccleſiæ lib.3.c.57. in prima concluſ.et lib.2.cap.107. Suarez lib.10 de legibus cap.6.num.21. Merolla loco cit. nu.* 201. quod omnes Catholici admit-
8 tunt; hoc enim ad Reipublicæ Chriſtianæ gubernationem neceſſarium eſt, vt ſcilicet Romanus Pontifex hac poteſtate fruatur: ſicuti in veteri lege, in qua ad Sacerdotes erat recurſus de alijs legibus, quorum interpetrationi qui non ſtabat, mortis reus erat, *Num.17.* maxi-
9 mopere habet hanc poteſtatem Summus Pontifex in illis, quæ, licet ſint de iure diuino, tamen habent principium, vel humana voluntate, qua vinculum contrahitur diuinum, vt eſt votum, & cętera, & præſertim obligatio, quam contrahit Epiſcopus reſidendi in Eccleſia,
10 cui præficitur; hęc enim obligatio reſidendi non inſurgit, niſi mediante vinculo, & pacto inter Epiſcopum, & Ec-
11 cleſiam propriam, quod humana contrahitur voluntate, & ideò hac ex parte vinculum mutabile eſt, ſaltem per publicam poteſtatem. Inſuper pactum hoc reſidendi inter Epiſcopum, & propriam Eccleſiam cõtractum ex natura rei, ſubordinatur ſummo Eccleſiæ vniuerſalis Paſtori, atq; huiuſmodi pacto, ſeù obli-
13 gationi ineſt, & neceſſariò includitur conditio offerendi ſe miniſterio talis Eccleſiæ cum ſubordinatione ad ſum-

Digitized by Google

mum, & ſupremum Paſtorem, qui habet in illa particulari Eccleſia excellentiorem poteſtatem, & curam, ſic diſcurrit *Franciſcus Merolla loco cit. c.2. dub.8. num. 91.* qui ſubdit quod quando Papa
14 diſpenſat in reſidentia, ipſe ſtatuit, quomodo pro tali tempore prouidendum ſit Eccleſiæ, & quaſi onus illius in ſe ſuſcipit, & conſequenter proprius Epiſcopus liberatur illa perſonali obligatione, non per diſpenſationem in lege
15 naturali, ſed quia illo modo reuera implet pactum cum ſua Eccleſia, ex quo illa obligatio præcepti oriebatur: vel potius impletur illa obligatio alio mo-
16 do incluſo etiam in ipſo pacto, prouidendo Eccleſiæ modo præſcripto à ſupremo Paſtore ex rationabili cauſa, hoc enim ſupponi debet, quia hæc eſt iuſta
17 conditio, quam vinculum ipſum includit. Hæc Merolla, & fuit doctrina Suarez de legibus *lib.2.cap.14.num.22. Baſilij Pontij lib.8. de matrim.cap.2.n.4. cum ſequent.* præſertim *num.15.* vbi expreſsè dicit hanc obligationem à iure diuino
18 prouenire, ſed cum ſubordinatione ad diſpoſitionem, ac diſpenſationem Summi Romani Pontificis, ſequitur *Diana par.10.tract.14.reſol.66.* itaque dicũt hi, & alij Doctores, quod Papa tunc non diſpenſat, ſed ius diuinum de reſidentia declarat, atque interpetratur,
19 prout etiam dixit Doctus *Proſper Fagnanus in cap.ex parte de Cleric. non reſid. num.58. et 74. Pater Candidus diſquiſit. moral.tom.1.diſquiſit.18.art.7.dub.2.*

Sed quia nos cum doctiſſimo Emanuele Gonzalez ſupra diximus, reſidentiam eſſe quidem verè de iure diuino, nõ
20 tamen explicitè, ſed reductiuè, quia ſcilicet Sacrum Concilium illam à iure diuino, nempè ex præcepto paſcẽdi, deduxit in conſequentiam, & obliget, licet ęquè fortiter, non tamen ęquè abſolutè; hinc fit quod pęnes Eccleſiam reſidet legitima poteſtas declarandi,
21 quando ceſſat hæc reſidendi obligatio, ſcilicet quando reſidentia non contineatur ſub præcepto paſcendi, & quando huic præcepto ſatisfieri poſſit per Vicarios, & homines idoneos, Epiſcopi, vel alij curati, præſentiam ſupplendo, inquantum fieri poſſit; quapropter idem Sacrum Concilium Tridentinum expreſſit cauſas, ob quas licet Epiſcopũ abeſſe à reſidentia, ſubnectens; nam
22 cum chriſtiana charitas, vrgens neceſſitas, debita obedientia, ac euidens Eccleſiæ, vel Reipublicæ vtilitas aliquos abeſſe poſtulant, & exigunt, decernit Sancta Synodus, has legitimæ abſentię cauſas à Beatiſſimo Romano Pontifice; quod certè ſi reſidentia eſſet de iure diuino expreſſo, & abſoluto, Sacrum Cõ-
23 cilium non decreuiſſet; quia cum eſt expreſſum, & abſolutum ius diuinum, non poteſt aliquo modo mutari, vel ceſſare, nec ſubiacet Pontificiæ diſpenſationi, quia continet ſemper bonum im-
24 mutabile, & inuariabile, neq; interpetrationem admittit. Ius autem diuinum elicitũ per humanam conſequentiam, vt eſt hoc de reſidentia, licèt ęquè ſit diui-
25 nam, admiſit tamen interpetrationem, & declarationem, licet non cadat ſub omnimoda diſpenſatione Pontificis. optimè *Gonzalez in d.cap.relatum de Cleric. non reſident.num.8. & docuit etiam Sotus de iuſt.lib.2.q:3.art.8.& lib.10.q.31.art.11.& 3. Gonzalez citat Tapiam tom.1. caſuę moralis lib.4.q.27. art. Gregor. de Valentia Marialerum, & alios, & dicit eſſe doctrinam de mente D.Thom.1.2.qu.100. art.8.in corpore, atque Gonzalez refutat Põtium, & Dianam*, qui dixerunt, obliga-
26 tionem reſidendi eſſe de iure diuino, ſed taliter, vt ſubordinetur diſpenſationi, & diſpoſitioni Põtificis, dicit enim Gonzalez, quod hoc non probat, nec fundat Pontius.

Igitur quamuis tam enixè, vt vidimus
27 reſidentiam eſſe Epiſcopis, & cęteris curam habentibus animarum pręceptã, & inculcatam; attamen ſemper in Eccleſia admiſſæ fuerunt cauſæ, ob quas à reſidentia excuſati fuerunt, qui ad illã tenebantur, ſi quidem legimus in ipſis Canonibus Apoſtolorum, excuſari Epiſcopos à reſidẽtia, cum poteſt alibi plus
28 lucri conferre in cauſa religionis, vt dicitur in can.13. Apoſtolorum, quare ab ipſis primordijs Eccleſiæ ſemper fuit aliqua cauſa; quæ à reſidentia excuſaret, indè Diuus Gregor. ſcripſit cuidam
29 Syracuſano Epiſcopo, vt quemdã Coſmam à vinculo reſidentiæ abſolueret,

quia

Digitized by Google

quia nimia tristitia, & loci qualitate vehementer erat afflictus, vt refertur in *cap. quorundam 74. dist.* & idem Gregor. Episcopo Scillantino quoque rescripsit, ob metum hostilitatis licere ab Ecclesia discedere. *cap. pastoralis 7. 1.* vbi alia exempla habentur, ac Alexander III. in *cap. relatum de Clericis non residentibus statuit ex honestis causis à residentia abesse posse*, ibi, *vel pro alijs honestis causis contigerit eos abesse. ita quoq; Innoc. 3. in c. inter quatuor eod. tit. de Cler. non resid. definiuit*: Ideò sanè *à Patribus illis* dicto Oecumenico Tridentino congregatis fuit declaratum, licere ob causas ibi expressas Episcopis discedere à residentijs, atque tunc residentiã non comprehendi sub diuino præcepto elicito ab obligatione pascendi, quia cũ
30 tunc magis vrgeat aliud præceptum, & illi de residentia æquè per alios prospici possit, non solum licitum erit Episcopis discedere, sed æquè præceptum.

Causas igitur has expressas in Tri-
31 dentino oportet explicare, quod vt agamus, quatuor eas esse clarè cernimus nempè, prima Christiana charitas, secunda vrgens necessitas, tertia debita obedientia, quarta euidens Ecclesiæ, vel Reipublicæ vtilitas; has tamen causas ad tria capita reduxit doctus *Fagnanus cap. ex parte de Cleric. non resident. sub num. 75.* ni fallor: nempè ad necessitatem impedimenti, ad qualitatem negoti-
32 j, & ad conditionem personæ, & in quantum ad impedimentum, dicit excusare per textum in *cap primo, & cap. inter quatuor de cleric. non resident.* hoc tantum impedimentum posse prouenire ab intrinseco, puta ex infirmitate, & tunc licitum esse non residere ad tempus, posse etiam mutare Cælum, & ire ad balnea, per textum in *cap. nihil 7. q. 1. cap. ad audientiam de cleric. non resident. & c. vnico eodem tit. in 6.* cum tamen morbus sit incurabilis, licitam esse resignationem per *tex. in cap. nisi cum pridem §. alia vero causa de renunciat. vel dari posse Coadiutorem per cap. fin. de cler. ægrot. & cap. vnico eodem tit. in 6.* non tamen consueuisse Sedem Apostolicam absolutè dispensare, vt nõ resideat, sed ad tempus; sin autem impedimentum sit ab extrinseco puta ob persequutionem, tunc dicit Fagnanus, quod persequutio hæc, vel est exterior à Tyrannis, & inimicis Ecclesiæ, & tunc hanc extrinsecam persequutionem non excusare à residentia, quotiescumq; sinè Prælato non est tuta fides Ecclesiæ, vel cum persequitur totus Clerus; sin autem persequutio fuerit intrinseca, puta ab illis, qui corrigi nolunt, de qua re adest textus in *cap. nisi cum pridem §. propter de renunciat.* Inquantum ad secundũ caput, dicit Fagnanus, quod propter negotium proprię Ecclesiæ licet Episcopo abesse à residentia, ad iura defendenda Ecclesiæ *cap. ex parte il 2. de cler. non resident. et glos. in fin. de priuileg. in 6.* in verbo absentare, sic potest accedere ad Curiam, vel Romanam, vel Regiam, & id licitum tam diuino, quam humano iure, dummodò per alium non possit, quia Episcopus tenetur procurare bonũ suæ Ecclesiæ *cap. suggestum 7. q. 1. et d. cap. ex parte*. Item ob negotium alterius Ecclesiæ, cum sumus omnes vnum corpus in Christo iuxta dictum Apostoli ad Romanos *cap. 12. et in c. singula 89. dist.* & quia spirituale bonum est magis necessarium quoad aliud *cap. beatè il primo de postulat. prælat.* ideò, & potest abesse ob negotiũ fidei, vel pacis, sic licitè mittuntur legati ad Reges pro pace. Item pro bono Romanæ Ecclesiæ, quia pars debet exponi pro bono totius *cap. cum dilectus de cler. non resident.* prout fecisse, sic Fagnanus, multos Papas qui, vocauerũt ad Curiam Episcopos doctos, vt Leo vocauit ad Curiam Prosperum Episcopum Regenen. & alios. Inquantum ad tertium caput, dicit Fagnan. excusare conditionem personæ, quando scilicet est talis, quæ etiam absens, ità gubernare potest Ecclesiam suam, vt æquè præsens, & huiusmodi sunt Episcopatus Sacro Collegio Cardinalium vniti, quia S.R.E. Cardinales illos Episcopatus gubernant ex Curia, sicuti essent interessentes hæc est doctrina *Fagnani in d. cap. ex parte à n. 75. vsque 87. et n. 88.* docet quod cum causæ prædictæ concurrunt, peti etiam debent licentiam à Sede Apostolica, vt dicitur in Tridentino loco cit. & *c. relatum de cler. non resident.*

SE-

Digitized by Google

SECTIO PRIMA.

Quæ sit Christiana Charitas.

LIcet in adducta doctrina Fagnani omnes causæ expressæ in textu Concilij
1 contineantur; actamen melius esse mihi videtur, illas singulatim explicare, prout fecerunt cæteri scribentes, quorũ doctrinas afferre nec pudet me, nec tædet, & in quantum ad primam causam scilicet Christiana charitas, per hãc causam intelligũt omnes proximorum vtilitatem, cum proximus scilicet noster est in aliquo periculo, cui, vt succurratur potest Episcopus abesse, si sua industria, & dexteritate in rebus agendis, atque prudentia, prodesse poterit proximo, veluti ad sedandas inimicitias graues, & discordias componẽdas; ad odia extinguenda, ad lites terminandas, ad peccata alicuius Populi vitanda, maximè in rebus fidei propter adstantes hæreticorum turmas, nam tunc benè abesse poterit, *Toletus in summa lib. 5. cap. 4. vers. per Christianam Charitatem Genuensis in manuali Pastor. c. 31. num. 3. Sotus de iust. lib. 10. q. 3. art. 4. Azor. in sum. p. 2. lib. 7 c. 4. q. 4. vers. ad primum caput Filiuc. tom. 3 tract. 41. c. 6. n. 27. Barbos. de pot. est. Episcop. alleg. 53. n. 3. Bonac. de oblig. benefic. disp. 5. punt. 5. n. 7. Tambur. de iure Abb. tom. 1. disp. 14. q. 4. n. 1. Hurtad. de ref. lib. 2. ref. 10. Toletus, Azorius, & Filiuc. & Barbos.* addũt
3 etiam ad iuuandum priuatam Ecclesiã aliquam, & explicat Toletus si reperiatur in periculo lapsus in hæresim, & ita quoque *Squill de obligat. Episcop. 1. p. cap. 2 num. 8.* item Hurtad. addit, si familia
4 Episcopi, hoc est puritas sanguinis, vel infamia Læsæ Maiestatis immineat: sed eum hac moderatione intelligendum oportet, licitum esse Episcopo ob hanc causam abesse, dummodò aliquod spirituale damnũ notabile non sequatur suo
5 gregi; nam cæteris paribus semper magis tenetur ad propriam Ecclesiam, & ad proprios filios, ad quorum gubernationem, & custodiam vinculo iustitiæ tenetur, quàm ad quoad alios, seù cæteros, ad quorum salutem dũtaxat charitate stringitur, & ideo si tunc vrget christiana charitas ad proximos adiuuãdos, quando nullum timetur damnum in propria Ecclesia, poterit abesse. Insuper debet, dum discedit Episcopus relinquere Economum in propria Ecclesia. Doctores nuper citati præsertim Toletus.

SECTIO SECVNDA.

Quæ sit vrgens necessitas.

SEcunda causa, quæ in Tridentino exprimitur, est vrgens necessitas, sub qua
1 plures casus includuntur, & primus est, infirmitas; cum enim quis est infirmus, potest aerem declinare, & alibi proficisci ad se curandum, ad balnea ire. hoc enim à sacris Canonibus est permissum, prout notauimus supra in can. quorundam 74. *dist. Glos. in Clem. 1. de statu Monarch. §. caterum verbo ea rationabili causa Gigas de resid. c. 17. num. 37. Caietanus 2. 2. q. 185. art. 5. vers. impedimentum intrinsecum Toletus loco cit. vers. ad secundum caput Filiuc. loco cit. supra Hurtad. de resident. lib. 2. resol. 12.* Per infirmitatem autem
2 intelligimus habitum corporis præter naturam, prout dicit *Hostien. in sum. de Clerico ægrotante n. 1. Pax. Iord. tom. 1. prælud. 8. num. 49.*

Hoc tamen procedere dixit *Gigas d. num. 37.* quando non immineret necessitas, seù periculum, suę Ecclesiæ, cui eius
3 obuiaret præsentia, tunc enim dicit Gigas, etiam propter infirmitatem nõ posse Episcopum à sua Ecclesia absentare, sed ægritudinem patienter substinere debere etiam vsque ad mortem inclusiuè potius, quam suam deserere Ecclesiam, iuxta verbum Domini dicentis *Ioann. cap. 10.* bonus pastor animam suã ponit pro ouibus suis. Pro hac opinione citat *Caietanum 2. 2. q. 185. art. 5. & etiam docet Squill. loco cit. num. 9.* Sententia hæc
4 probatur expressè ex doctrina *S. Thom. 2. 2. q. 26. art. 5.* in corpore in fine, vbi docet S. Doctor, quod magis debemus diligere proximum quoad salutem animæ, quam proprium corpus, sic expressè illic habetur, quod præferenda est salus animarum saluti corporali, ad hoc autem tenetur Episcopus ex vi sui officij,

nam

nam ei incumbit iure diuino procurare salutem animarum, ergo cum ex sua absentia sequi potest periculum aliquod suæ Ecclesię, & suis ouibus, non potest se absentare, sed postponere debet propriam salutem corporalem, vt iuuare possit saluti ouium suo regimini supposita rum, ac idemtitati suę Ecclesiæ prouidere; ita enim fieri debet, sed vtinam fieret! Ob morbum autem perpetuum
5 non esse licitam absentiam, decisum dicit *Barbos. alleg. 53. et Squill. d. c. 2. n. 15.*

Sic etiam aeris intemperies iustã præstat causam absentandi à propria resi-
6 dentia. *Paris. de resig. lib. 5 q. 3. n. 247. Tuscus de visitatione lib. 1. cap. 28. nu. 9. Azorius loco cit. d. vers. ad secundum ibi aeris intemperiem Squill. de oblig. Episcoporum p. 1. cap. 2. num. 19. Pacis Iord. tom. 1. lucubrat. pralud. 8. n. 76. qui num. 38.* dicit aerem intemperiem differendi accessum
7 ad Ecclesiam, nam ęstiuo tempore accedere ad aliquas regiones esse valdè periculosum, ac propterea tuta conscięntia expectari posse tempus aptius, quod vtinam, ait Pacis, animaduertissem anno 1627. non enim discessissem de mense Iunij ab Vrbe, vt ad Ecclesiam meam residerẽ, sic enim euasissem periculosissimam, & diuturnam nouem mensium ægritudinem ex itinere ob extiuos calores Paduæ contractam, sed addit Pacis: Hodie tamen post bullam Vrbanam de residentia relatam supra fortè non excusaret ab itinerãdo ęstiuus calor: verum apud me rigorosum videtur, summum Pontificem tam inhumanum credere, vt etiam cum vitæ discrimine absque euidenti necessitate velit, Episcopũ petere propriam residentiam. hæc ille.

Hoc tamen non procedere, ait Pacis *num. 79.* quando huiusmodi aeris intem-
8 peries non esset in tota Dięcesi, sed in aliquibus partibus tantum, nam tunc moram poterit facere in locis salubribus; petit insuper Pacis. Sed quid si in loco salubri non esset congrua habitatio pro Episcopo. Respondet, crederem
9 posse abesse tempore intemperiei saltem & solitum esse Papam pro hac causa ad tempus dispensare per litteras priuatas, dicit Corradus *prax. disp. lib. 5. cap. 8. n. 5. Squill. loco citato.*

Sub hac eadem causa comprehendit
10 multi Doctores citati, præsertim Azorius, tempus pestis. ibi, pestem euenientem *Filiuc. loco cit.* Hanc sententiam tenuerunt multi nostri Doctores, præsertim *Tuscus litt. R. rub residere concl. 249. num. 5. & alij* quos infra citabo, sed res hæc non potest transire sic simpliciter, sed exigit maiorem explicationem: nam
11 multa occurrunt dicenda. Primum est, quod grassante peste in Ciuitate, si Episcopus reperitur extra Ciuitatem in Dicœcesi, non tenetur ingredi Ciuitatẽ, & exponere se periculo periclitandi, cũ muneri suo, & saluti animarum rectè per alios cõsulere potest; satisfacit enim Episcopus, si in aliquo Dicœcesis loco re-
12 sideat, vt dicitur in Tridentino, Episcopus dicitur agẽs vniuersalis in toto suo Territorio, seù Dicœcesi, & habet ministros immediatos, & proximos nempè Parochos, per quos animarum salutem
13 procurare debet, ipse autem debet super intendere, & vigilare, vt isti suo muneri satisfaciant, quod exequi potest Episcopus in quolibet loco suæ Dięcesis residendo, nec tenetur per se ipsum administrare Sacramenta, sed vt dictum
14 est, per Curatos, ergo cum Episcopus inuigilat, vt Curati administrent Sacramenta in casu in quo tenentur, iam suo muneri satisfacit, cum ergo finis habetur absque eo, quod se exponat Episcopus periculo, obligandus non erit ad periculum subeũdum, & eo magis, quia
15 expedit saluti animarum, & bono publico, vt Episcopus suam seruet personam, nam cum viuus, & sanus permanet, potest dare remedia necessaria, & opportuna, prout necessitas suadebit, & cum vnus Curatus, seù Parochus deficit, potest statim alium sufficere in locum, vel demortui, vel infirmi, quod neuti quam adimpleri potest sic facilitèr, si Episcopi, deficiant eo enim deficiente nullæ prouisiones sic statim fieri possunt, nec occurri præsto poterit omnibus necessitatibus in diem occurrentibus, neq; Vicarius Capitularis
16 sic expeditam poterit facere prouisionem, cum nec talem authoritatem habeat, nec sic exigere poterit obedientiã à subditis: prouisiones à Romana Curia

non

Digitized by Google

non sic cito haberi poterunt, quare in his casibus pro salute animarum expedit Episcopum conseruari incolumem, & præseruari à malo, habemus enim exẽplum Diui Pauli, qui præseruauit suam
17 personam in sportam se faciendo dimittere per murum, vt mortem euaderet, nam Præpositus gẽtis Arethæ Regis custodiebant Ciuitatem Damascenorũ, vt illum comprehenderet: hoc enim fecit Paulus Apostolus, vt Ecclesiæ vtilitati inuaret sua prędicatione, presentia, & authoritate, vt ipse testatur in actibus Apostolorum, dummodo tamen per
18 ministros ideoneos suo satisfaciat muneri, ita docent Diuus Augustinus *ep.* 180. *D. Thomas* 2.2.*q.* 185. *art.*5. *ibique Cardinalis Caietanus, Suarez tom.*4.3 *par. dist.*44. *sect.*3. *num.*9. *Genuensis in manuali Pastorum cap.*31. *Card. Tolet. lib.*4. *nu.*10. *Layman. lib.*2. *tract.* 3. *cap.*3. *Macedo de de clauibus Petri lib.*4. *de claui Sacramentali cap.*7. *fol.*515. *Bonac. de resid. beneficiatorum par.*5. *num.*5. *Ripa de peste tit. de priuil. contract. num.*147. *Marchinus de peste par.* 1. *cap.*2. *num.* 11. *cum sequent. Molfes. in sum. tract.*6. *cap.*11. *num.*32. *Fagundez ad præcept. Ecclesiæ p.*3. *c.*3. qui omninò videri poterit: & dummodò etiam non sit
19 magna distantia à loco, in quo moratur Episcopus ad locum peste affectum, & cõmodè possit Episcopus prouidere necessitati sui populi; non tamen idem est
20 iudicium de Curatis, seù parochis, quia isti tenentur immediatè ad curam animarum, nec spectantur vti causa vniuersalis, sicuti reputatur Episcopus. Parochi enim sunt propri Sacerdotes, Episcopus autem alijs enim negotijs incũbere debet, & eius officium vniuersale est, ac toti communitati magis prouidere debet, quam singulis. *Macedo loco cit. Marchinus loco cit. nu.*12. *Baldell. Theolog. moral. tom.*2. *lib.*2. *disp.*19. *num.*17.
21 Tenentur tamèn Episcopi in defectum, vt communiter asserunt Doctores citati, quibus adde *Barbos. de potestate Episc. & alleg.* 53. *num.*9.

Item Episcopus tuta cõscientia, grassante peste in Ciuitate, potest de illa
22 egredi, & extra Ciuitatem commorari in loco aliquo suæ Diœcesis, quia satisfacit præcepto residentiæ, si in Diœcesi residеat, vt clarè patet in dictis locis Concilij; dummodò tamen in Ciuitate idoneos, ac sufficientes relinquat ministros, qui Sacramenta ministrent, Suarez, Toletus, Macedo, & alij locis citatis, atque ita declarasse Gregorium XIII. die 18. Decẽbr. 1576. testatur *Fagnan. in cap. clericus n.*47. *de cler. non resident.*

Cum vero contigerit per totam Diœ-
23 cesim pestem grassari, dicimus non teneri Episcopum intra Diœcesim commorari, sed posse extra illam egredi, ac in vicino, & tuto loco manere, & exinde inuigilare, & ouibus suis consulere, ita docent *Suarez. disp.*44. *sect.*10. *n.*11. *Macedo loco cit. fol.*515. *& 516. Azor. Filiuc. loco cit.* Si enim velit in propria Diœcesi assistere, optimè faciet Episcopus, sin-
24 autem non erit reus criminis lethalis, sed poterit alio aufugere, vt dicũt Doctores citati, sed semper intelligitur illa conditio si per alios ministros gregi, & eorum saluti succurrere cõmodè poterit, vt dicit Diuus Augustinus *epist.* 180. *& S. Thom.* 2.2. *q.* 185. *art.*5. ibi. Si verò subditorum saluti possint sufficienter in absentia Pastoris per alium prouideri, tunc licet pastori, vel propter aliquod commodum Ecclesiæ, vel propter periculum corporaliter gregem deserere: verba autem Suarez *de pœnitẽtia tit. de extrema vnctione disp.*44. *sect.*3 sunt hæc: dicas iure diuino tenetur residere ex *Trident. sess.*23. *cap.*1. *de reform.* hæc autem obligatio tunc maximè vrget *cap.*1. *de reform.* Respondeo in primis non teneri ad residendum in vno, & eodem loco, sed in sua Diœcesi potest, ergo à loco pestilentiæ discedere, & in alio suæ Diœcesis manere, deindè si cõtigat, pestem per totã Diœcesim serpere, nõ aut nõ posse in tota illa tuto manere nõ erit contra præceptũ de residẽdo prò tunc habitare in aliquo loco vicino Diœcesis, quod fieri possit, & inde attendere ad bonum regimen Diœcesis, prouidendo omnibus necessarijs quantum potuerit, quia præceptum illud nõ pluſquam obligat, quam ratio iustitiæ, & charitatis ex natura sua obligat, hæ autem virtutes in eo casu non amplius obligant, quia solum obligant ad residendum propter spirituale regimen-

ouium

ouium, ad hunc autem finem expedit tunc, vt pastor superior, & Architectonicus sit in loco tuto, tum vt possit ouibus melius prouidere, tum etiam vt se ad ouium salutem, & commodum melius conseruari possit. hæc Suarez. Verba etiam hæc transcripsit Macedo loco, cit. & ita quoque absq; dubio docet Fagundez ad primum Decalogi præceptū *cap.29. num.2. & 5.* dummodo ministros relinquat, vt dictum est supra, quibus non relictis omninò negat idem Fagūd. & ita quoq; tenere videtur *Squill. de obligat. Episc. par.1. cap.1. n.17. & 18.*

Sed *Fagnan. in d. cap. clericus de cler. nō* 25 *reſident. n.41*, dicit declaratum fuisse per Sacram Congregationem 6. Decēbris 1576. teneri omninò Episcopum residere, sed non teneri per seipsum ministrare Sacramenta, sed posse per ministros: pro qua declaratione optimè facit authoritas *D. Thomæ 2.2. q.185. art.5* in fine, vbi docet, quod quando periculū est commune Episcopo, & toti suo gregi, tunc non potest Ecclesiam suam deserere, sed tenetur animam suam pro ouibus ponere.

Quæ autem Sacramenta sint tempo-
26 re pestis administranda, meum non est explicare vide *Suarez tom.4. disp.44. sect. 3. Excobar tom.1. lib.8. sect.8. problemat. 58. à num.25. Malleum tom.1. Malleat.23. Barat. q. Toletum lib.4. cap.10. num.5. Fagund. loco cit. p.3. lib.3. cap.3. Layman lib.2. tract.3. c.3. num.3. Diana p.5. tract.3. resol. 53. Fagnanum loco cit. sub num.40.* qui affert declarationem Sacræ Congregationis, in qua dicitur, quod ad Sacramētum Baptismi, & Pœnitentiæ omninò teneri, sed certum dicit *Fagund. ad dict. primum Decalogi præceptum d.cap.29. nu.8.* quod cum Episcopus residet, non tenetur, nisi in subsidium, quia officiū Episcopi est regendi, non administrandi Sacramenta, nisi, vt dictum, est in subsidiū.

Ex collectis patet, quam mali Au-
27 thor quidam in quodā suo manuscripto momorderit Eminentissimum quondam Cardinalem Ascanium Philamarinum Archiepiscopum Neapolitanum, virum ex omni parte conspicuum, & immortalis memoriæ, eo quod tempore pestis ad Cœnobium Diui Martini confugerit, ibique lue grassante permanserit, quando cuicumque prospectum est, illud celebre Monasterium intra Ciuitatem Neapolitanam esse constructū, & ab eo potuisse, vt fecit, omnibus rebus necessarijs suum gregem prouidere in fero illo cōtagio, quod Ciuitatē hanc præclaram maximè afflixit, vndè in illa mortuos ferunt, quod vix simile in historijs legitur supra quingentos millia homines, quorum ferè nullus absque Sacramenti pœnitentiā obijt, siquidem Cardinalis Archiepiscopus omnibus reparauit necessitatibus, & maxima sollicitudine curam gessit pastoralem per suos idoneos ministros; prudenter enim, & sanctè fecit se subtrahendo à periculo illo tam manifesto, non vt sibi, sed vt gregi suo consuleret, si enim obijsset, prout moraliter est credendum, quis postea superintendisset, & vigilasset gregi suo? quis enim ouiculas in tantis periculis constitutas à Lupis defendisset? nam & sacrilegia tunc, & furta, & incestus, & adulteria similiaque facinora, vel cum sacrorum, cætuum & sanctarum Monialium periculo facinorosi homines tentare, quandoque etiam committere, audebant, prout mihi homines probatæ vitæ retulerunt. Nam plerique ex illis, qui tunc remanserunt, immortales se credebant, ex quo à tam diro morbo se euincti non potuisse viderunt, ideo insolentiores, & pertinaciores in peccatis euaserunt. Si diem tunc claudebat extremū Cardinalis Philamarinus, quādo nam poterat alter Præsul Ciuitatem intrare, & interim quis poterat gregem à Lupis defenderè; rectè igitur fecit, cū personam suam à morte subtraxit, vt ouibus prospiceret in tanta necessitate: pudere se debebat Doctor ille hominē tam eximium mordere, qui vigilantia, prudentia, atque animi fortitudine in omnibus per viginti quatuor ferè annos Neapolim rexit Ecclesiam, qui nec timore, vel alia humana affectione flecti numquam poterit ad relaxandam pastoralem sollicitudinem, vel libertatem, Ecclesiam non tuendam. Fuit alter Thomas Cantuarien. in hac parte, qui à sancto proposito priuatis commodis

deterreri minimè poterit, non respexit carnem, aut sanguinem, neq; in eo humanitatis sensus pastoralis officij constantiam labefactauit.

Item sub hac causa ponūt nostri Do-
28 ctores bellum, tempore enim belli excusantur Episcopi à residentia. *Azorius loco cit. vers. ad secundum ibi bellum Filiuc. loco cit. & alij passim.* Verum semper cum debita protestatione, nisi periculum immineat gregi, nam tunc cum proprio discrimine vitæ tenetur residere.

Sub eadem causa comprehēdunt Do-
29 ctores nostri persequutionem Tyrannicam, vel populi se, ita ait *Azor. loco citato* ad secundum caput reuocatur cū quia ad tempus abest ob morbum curandum bellum hostium in cursus pestem seuientem aeris intemperiem, vel ob inimicitias odium, vel offensionem Principis, vel Populi declinandam, deniq; ob vitæ vel salutis, vel libertatis periculum ad tempus euitandum, sic etiam dicit *Filiuc. loco cit. d. cap. 6. sub num. 29. Hurtadus d. lib. 2. resol. 15. alias 12. num. 6. & 7. Gigas de resident. d. c. 17. n. 7. & alij.*

Verum non excusare, dixit Fagn. quo-
30 tiescumque sine præsentia Prælati non est tuta fides Ecclesiæ, quam etiam sententiam, scilicet non esse licitam fugam Episcopo ob persequutionem extrinsecam hostium, docent etiam alij præsertim *Pacis Iord. tom. 1. prælud. 8. num. 20. & num 20.* cum eisdem quasi terminis Fagnani, quando per alium prouideri non potest, nam tunc non licere propter periculum corporale aliò declinare, quia si alia via non possit saluti subditorum cōsuli, tenetur potius Episcopus animā ponere pro ouibus suis, sed si per Vicarios, & subditos possit consulere, licitū erit recedere, quod etiam temperat Pacis, nisi ex hac absentia scandalum aliquod oriatur, nam licet consuli possit saluti animarum subditorum alia via, quia tamen subest scandali periculum, debet à fuga abstinere, & apud oues suas morari, quia potius vitandum est scandalum populi, quod iustè mouetur, quàm scandalum persequutorum, quod mouetur iniustè, & eo magis, dicit Pacis, procedit hoc, quando essemus in casu persequutionis extrinsecæ contra Prælatum, ac totum Clerum, quia non possunt omnes fugere, aut Ecclesiam deserere, nam deficientibus Ecclesiasticis, non potest saluti animarum prouideri, sic etiam *Pacis loco cit. num. 34.* ait, si esset persequutio contra totam Ecclesiā, nimirum contra Episcopum, cōtra Clerum, & contra totum Populum siuè ab infidelibus, siuè etiam à fidelibus, veluti si queratur, vt locus aliquis subiciatur alicui ad perturbandam fidem, aut saltem ad temporale dominium acquirendum in eo, tunc similiter concluditur regulariter non esse licitam fugam, quia tenemur pugnare pro patria, illam defendere, & dicit communem hanc esse conclusionem Doctorum.

Pro hac sententia, scilicet, quod non
31 liceat deserere gregem tempore persequutionis extrinsecæ, & hostilitatis, adducitur canon suggestum 7. q. 1. in quo Canone refertur Epistola Liberij Papæ ad omnes Episcopos, dicitur ibi, *Suggestum nobis est, quod pro prateritis laboribus & infestationibus nonnulli vestrum assignatas sibimet, & à Deo commissas relinquant plebes, & in futurum plures, relinquere velint eas, quas tueri debent Ecclesias, & pro quibus sibi commissis laborare negligant, & monasteriorum se quieti contradicere festinent, et vacationem ab Episcopatus laboribus eligere, et silentio, atque otio vitam degere magis appetant, quam in his, quę sibi commissa sunt, permanere, dicente Domino, Beatus qui perseuerauerit vsque in finem. Vnde namque est ista perseuerantia, nisi de virtute patientiæ, quam secundum Apostoli prædicationem omnes, qui volunt in Christo piè viuere, persequutionē patiuntur. Ideo fratres charissimi non vos afflictionū amaritudo à pia mentis vestra proposito coarctet recedere, considerate namque quanta pro absolutione nostra, & liberatione Creator Dominusque, & Redemptor noster pertulerit, quibus se contumelijs afficiendum tradiderit, vt nos à vinculis potestatis diabolicæ liberaret. Attendite itaque vobis, & omni gregi in quo vos Spiritus Sanctus constituit Episcopos regere Ecclesiam Dei, quā acquisiuit proprio sanguine, & non sit, qui vos decipiat, aut seducat in subtilitate sermonis, vt plebes vobis commissas relinquatis, & alicui propter malorum opprobriorum*

ho-

hominum quieti vos fundatis, & vos solummodo saluetis, & filios orphanos relinquatis.

Item adducitur *cap. sciscitaris*, & cau-
32 sa, & quæstione, in quo Canone refertur Epistola Nicolai Papæ ad Humifridum Morienensem Episcopum: *sciscitaris, inquit, itaque per Gualdagarium Presbyterum vestrum cum à Normandis de Episcopatu depellaris, debeas de cætero in Monasterio conuersari, in quo scias, charissime Frater, quod si perniciosum est Proretam in tranquillitate nauem deserere, quanto magis in fluctibus, vbi non dicimus, quod persequutorum non fugiamus maximè paganorum insidias, cum ad tempus sæuiunt, & ob multitudinem delictorum nostrorum nocendi facultatem diuinitus assequuntur, præsertim cum eis prodire vltra non debeamus, & multos Prophetas, & Apostolos, ipsumque Dominum huiusmodi fugisse insequutores, luce clarius constat, sed quod præcipuè nos, qui tamquã arietem ducatum gregibus præbemus, imo qui, & horum pastores sumus, Deo authore, cum eis in periculis pro viribus persistere pro certo communicat, notanda sunt, hæc verba, quæ indicant, Prælatos debere persistere in huiusmodi infectationibus & cum tranquillitas reddita diuina fuerit pietate sopitaque furentium infestatio, mox gregem requirere, & in vnum colligere, & eius animos cælestis patriæ pace, ac potissimũ seueritate prædicata rursum erigere debemus, & tamdiù super eorum cautela oportet, nos esse sollicitos, vt si Dei iudicio præsentis temporis commoda ..... amittunt, futuræ vitæ sperent gaudia absque ambiguitate percipere sempiterna.*

Similitèr facit *tex. in cap. nisi cum pri-*
33 *dem de renunciat.* §. verum ibi propter laboris angustias, aut persequutionis incursus non debes deserere sponsam, tamen cui deficiendo manum apud extraneum se fide media copulasti sciens, quod beati sunt illi, qui persequutionem patiuntur propter iustitiam, quoniam cum probati fuerint, accipient coronam vitæ, quem repromisit Deus diligentibus se, vbi optimè glosa in verbo diligendo manum.

At pro prima sententia vrgent quam
34 plurima exempla, tum veteris, tum noui testamenti, & authoritatis Sacræ Scripturæ, si quidem in veteri testamento Elias fugit à facie Acab. 3. Regum. *cap.* 19. Dauid à facie Saul primo Regum *cap.* 24. Hieremias in Ægyptum fugit. Hier. *cap.* 43. In nouo testamento Christus Dominus, & docuit, & fecit, docuit enim Matth. *cap.* 10. cum dixit, si persequuti vos fuerint in vna Ciuitate, fugite in aliam, fecit etiam ad iam in Ægyptum fugit propter Herodem, qui animam eius querebat. Matth. *cap.* 2. & cum vellent eum Iudæi præcipitare, desupercilio montis euasit. Lucæ 4. sic etiam quando Iudæi tulerunt lapides, vt iacerent in eum, abscondit se, & exiuit de templo. Ioan. *cap.* 8. cum esset S. Petrus in vinculis, Deus mandauit Angelum, & eum liberauit à vinculis, & eripuit eum de manu Herodis. Actor. 12. D. Paulus cum post suam cõuersionem confundebat Iudæos, qui habitabant Damasci cũ implerentur dies, *multi consilium fecerunt Iudæi, vt eum interficerent, notæ autem factæ sunt Paulo insidiæ eorum, & custodiebant autem portas die, ac nocte, vt eum interficerent. Discipuli autem acceperunt eum, & per murum demiserunt submittentes in sporta Actorũ cap. 9. & 2. ad Corinth. cap. 11. ibi Damasci Præpositus gentis Aretha Regis custodiebat Ciuitatem Damascenorum, vt me comprehenderent, & per fenestram in sporta dimissus sum per murum, & sic effugi manus eius. Hinc dixit D. Gregor. lib. 2. Dectal. c. 3. prout refertur in can.* ibi *adunati vlti. 7. q. 1. vnde ille quoque egregius Prædicator, qui dissolui cupit, & esse cum Christo, cui viuere Christus est, & mori lucrum, qui passionum certamina, non solum ipse appetijt, sed ad tollenda nec alio accedit Damasci persequutionem passus, vt posset euadere murum funem sportamque quæsiuit, sequè latenter deponi voluit.*

Item probatur hæc sententia ex can.
35 temporis eodem 7. *qu.* 1. in quo canone refertur eumdem D. Gregorium mãdasse Ioanni Episcopo Velletrino, vt sedem suam Episcopalem in aliam Ciuitatem transferret, vt periculum euitare potuisset. Nec facit dictus Canon sciscitaris, qui affertur pro contraria sententia, quia ibi expressè legitur, quod ad euitãdum insidias paganorum,

Digitized by Google

ficitum sit alio se posse Episcopum trãs-
ferre, facit hoc Sanctus Athanasius, qui
ob persequutionem hæreticorum, & ad
euitandam mortem, & alia pericula Ec-
clesiam deseruit, Romam, Mediolanum
petijt, alioque aufugit, vt patet in Hi-
storia eius vitæ, & fusè descripsit Car-
dinalis Baronius an. 342. & 346. & ali-
bi. Diuus quoque Thomas Cantuarien-
sis ob persequutionem, quam ei infere-
bat Henricus Rex Angliæ à suo Episco-
patu Cantuariẽsi discessit, Belgiam Cõ-
uentum Pontianacense, Galliam, Ale-
xandrum III. alioue petijt, vt in eius
legenda habetur, & latè Baron. ann.
1164.

Hæc in quãtum ad persequutionem,
36 quam extrinsecam dicunt, considerari
possunt. Inquantum autem ad intrinse-
cam, quam fieri dicunt à Clericis incor-
rigibilibus, & cæteris fidelibus suæ
Diœcesis, dicunt quamplurimi Docto-
res non licere discedere, mouentur ex
pluribus. & primo faciunt omnia, quæ
allegata sũt, supra scilicet discedere nõ
liceat ob hostium incursionem. Secũdo
quia ex absentia Pastoris multa mala
gregi sequerentur, legimus enim primo
Regum *cap.* 30. quod Ciuitas sic eleg.
ab Amalacitio depressa fuit eo quod
Dauid non esset præsens, in quo loco
Lyranus ait, optimè significatur, quod
in absentia boni Prælati à Diœcesi Dæ-
mones incendunt populum suum igne
concupiscentiæ carnis, & ducunt eum
captiuum multiplicibus peccatis. Item
quia Christus Dominus. Matth. dixit
nolite timere eos, qui occidunt. corpus
animam vero non possunt occidere, sed
potius eum timete, qui potest, & ani-
mam, & corpus perdere in gehennam.

Item Ioan, 10. dixit Christus Domi-
37 nus, bonus pastor animã suam dat pro
ouibus suis, vbi Vgo Cardinalis ait,
animam suam, idest vitam temporalem
dat, vel ponit non inuitus, sed libens,
& spontaneus pro ouibus suis pascen-
dis, & viuificandis, & eruendis à Lu-
pis. Item Matth. 10. dicitur, & qui non
accipit Crucem suam, & sequitur me,
non est me dignus, qui inuenit animam
suam, perdet illam, & qui perdiderit
animam suam propter me inueniet eam
quod replicauit apud eumdem Matth.
cap. 16. addens, quid enim prodest ho-
mini, si vniuersum mundum lucre-
tur? animæ suæ vero detrimentum pa-
tiatur, aut quam dabit homo commu-
tationem pro anima sua? quod totum
repetijt S. Marcus *cap.* 8. & idem habe-
tur apud S. Lucam *cap.* 9. & apud eum-
dem Lucam *cap.* 14. dicitur, si quis venit
ad me, & non odit patrem suum, &
matrem, & vxorem, & filios, & agros,
& sorores, adhuc autem & animam suã
non potest esse meus discipulus, & apud
Ioan. 12. qui amat animam suam perdet
eam, & qui odit animam suam in hoc
mundo, in vitam æternam custodit eam,
si quis mihi ministrat, me sequatur, &
vbi sum ego, illic, & minister meus erit.
Ex istis ergo nullus est corporum no-
strorum casus pertimescendus, neque
nullus interimendæ carnis admitten-
dus est dolor, vt vtar verbis Sancti Hi-
larij in Matth. *cap.* 10. & D. Augustinus
tract 5. in Ioan. postquam explanauit
illa verba apud Ioan. scilicet, qui amat
animam suam, subiungit magna, & mira
sententia, quemadmodum sit hominis
in animam suam, vt amor, vt pereat
odium ne pereat. Igitur pastor de nullo
periculo formidare debet, omneque su-
bire debet, vt in æternum malum eui-
tet, & vt minister Christi ipsum sequi
debet, & sicuti Christus Dominus ani-
mam pro ouibus posuit, ità & Episco-
pus pro ouibus suis.

Insuper facit, quod idem Christus
38 Dominus dixit apud Matth. Beati qui
persequutionem patiuntur propter iu-
stitiam, & Paulus ad Corinth. pr. 4. Tri-
bulationem patimur, & substinemus,
blasphemamur, & obsecramus, quare
D. Cyprianus in Epist. ad Antonianum
qui refertur *cap. Nouatianus 7. qu.* 1. de
Episcopis ait, & per vrbes singulas or-
dinati sunt Episcopi in ætate antiquio-
ri, in fide integri, in præssura probati,
in persequutione proscripti.

Item facit quia præceptum residen-
39 tiæ naturale est, & diuinum, vt dixi-
mus: periculi autem euitandi tantum
naturale; vbi autem concurrunt duo
præcepta, præferendum est maius, præ-
sertim in hoc casu, nam semper tene-
mur

Digitized by Google

mur magis ad ſalutem animarum, quod eſt bonum ſpirituale, quoad corporum noſtrorum idemptitatem. *S. Thom. 2.2. q.26.art.3. in corpore* latè *Baldell. tom.2. lib.2.diſp.19. Layman.lib.2.tract.3.cap.3. num.3.* Bonus itaque paſtor non debet timere periculum proprij corporis, ne mercenarij nomen acquirat, qui querit tantum, quæ ſua ſunt, & temporale, pluſquam æternum amat, paſtor enim non quod vtile eſt ſibi, ſed quod gregi querere debet, dixit Vgo Cardinalis in Ioann. *cap.* 10. ſicut docuit D. Paulus prima ad Corinth. *cap.* 10. non quero quod mihi vtile eſt, ſed quod multis, vt ſalui fiant.

Tandem adducitur pro hac ſenten-
40 tia *tex.in cap. niſi cum pridem §. propter malitiam de renunciat.* in quo textu, ita dicitur, *propter malitiam autem plebis cogitur interdum Prælatus ab ipſius regimine declinare, quando plebs adeo dura ceruicis exiſtit, vt proficere nequeat apud ipſum, ſed propter eius duritiam quo magis ſatagit eo magis iuſto iudicio deficere permittatur, dicente Domino per Prophetam, linguam tuam adhærere faciam palato tuo, quia domus exaſperans eſt, & Apoſtoli loquuntur dixiſſe Iudæis, ecce conuertimur ad gentes, quia verbi Dei vos indignifuiſtis; non tamen pro qualibet culpa Paſtor debet gregem deſerere, ne mercenario comparetur, qui vidit Lupum venientem, & dimittit oues, & fugit, ſed de ſuperioris licentia, tunc demum poteſt non tam timidè fugere, quam prouidè declinare, cum oues conuertũtur in Lupos, & qui debuerant humiliter obedire, iam irreuocabiliter contradicunt, cum & ſi tales ſint grauiter pro crimine puniendi, ſunt tamen pro tempore vtilitèr tolerandi, qui ſanguinem elicit, qui nimis emungit.*

Ex hoc docent non eſſe licitum deſerere
41 Eccleſiam propter malitiam, ſeu perſequutionem à ſubditis, quam intrinſecam vocant. Plures tamen caſus diſtinguit in hoc *text. Abb. Panormit.* vt ipſum videre eſt, & ita ex hoc textu præter alios docet *Pacis Iordan. dicto prælud. nu.20.* & dicit, quod potius debet Epiſcopus retinere apud ſe armatos, aut in locum munitum ſe recipere, aut alia cautela ſe teneri, & ſuæ ſaluti conſulere, quam fugere, & etiam ampliat, ſi in perſequutione omnes eſſent mali, & ſingulæ oues conuerſæ in Lupos, ſubſit tamen ſpes proficiendi, & correptionis illorum, nam non conceditur illas deſerere per dictum textum, & allegat *Innoc. ibidem num.5. Hoſtienſe num.31. verb. ſin autem, & Abbatem nu. 11. Pariſium d.lib.5.q.3.num.27.* & tanto magis non debet deſerere Diœceſem, quando boni cum malis eſſent permixti, nam boni non ſunt deſerendi propter malos. Sed ſecũdum meam paruam intelligẽtiam ille tex. in *c. niſi cum pridẽ.*
42 potius probare videtur contrarium, nam clarè legitur ibi, quod propter malitiam ſubditorum, licet aliquando, deſerere Eccleſiam, licet nõ præſtet totalem cauſam perſequutio ad translationem ad aliam Eccleſiam, ſiuè ceſſionem, & quod tunc licita ſit abſentatio, ſuadetur ex dictis Athanaſij, & Thomę Cantuar. Epiſcoporum, qui ob perſequutionem Eccleſias reliquerunt, & alio ſe tranſtulerunt, & plura exempla adducit Emanuel Gonzal. *in d.cap. niſi cum pridem de renunciat. ſub.num. 3. & facit tex. in cap. ad ſupplicationem eodẽ tit. de renunciat. in quo tex.* Innocen. III. Archiepiſcopo Raguſien. à reſidentia abſoluit eo, quod non poterat ibi ſecurè morari, & ſi haberet acceſſum ad illam mortis ſibi periculum imminebat.

Quare Nicolaus de Lyra ſupra Matth. cap. 10. docet quod conſideranda eſt
43 perſequutio, nam aliquando eſt perſonalis, vt quando aliquis queritur ad mortem, non principaliter, quia fidelis ſit, ſed determinatè propter ipſam perſonam, & tunc debet eſſe fugiendum exemplo Pauli Apoſtoli, qui per ſportã ſe fecit dimittere per murum, quia alij fideles permittebantur tutè in Damaſco habitare, ſed querebant Paulum ſolum interficere, quia ex perſequutore ſe fecit Prædicatorem Chriſtianæ fidei: ſi vero non ſit perſequutio perſonæ, ſed fidei, & iuſtitiæ, tunc ſi Epiſcopus percipiat probabiliter, quod ex eius fuga ſequitur determinatum, aut fidei, aut iuſtitiæ depreſſio, fuga erit mala, & peccatum mortale, quãdo autem hoc pro-

ba-

Digitized by Google

babiliter non apparet, sed magis contrarium, quia ex fuga potest fieri alibi vtilitas Ecclesiæ existentia autem non nisi ministrorum Ecclesiæ occisio à canibus obstinatis, & tunc fugiendum.

At si attentè Doctores citati in vtroque dubio perlegantur, apparabit clarè, ipsos non esse inter se contrarios in substantia, sed in modo loquendi tantum, nam qui negant vtroque casu fugam, & absentiam Prælati à suo gregi, illam concedũt, quando nullum sequitur detrimentum ouibus, & potest Episcopus per alios ministros què succurrere ouium idemtitati, & necessarijs: qui vero affirmant licitam esse absentiam, & fugam, limitant vero nisi damnum, & periculum super ouibus, & nõ prout per alios ministros supplere; igitur mihi concordare videntur. 44

Decisionem ergo dubij optimè hoc modo fecit *D. Thomas* 2.2. *qu.* 185. *art.* 5. in corpore, vbi proposito dubio an liceat ob aliquod periculum, & persequutionem, Episcopum deserere Ecclesiam, ita respondet, *Respondeo, dicendũ, quod in qualibet obligatione præcipuè attẽdi debet obligationis finis, obligant autem se Episcopi ad exequendum pastorale officiũ propter subditorum salutem, & ideo vbi subditorũ salus exigit personæ pastoris præsentiam, non debet pastor personaliter suum gregem deserere, neque propter aliquod cõmodum temporale, neque etiam propter aliquod personale periculum imminens, cum bonus pastor animam suam ponere teneatur pro ouibus suis: si vero subditorum saluti possit sufficienter in absentia pastoris per alium prouideri, tunc licet pastori, vel propter aliquod commodum Ecclesiæ, vel personæ periculum, corporaliter gregem deserere.* Vndè Augustinus dicit in Epistola ad Honoratũ, fugiant de Ciuitate in Ciuitatẽ serui Christi, quando eorũ quisq; specialiter à persequutoribus, queritur vt ab alijs, qui non ita quæruntur, non deseratur Ecclesia, cum autem omnium est commune periculum sic qui alijs indiget non deserantur ab his, quibus indigent, si enim periculosum est, nautam in tranquillitate nauem deserere, quanto magis in fluctibus, vt dicit Nicolaus Papa, & habetur 7. *qu.* 1. hæc S. Thomas. & latius ante ipsum explicauit D. Augustinus in Epistola 180. quam scripsit Honorato Episcopo de qua, mentionem fecit S. Thomas; explicat enim ibi D. Augustinus distinctius quibus, quando, & quomodo fugiendum sit imminẽte periculo Epist. longa est, sed tãtũ parua hic trascribere fas erit, vt simul cum horum Ecclesiæ Doctorum authoritate quæstio proposita omninò eneruetur. 45 46

Ait enim D. August. *cur enim sibi putauit indifferenter obtemperandum esse præcepto, vbi legunt de Ciuitate in Ciuitatem esse fugiendum, & mercenarium non exhorreat qui vidit Lupum venientem, & fugit, quoniam non est ei cura de ouibus: cur nõ istas duas dominicas veraſque sententias, vna scilicet vbi fuga sinitur, aut iubetur, alteram, vbi arguitur, atque culpatur, sic intelligere studeat, vt inter se reperiantur non esse contrarię sicut non sunt, & hoc quomodo reperitur, nisi attendatur, quod iam superius disputaui tunc de locis, in quibus sumus premente persequutione fugiendum esse Christi ministris, quando ibi plebs Christi non fuerit cui ministretur, aut etiam fuerit, & potest impleri per alios necessariũ ministerium quibus non est eadem causa fugiendi, sicuti in sporta submissus, quod supra memoraui, fugit Apostolus cum à persequutore propriè ipse quereretur, alijs vtique necessitatem similem non habentibus, à quibus illic ministerium abfit, vt desereretur Ecclesia, sicuti fugit S. Athanasius Alexandrinus Episcopus cum eum specialitèr apprehendere Constantius cuperet Imperator, nequàquam à cæteris ministris deserta plebe Catholica, quæ in Alexandria commorabat. Cum autem plebs manet, & ministri fugiunt, ministerium que subtrahitur, quid erit, nisi mercenariorum illa fuga damnabilis, quibus nõ est cura de ouibus; veniet enim Lupus non homo, sed diabolus, qui plerumq; fideles apostatas esse persuasit, quibus quotidianum ministerium Dominici corporis defecit, & peribit infirmus in sua non scientia, sed ignorantia, frater, propter quem Christus mortuus est, quoad antẽ ad eos attinet, qui hac re non falluntur errore, sed formidine superantur, quare non potius cõtra suum timorem Domino miserante, atq; adiuuante fortiter dimicant ne mala, sine*

com-

comparitione grauiora, quo multo amplius sunt tremenda contigantur fit hac vbi Dei charitas flagitat, non mundi cupiditas fumet, charitas enim dicit, quis infirmatur, & ego non infirmor, quis scandalizatur, & ego non vror, sed charitas ex Deo est, eremus ergo, vt ab illo detur à quo iubetur, & per hanc magis timeamus, ne oues Christi spiritualis nequitia gladio in corde, quam ne ferro in corpore trucidentur, vbi quandoq; quocumq; mortis genere morituri sunt magis timeamus, ne sensu interiori corrupto pereat castitas fidei, quam ne femine violenter construpentur in carne, quia violentia non violatur pudicitia, si mente seruatur, quoniam nec in carne violatur, quando voluntas patientia sua turpiter carne non vtitur, sed sine contentione tolerat, quod alius operatur magis timeamus ne lapides vini extinguantur deferentibus nobis, quã ne lapides, & ligna terrenarum ædificationum incendantur præsentibus nobis, magis timeamus, ne membra corporis Christi destituta spirituali victu necentur, quam ne membra corporis nostri oppressa hostili impetu torqueantur. Non quia ista non sunt vitanda cum possunt, sed quia potius ferenda sunt, quando vitari sine impietate non poterunt, nisi fortè quisquam contenderit, non esse ministerium impium, qui tunc subtrahit ministerium pietati necessariũ, quando magis est necessarium. hæc D. Augustinus. Ex quibus Ecclesiæ tam præclaris Sanctis Doctoribus optimè colligetur, quod ad euitandum periculum temporale, licitè Episcopus potest recedere
47 à residentia, si tamen sufficienter per alium prouidere potest curæ animarũ, nec detrimentum spirituale gregi ex absentia sequatur: cuius etiam ratio ex eisdem Doctoribus illa assignari potest, quia residentia personalis requiritur propter opus, nempè, vt rectè exerceri possit cura animarum, in qua consistit formaliter, & propriè munus Episcopale, quia vt dictum est suprà, quod qui præsens est tantum corpore, nec explet ea, quæ sunt muneris Episcopalis, non dicitur formaliter residere, cum residẽtia formaliter consistat in exercitio curæ animarum, & propter exercitium requiritur residentia, & sic primo, & principaliter munus Episcopale consistit in opere, secundario vero in personali præsentia, quia illud sine hac expleri non potest, ergo quoties ex vna parte vrget aliqua necessitas, & aliquod immineat periculum, & ex altera cura animarum, & gregi saluti sufficienter per alios prouideri potest, ita ut detrimentum in spiritualibus ouibus non sequatur, licita erit absentia Pastoris. Neque ex hoc sequitur, quod relictis ministris idoneis semper possint Episcopi abesse; quia respondetur, quod periculum graue facit hoc licitũ, non tamen ad libitum voluntatis, vnde duo requirũtur copulatiuè, nempè magnum periculum, & quod nullum sequatur detrimentum gregi, periculum ne sint trãsgressoris iuris positiui, quod nullum sequitur detrimentum, ne sint rei iuris diuini.

Ita quoque loquitur Caietanus in
48 *d. art. 5. vers. quod secundum Sotus de iustit. lib. 10. q. 3. art. 4. Layman. d. cap. 6. de resident. sub num. 3. vers. benè Vasquez in opusculo de benef. cap. 4. tract. 1. dub. 2. n. 35. Homobonus de humanæ vitæ statibus par. 1. cap. 6. prope finem Antius de Excobar. tom. 1. lib. 8. sect. 2. problemat. 58. à n. 25. cum sequentibus.*

Et si aliqui Sancti Episcopi eorum
49 Ecclesias deseruerunt etiam in manibus Luporum, vt fecit Sanctus Athanasius, & alij, hoc instinctu Dei egerunt, & maximè ratione, vt toti Ecclesiæ prodessent, defenderẽtque articulos fidei, maius enim bonum fecit se conseruare, vt Ecclesiam totam, & vniuersalem defenderent, quã particularem tantum Ecclesiæ iuuare, vt optimè dicit, *Hurtado loco cit.* exemplum præbente ipso Domino, qui eripuit Petrum de manu Herodis, vt Ecclesiam vniuersalem fidem orthodoxam melius fundaret, & ita quoque D. Paulus, qui vt Euangelium prædicaret toti orbi, per murum fecit se dimittere, vt dictum sæpè est.

In casu tamen incursus infidelium,
50 nempè Turcarum, qui inimici sunt fidei Christianę, cum nulla spes est defensionis, possunt omnes fugam arripere, & si fugere non possunt, fidem semper tueri debent, & potius mortem subire, quam fœdari, sicuti cum persequutio

est

est contra bona, & iura ecclesiastica, tunc Episcopus non debet se absentare, sed potius mortem subire ad exemplum D. Thomæ Cantuarien. S. Raynerij Episcopi Spalatensis, & aliorum. *Abbas loco cit. Pacts Iord. loco cit. prælud.* 3.

Attamen licèt hactenus tradita vera
51 sint secundum iuris rigorem, melius tamen erit secundum Consilium, vt numquam Episcopus recedat à sua residentia, quamuis per alium officium suum possit supplere, imitari enim debemus primum nostrum pastorem, & caput, qui licet aliter humano generi succurrere poterat, quam mortem subeundo, voluit tamen animam ponere pro ouibus suis, assistat Ioann. Apostolus Epist. 3. in hoc cognouimus charitatem Dei, quoniam ille animam suam pro ouibus ponere, & nos debemus pro fratribus animas ponere: & Diuus Ioann. Chrysost. homil. 59. in Ioannem ait, magnum quidem dilectissimi magnum inquam, est Ecclesię prælatio, & quæ multa indigent sapientia, & fortitudine qualem Christus proposuit, vt animam pro ouibus ponamus, & numquam illas deseramus, & de hac re latè, & eruditè scripsit *Alex. Sperella in suo opere il Vesc. par.* 3. *cap.* 45.

Certum tamèn est secundū me, quod quãdo persequutio est intrinseca à pro-
52 prijs filijs, nempè ab vniuersitatibus, itaut Episcopus factus sit toti populo, & clero exosus, debet non solum abire à Diœcesi, sed illam dimittere, quia in tali casu redditur frustratorium Episcopale munus. Possem huiusmodi rei exẽpla particularia ponere, sed absit, vt ad particularia descendam, & scandalo sim Coepiscopis fratribus meis in Domino.

Ad necessitatem vrgentem reducitur
53 etiam accessus ad Concilium, ita Doctores citati, præsertim *Hurtadus d. lib.* 2. *d. resol.* 11. *nu.* 10. dummodò tamen nullum sequatur Ecclesiæ præiudicium, & taman circa hoc clara disputatio Vrbani VIII. in dicta Bulla sæpius citata sancta Synodus ibi, *præterquam personalis intereſſentia in Synodis prouincialibus, vel Congregationibus, seù Assembleis generalibus, in quibus Ecclesiastici interuenire solent, vel ratione muneris, aut Reipublicæ officijs Episcopalibus, vel Ecclesiasticis maioribus Prælatis adiuncti, cuius ratione ad certum tempus occupari solent, & nunc pro tempore quo illa Synodus, congregatio, vel Assemblea exercitium muneris, seù officij publici.*

Ad hanc causam reduci poterit du-
54 bium illud, an votum peregrinationis factum ab Episcopo excusat à residētia, & an tale votum sit validum; & dicendum est, quod tale votum non tenet, nec excusat à residentia, cum illud explendum currit tempus plusquam trium mensium, prout latè contra Sanchez in *summ. lib.* 4. *cap.* 25. *firmat Thomas Hurtadus d. lib.* 2. *resol.* 13. *seu* 12. quia materia, & iure naturali diuino, & Ecclesiastico prohibita censetur, est enim tale votum pernicioſum, & contra propriam obligationem Episcopi, & non residere est illicitum, & prohibitum ex natura rei, & ideo ad illud non tenetur, & quamuis in *cap. magni*, de voto, & voti redemptione fuerit facta commutatio illi Episcopo, qui vouerat ire Hierosolymã, attamen vt benè obseruat præter alios Emanuel Gonzalez ibidem temporibus illis Innocentij III. qui commutationem illam fecit, tale votum petendi Terram Sanctam erat licitum, & Episcopi quoque ad talem expeditionem inuitabantur, ex Spondano ann. 1199. ideò non poterit Episcopus Treuensis, qui tale votum emiserat, ex se illud non obseruare, Pontifex autem, ex iustis ibi enarratis causis commutauit, hodie tamen certum est, quod huiusmodi vota non sunt licita, nec à residentia excusant.

Item nec votum ingrediendi Religionem emissum ab Episcopo tenet, aut excusare poterit à residentia absque Se-
55 dis Apostolicæ beneplacito, quia licèt ingrediendi Religionem votum sit bonum ex sui natura, & obligat vouentē, in Episcopo non ita, quia non est Dominus propriæ voluntatis, & se astrinxit alio strictiori vinculo residendi, & pascendi suum gregem, à quo vinculo non poterit propria voluntate se eximere: hæc est doctrina communis, quam docuit *S. Thom.* 2. 2. *q.* 185. *art.* 4. *& 22. qu.* 189.

Digitized by Google

qu. 189. *art.* 7. nec solet sic faciliter summus Pontifex in huiusmodi negotio suũ præstare beneplacitum, aliquando enim concessit Episcopis, qui ex statu regulari ad talem statum, & dignitatẽ fuerunt assumpti, vt possint iterum ad propriam Religionem reuerti, sed difficiliter, & cum magna causa.

SECTIO TERTIA.

Quæ sit debita obedientia.

TErtia causa, quæ assignatur à Sacro Concilio Tridentino, est debita obe-
1 dientia, cum hac causæ expressione fuit per Patres illos consultum Pontificiæ potestati, & authoritati: siuè enim dicamus, quod in vinculo, quo astringuntur Episcopi ad residendum, de iure diuino intelligatur conditio, & subordinatio ad summum Ecclesiæ caput: siuè dicamus, quod cum residentia sit, quamuis verè de iure diuino, sed illatiuè, seù ex illatione Ecclesiæ, vt diximus supra; semper Papa poterit in hoc vinculo residentiæ suam exercere potestatem, Episcopum eximẽdo ad tempus ab hoc vinculo; maxima enim ratione hæc causa à Patribus fuit expressa, quia inferiores nos pastores summo pastori obedientiã spondemus, illique subordinamus, & subdimus, ideò cum hic summus Pastor, cui principaliter à Deo oues cõ-
2 missæ fuerunt pascendæ, nos ad Curiam vocat pro ministerio aliquo, à vinculo residentiæ pro illo tempore absoluti sumus. hoc est certum apud omnes, & ità semper in Ecclesia fuit practicatum à Summis Pontificibus pro tempore. Dubitatur tamen inter Doctores, pro qui-
3 bus rebus, & quibus officijs gerendis hoc sit licitum. Caietanus in *d.* 2. 2. *q.* 185 *art.* 5. ità docet, sed si negotium vniuersalis Ecclesiæ non necessario exigit Episcopum, puta quia persona habet officium, quo oportet ipsum vniuersalis Ecclesiæ seruitio perpetuo personaliter Romæ deseruire, v. gr. quia est Secretarius Sedis Apostolicæ, vel Auditor Rotæ, aut huiusmodi, non ex hoc excusatur à residentia quoad Deum, & ratio diuersitatis est, quia partes dupliciter ordinantur ad bonum totius. primo absolutè, & sic secundum naturalem statum ordinatur, secundum hos naturales status ad bonum commune, cuius sunt partes. In casu autem, quo totius bonum periclitatur, partes etiam perdendo naturales hos status, ordinantur ad bonum totius, secluso autem casu necessitatis, seù periculi totius; natura totius non requirit defectum in parte aliqua, sed nititur singulas partes saluare in suis naturalibus statibus, sic autem proportionabiliter oportet fieri in toto ex partibus Ecclesiasticæ politiæ secundum rectam rationem, ita quod quælibet particularis Ecclesia ordinatur ad vniuersalis Ecclesiæ bonum, & seruitium absolutè quidem salua cuius queque Ecclesiæ perfectione: in casu autem necessitatis ordinatur ad bonum vniuersalis Ecclesiæ etiam cum sui detrimẽto, & quia seruitia quædam, vt ire ad Synodum, sunt maiori seruitute in articulo necessitatis, seruitia autem, quæ Romam huiusmodi officijs exibentur, nulla communi necessitate exigente, quod Episcopus incumbat talibus officijs, sed sunt tales in Ecclesia Dei, velut monstra immatura, ideò non excusantur à residentia. & si instetur, quod resideatur in Ecclesia communi, qualis est Romana, censentur vtique residere. Respondetur, quod si hoc est verum, fictione positiui iuris (quod iuristis relinquo) non tamen est verum quoad Deum, quia secundum veritatem alius est finis proprius veræ Ecclesiæ communis, & alius est finis proprius veræ Ecclesiæ particularis..... hoc aliud est incũbere suæ particularis Ecclesiæ, & aliud est residere in cura communi Ecclesiæ. Si rursus instetur, quod Cardinales Romanę Ecclesiæ de iure positiuo esse Episcopos alicuius particularis Ecclesiæ etiam remotissimę ab Vrbe, ac per hoc excusantur à perpetua residentia in ea particulari Ecclesia, ex hoc quod residet Romæ, vacando curæ vniuersalis Ecclesiæ. Respondetur dupliciter, primo iuxta illorum opinionem, qui tenent, Cardinalẽ non Episcopum posse, non solum retinere Episcopatum prius habitum, sed etiam posse eligi in Episcopatu, quod

Digitized by Google

hoc non conuenit Cardinali ex hoc, quod perpetuæ seruituti vniuersalis Ecclesiæ est abdicatus, sed ex hoc, quod præsumitur, quia sic debet esse, quod Cardinales sint flores orbis electi ex vniuersa Ecclesia,& viri excellentissimi in vita, & doctrina, itaut meritò ad vniuersalis Ecclesiæ, non quodcumque seruitium, sed hoc maximè scilicèt curam sint assumpti, sed talibus autem curis rationabiliter præsumitur,quod non minus benè pascant particularesEcclesias suas absentes, quam alij præsentes, & ideò non ex hoc capite solo, hoc est ex negotio vniuersalis Ecclesiæ, sed ex alio adiuncto capite postmodum tractando, scilicet conditione personæ, excusantur Cardinales à residentia à suo Episcopatu, etiam quoad Deum; vtrumque caput clauditur in hoc,quod dicitur Cardinales Romanæ Ecclesiæ, qua incumbunt perpetuò curæ vniuersalis Ecclesiæ, & præsumitur de iure vnus exprimis sapientibus orbis ad regendum, & pascendum Ecclesiam Dei. Secundo iuxta doctrinam iuris communis editi ab Inn. III. extra de postulando *cap.bonæ memoriæ il primo*, quod falsum assumitur,scilicet, quod Cardinalis de iure positiuo esse possit Episcopus cuiuscumque Ecclesiæ quantumcũque remotæ, quoniam vt in dicta Decretali propriam impossibilitatem residendi in vtraque Ecclesia, Romana scilicet,Rauennata, præfertur vtilitas vniuersalis Ecclesiæ, vt Cardinalis præsẽs sit Romæ, & non amittitur postulatio ipsius ad Archiepiscopatum Ecclesiæ Rauennatis, & quia textus clarus est, & rationi innititur sanctę, & ideò dicendum videtur, Cardinalatus, & Episcopatus sint de numero incompatibilium de iure. & Panorm. etiam ibidem sensit, quicquid sit de consuetudine, si tamen consuetudo, & non potius abusio appellanda est. Cum autem negotium ad bonum. hæc, & alia Caietanus in hac materia.

Alij docent, quod officium in Curia,
4 nempè Camerarij, Vicecancellarij, summi Pœnitentiarij, & huiusmodi alij in Curia Romana, si alij non sint pares illis pro talibus officijs exercendis, & alioquin nõ expedit eos deponere Episcopatus, quod Papæ iudicio relinquẽdum,licitè abesse posse, si vero adsint alij,qui possunt dicta officia exercere, alterum dimittere necesse erit. ità *Filiuc.tit.41 cap.6.sub n.29.*

Alij tamen censent absolutè inser-
5 uientes Papæ excusari à residentia, ità *Bosius par.2.lib.7.cap.4.qu.7. Bonac.de obligat. benificat.disp.5.pun.5.n.8. & alij, & num.9. Bonac.* respondet ad illam rationem,nempè, quod non desunt alij, qui huiusmodi officia exercere possunt, & ita dicit: Verum hæc ratio solum conuincere videtur, Episcopos, aliosq;animarum curatores in Romana Curia,aut alibi,commorantes non excusari à residentia, dum ex ipsorum absentia damnum subditis infertur, & idoneus minister non substituitur, nec obtenta est à legitimo superiore licentia, quam legitimus superior in hac re condere potest seruatis prudentiæ regulis, & spectatis causis, quas Tridentinum *loco cit.* exprimit; alioquin neque licitum videtur esse Episcopis munus legati,vel Nũcij Apostolici imponere, quod tamen passim fieri videtur in obsequium Ecclesiæ, & Reipublicæ Christianæ,vt cõcedit idem *Visq. n.137.Molf.n.36. Garsia n.388.Barbos.de potest. Episc. alleg. 43.un. 17.Tambur.de iure Abb.tom.1.disp.14.q.4. num.7. & alij*. Et quod Summi Pontifices pro tempore existentes semper consueuisse Episcopos legatos, & oratores mittere ad Reges,& exẽpla quamplurima commemorat, Salzedus de lege politica *lib.2.cap.12.num.71.* de officio tamen Inquisitoris, vel Collectoris spoliorum dicit *Bonac. num.11.* quod non excusat à residentia, sed contrarium videmus, & officium inquisitionis est pro bono Ecclesiæ.*Hurtadus lib.2.res.19 num.8.* qui etiam docet, quod electus ad inquisitoratus officium cum à Papa cõfirmatur, tacitam acquirit dispensationem, & tutus est conscientia *d.resol.19. §. 2. num.2.*

Sed negotium hoc relinquamus tota-
6 liter prudentiæ Romani Pontificis, nobis enim nõ licèt metam ponere supremæ potestati, sed nostra colla eidem humiliter, & reuerenter submittere debe-

Digitized by Google

bemus, scit enim qualem, & quantam relinquerit sibi potestatem Christus Dominus, quam nec Patres illi Tridentini congregati in illa Excellentissima Synodo restringere, aut minuere potuerunt, vt rectè considerauit præ cęteris *Bonac. d. disp. 5. par. 5. num. 5.* scit etiam, quod cum in aliqua etiam positiua lege dispẽsationem elargitur, huiusmodi dispensationes causam exposcunt, vt communius fatentur nostri, atque huiusmodi indultum Pontifices excusare à residentia, admittunt omnes Doctores, præsertim *Tambur. loco cit. d. q. 4. n. 12. Hurtadus d. lib. 2. resol. 8. n.* & clarè habetur in Bulla Vrbani VIII. qui autem surripiendo, vel obripiendo indultum, seù
7 dispensationem Apostolicam extorserit, certè in conscientia tutus non erit, vt eleganti doctrina docet, *Macul. de Monarch. Eccles. tom. 2. par. 4. lib. 9. cap. 7. fol. 2538.* ita scribens. Heu, quam malè & infeliciter plurimi rectores animarũ dignitatibus Ecclesiasticis sublimati, dispensatione freti ab ouili suo, gregeque fideli abesse gloriantur, nisi eorum absentiam ratio legitima causetur. Nemo enim bonorum Doctorum Theologiæ studijs non mediocriter ornatorum eos idcircò in conscientia seueros esse putabit, quamuis illi tuti viuere videãtur, quando quidem talis dispensatio per fraudes dolosque de manu Romani Pontificis obtenta, nulla præcibus veritate nitentibus, magnum non impedit iudicium, quia pœnalem illis actionem in Cœlo meditetur, ac diuinæ iustitiæ grauiter obnoxios sęuera, atque iusta castigatione præcellat. Nullus illud ingens Reipublicæ Christianæ deducens Ecclesiæ, & absit iniuria sacro nomini indulgentia conniuens principij ecclesiastici non iudicium putandum esset, si solutos canonibus, concilijs omnibus sciens huiusmodi vagos Ecclesiarum adulteros impunè per omnium templorum choros, siuè certa sede cursitare paterentur. Quam miseri, & scelesti Prælati illi Pastores animarum, qui aulico luxu fascinati, Principium palatijs curijsque nequiter interesse, quam residentes in beneficio suo gregibus sibi creditis vtiliter præesse malunt. hæc ille, & vtinam non essent nunc in Ecclesia Dei huiusmodi Prælati Principum aulas sectantes, aliaque facientes, quibus dignitati magnam afferunt ignominiã; possem ad particularia descendere, sed absit, vt offendiculo sit fratribus meis.

Igitur cum vocat Episcopos Romæ,
8 eis vtitur pro officijs, pro Legationibus, alijsque sibi benemeritis negotijs debemus credere, quod cum causa, & rectè facit, nec vltra hæsitare debemus. An autem requiratur expressa, an vero sufficiat tacita dispensatio Papę, tractat
9 *Hurtadus sub loco cit. & alij*. Qui resoluunt, quod cũ quis iam reperitur Episcopus, & ex sua residentia eum Romã vocat Papa, eique officium, vel Nuntiaturam largitur, censetur cum illo dispensasse ex iusta causa sibi benè visa, & hoc sufficit, vt tutus sit in conscientia. *Azor. par. 2. lib. 7. cap. 4. q. 5. Barbos. alleg. 53 num. 11. Hurtad. de resid. d. lib. 2. 29. 15.* si tamen sit in Romana Curia Prælatus, & eidem Episcopalis conferatur,
10 dignitas, requiritur tunc, vt eidem Papa expressam elargiatur dispensationẽ, si eius persona vti velit pro aliquo officio, legatione, siue Nuntiatura, *Azorius loco cit. Hurtadus loco cit. nu. 4.* Sed quam assignant rationem diuersitatis, mihi nõ satisfacit, & animum non sedat, quia in vtroque casu benè scit Papa, quod Episcopus debet residere, siuè enim Romam à residentia euocauerit, siuè Romæ reperiatur Prælatus, & Episcopus creatur, semper residere debet, & huiusmodi onus benè cognitum est Romano Pontifici, in vtroque casu cum illum destinat ad Nuntiaturam, siuè aliquod officium concedit, suaque persona vti velit, semper tacitè videtur cum illo dispensare in præcepto de residentia, quod sufficere dicendum videtur sicuti in dies practicari videtur, nam numquam has dispensationes seorsum concedere videmus Prælatis, etiam illis, qui cum Romæ sunt, ad Episcopatum eliguntur, & Papa eis vtitur pro huiusmodi officijs.

An autem obseruatio erga Regem
11 excuset à residentia, veluti cum Rex vocat ad Curiam Episcopos, vel illis pro

Digitized by Google

aliquo ministerio vtitur; *Gigas de resident. d.cap.17.* dicit, quod si Episcopi sunt feudatarij Regij, & sunt vocati, debent accedere, & hoc obsequium, quod præstare Regi debent, excusat eos à residentię vinculo; sed quoniam latius hãc quæstionem, & ad partes tractat Eruditissimus *Salzedus de lege Polit. lib.2. c.12.* operepretium me facturũ credo, si quod ipse pro opinione affirmãte Episcopos Regum, aut Principum Supremorum iussis obsequendo iustè à residentia excusari; hic referam, nam integra materię cognitio id exposcit, refero tamen dumtaxat, non approbo. Nam scio plura ex dictis censuræ subijcienda, omnia explicatione indigere; scio etiam, & referam infra eundem Salzedum eadem prius dicta reiecisse, & improbasse. Ait ergo Salzedus, quod Episcopi excusantur.

Primo, quia Ecclesiastici subduntur
12 Regi temporali in politicis. *Franch.dec. 49.num.6. Marta de iurisd.p.4.cas.1.n.27. cons.1.lib.3. Ceual.de cognit.per viam violentiæ, glos.1.nu.43. Salgad. de regia protect. p.1.c.1. pralud.2.num.58. Valas. consul.100. Carleual.de indicijs lib.1.tit.1.q.2 num* 83. Ideoque Prælati dant iuramentum fidelitatis Regi, vt in *l.5.tit.15.p.6. & ibi Gregor. Lop. Oliban.de iure fisci cap.7. num.9. Aluar. Velas consult.100. nu.6. Camillus Borellus de præstantia Regis Cathol. cap.64. Ceual.de cognit. per viam violentia in prologo num.99.* Indè tamquam Regni proceres tenentur Regijs mandatis obedire. *Diana p.3.tract.1.resol.27. vers. sed hanc ff. acta cons.487. & 580. nel. 3. Valenzuel.cons.4.n.79. Solezan.de iure indiarum lib.3.c.27.n.67.& 68.* quod etiam vi priuilegij concessi à Ioann.22. euenire dicit, *Salgad.de Regia protect.pralud.2 2.num.91. & 62.* hinc practicari in Regnis Hispaniarum, vt Episcopi accedãt ad Curiam Regis apparere ex *l.65. tit.5*
13 *par.1. tractatur, Ioan. Garzia de nobilit.gl. 9. num.48.* Addunt hoc etiam dispositum videri in sacris Canonibus, *cap. pastoralis §. cum autem de officio, & potest. Iud. delegati cap. si Episcopus 8. dist. vbi gl. Gugl. Ben. in cap. raimundus in verb. uxorem det.2. num.50.* quod ampliant *Bobadilla in polet. lib.2. cap.18. num.61.* etiam pœna pulsionis imposita, vt scribit in eodem *lib.2. cap.10. num.66. Perera de manu Regia cap.12. num.12. Cened. q.45. num.24. Ceual. de cognitione per viam violen. glos. 6. num.65.* & afferunt, quod Episcopi sint membra Reipublicæ, adeoque capiti obedire obnoxia in temporalibus, *Marta de iurisd. cap.18. num.20. Sal-*
14 *gad. de rerum protect. prælud.2.n.55.* quod confirmat *Salzedus ex Synodo Romana sub Eugen.II. & Leo IV. cap.6. ibi,* nisi fortè per iussionem Metropolitani, vel Principis ex *Concil. Sardicen. cap.7. can. vobis 23.q.8. & alijs, Concilijs ex Auth.* quomodo oporteat Episcopos *coll.9. §. & illud etiam, & ex authen. de sanctiss. Episcopis coll.9.*

Ex quibus omnibus, *Salzedus n.8.* de-
15 duxit, Episcopos teneri mandatis Principum sęcularium obsequi, & toties quoties vocantur ad Curiam, accedere, etiã si à Metropolitano vocentur. *Innoc. cap. cum parati de appellat. & ibi Abb.n.7. Osar. dec.30. Garsia de nobilit.glos.9. nu.48. Gutul. Bened. d.dec.2.n.50. Bobad. d.lib.2. c.18 num.6. Oliban.de iur. fisci cap.10. nu.6. Valenz. d.cons.4.n.112. Solorzan. lib.3. c.27. num.41. Perura de manu Reg. cap.12. nu.5.*
16 & alij quos citat idem *Salzed.* qui miratur cur *Diana 3. par. res.27. tract.1.* hanc non receperit sententiam, quando *par.1. de parlam. res.23.* dicit, Episcopos vocatos à Rege teneri accedere.

Excitat exinde ibidem Salzedus al-
17 teram quæstionem, cui potius sit obediendum, Principi seculari, vel Papæ, si vterque eodem tempore mandet: & in hac quesito refert, quod Episcopi feudatarij Principi potiusquam Papæ obedire teneantur; Respondere nonnullos relatos à *Diana 3. par. resol. 6.* Diana verò potius Papæ voluisse obediendum, sed doctrinam Dianæ non sic generaliter acceptandum, ait ipse Salzedus cũ admittenda sit distinctio, *Abb. in cap. cum parati de appell.n.8.* præcipuè in Regno Hispaniarum, in quo non solum iure communi potestas Regia conualidetur, *Borellus de præstantia Regis Cath.c.64. Ceual. de cognit. per viam viol. in pralud. 99. Salgad.p.1.c.2.prælud.2.n.60. Oliban.cap.7. num.9.* sed etiam priuilegio Ioannis 22. vt Prælati fidelitatem iurare debeant,

Sal-

Digitized by Google

Salgad. 1. p. c. 1. prælud. 2. num. 61. & 6. & virtute huius iuramenti, vigore Bullæ maior est authoritas apud Reges, quibus vigore talis iuramenti Episcopi subsint. Et quod à Regibus sit vigore dicti iuramenti, & priuilegij, non dicitur fieri contra iuramentum, quod præstãt Episcopi Papæ, & multis alijs rationibus probare nititur hanc suam sententiam Salzedus, & præsertim, quia Rex habet politicum ius, & priuilegium Papæ, quod etiam concessit Clemens V. Philippo Secundo anno 1599. 26. Februarij, & sicuti si Episcopus exercuerit officia Regia cum consensu Papæ legitimè à residentia immunis est, *Barbosa. alleg. 53. num. 15.* ita consequenter si Papa concedit priuilegium auocandi Episcopis ad Curiam, tenentur parere, excusãturque à residentia, *Fragos. de Republica Christiana p. 1. lib. 2. disp. 4. n. 268.*

Salzedus etiam dicit, quod Rex poterit ad longum tempus retinere Episcopos in Curia, & tunc esse exemptos à residentia, quod probat à *n. 26. vsque ad* 58.

Verum enim vero quamquam Salze-
18 dus ita scripsisset, Palinodia cecinit postea subiungens. Sed nihilominus, hæc licet se habeant in melius mutato consilio post hæc scripta cognito, quod difficillimè sit Deo opera nec mentes abscondere, contrariam sententiam tuẽdam, ac defendendam esse fateor, & Episcopos quoscumque perpetuo in præcepto de residendo inesse, dum per Pontificiam declarationem ad obtinenda qualiacumque officia secularia, vel mixta non habuerint. Veh illis, nam nec potentia, nec fastus eos à tremendo iudicio liberabit, nec dignitas, nec magistratus, nam hæc cito pereunt.

Insuper Salzedus postquam docuerit,
19 posse Reges promouere Episcopos ad officia secularia ad conseruationẽ Reipublicæ, ita scribens, dicendum est in nostro casu, quod facultas promouendi Episcopum ad officia secularia ad cõseruationem Reipublicæ Regibus concessa est à iure, ideo stante necessitate iuris diuini mente subsistinenda erit Principis dispositio eiusque præceptorem. Nam cum in politicis ecclesiastici Episcopi subditi sunt Principibus temporalibus, disponentibus conseruationem Reipublicæ cum iurisdictionis, & potestatis vi procedat, tunc videtur, quod si asserat causam credendum ei sit ex naturali præcepto, ac potestate. *Curt. senior. cons. 20. n. 20.* & consequenter causa expressa censetur iusta, & præsumitur vera, & pro ea iudicatur, vt *Andreas Aluicus de præsumpt. reg. 3. præsump. 8. n. 8.*

Poterit autem subitineri Principis tẽ-
20 poralis dispositio loquens de Episcoporum promotione ad officia secularia sine obice præcepti residentiæ ex eo, quod si ei licitum est, Episcopos seculares constituere Iudices cauta supradicta interueniente, adhuc enim non sic strictè limitari debet aptitudo, quod tunc non possit Episcopos seculares cõstituere Iudices, dum per alios equaliter commodè exerceri valent secularia officia, nam videbatur dicendum, quod cum ratione boni publici hoc fiat. sufficit ad iustificationem præcepti, quod vtilitas illa consequenter nec præcisè debet attendi, quod sic factum sit, quãuis aliter fieri possit, vt cum Simon de Pacis de interpositione *vlt. volunt. lib. 1. interp. 1. dub. 1. solut. 13. num. 22. & 27. fol. 40. tenet D. Ioan. de Castillo controu. lib. 3. cap. 28. num. 3.* ergo sufficit, quod vtilitas publica consequatur ex promotione Episcopi ad officia secularia, quamuis per alium equè possit vtilitas consequi.

Sed omnibus his omissis, quæ parum ad conscientiam aliorum, & meæ securitatis conferunt, dicendum est, quod li-
21 cet ante Concilij Tridentini statum, & si à iure diuino fuisset præcepta residẽtia, eamque iuxta doctrinam aliquorũ posset Principis iussio excusare cũ causa quæ iusta omninò præsumi deberet. *Mascard. de probat. Concl. 275. n. 5. vers. Episcopalis Hoied. de incompatibili beneficior. p. 1. cap. 19. n. 18. Moneta de com. vlt. vol. c. 6. q. 1. concl. 3. n. 44.*

Adhuc post Concilij Tridentini de-
22 cretum, & si permissa fuerit Episcopis à suis Diœcesibus absentia causis illis interuenientibus, quę exprimuntur in *cap. 1. sess. 23. de reform.* ibi cum Christiana charitas, vrgẽs necessitas, debita obedientia, & euidens Ecclesiæ, vel Reipu-

publicæ vtilitas, quas probant Doctores supralaudati.

Tamen adesse vtilitatem Reipublicæ
23 Concilium assertioni ipsius Principis secularis non relinquit, quinimo exponendam Pontifici præuoluit, ac Metropolitano, vel Synodo Prouinciali ibi has legitimæ absentiæ causas à Beatissimo Domino Pontifice, aut à Metropolitano, vel eo absente, suffraganeo Episcopo antiquiori residente, qui idem Metropolitani absentiam probare debebit, in scriptis esse approbandas.

Igitur attentis ipsius Concilij verbis dupliciter causa non residendi considerandа, nam aut talis est, vt per eam absentia vltra tres menses nō potest extendi, & hoc casu cōscientię ipsius Epi-
24 scopi pensanda remittitur, vt ex Concilio ibi, quod an ità sit, absentium conscientiæ relinquit, quam sperat religiosam fore, cum Deo corda pateant, quod probat *Azor. tom.2.moral.instit.lib.7.c.6. quæst. 9.*

Aut absentia vltra istos tres menses extenditur, & hoc casu dicendum vi-
25 debatur, quod necessaria est Pontificis licentia, vt Azorius notat de Episcopis ad superiora secularia officia erecti *tom. 2.instit.moral.lib.7.cap.4.q.6.* iusta ad expeditionem interueniente causa *Abbas cap.relatum num.1. de cler.non residen. de* inferioribus Prælatis, seù Parochis latè *Gonzalez de benef.tom.1.cap.2.ex num.19. vsque ad 39. Com.collect.30.nu.3. ad tex. in cap.licet Canon.de elect. lib.6. fol.* 248. *Gonzalez regul.81 glos.43 .nu.84. & 164. Vasq.de benef.c.4.§.2.art.1.dub.3.nu.* 146. *&* 147.

Quia quamuis craciliaris illa disputa-
26 tio facultatem contulit Regibus, Principibusque, dum causa expostulabat, & ratione publicæ vtilitatis concedendi Episcopis gubernacula secularia, & ipsis Episcopis abesse à Diœcesi hac necessitate vrgente, non tamen facultatiua fuit absentia, dum vltra tres menses extendebantur, sed ad hanc cum post Concilij dictionem Clem. VIII. concesserit facultas auocandi, & detinendi Episcopos in Curia per modicum tempus, dicendum videbatur, posse assistere, dum magna interueniat causa irremediabilis, alias, & dum absentia limitibus, aut tempore circumscribitur, perpetua autem in Papę authoritate non absq; incursu excommunicationis, & Apostolicarum Constitutionum.

Hæc omnia *Salzedus*, qui clarè con-
27 cludit, non esse licitam absentiam ad longum tempus Episcopis vltra tres menses à Diœcesi absque Romani Pontificis licentia, etiam sub prætextu Regij obsequij, quod *Tambur. de iure Abb. tom.1. disp.14.quæst.1.num.10.* & latè cōprobat. *Hurtad.de resid.d.lib.2. ref.6.* per totam, in qua resolutione per tres §. *probat*, non posse Regem Hispaniarum dare officium Ducis exercitus Episcopo pro pace Reipublicæ, si absentia sit vltra tres menses absque Summi Pontificis licentia, latè §.3.*num.5.6. &* 7. probat nō posse Principem secularem præcipere Episcopo, ne proprijs pugnet manibus, nisi in casu defensionis, contra *Castillum lib.3.contr.c.28.num.3.* cum pugnare in bello sit contra naturam, & officium clericorum, vt ipsum est videre in *d.ref. 6.* per totam, excusandos tamen Episcopos Hispanos, ait, qui pro Arabis contra alios Arabos pugnabant, vel quia ipsi non voluntariè, sed coacti ad bellum ibant minis, & extorsionibus cadentibus inconstantissimum virum, nec contra oues suas percutit validior excitaretur, erant enim tyrannico iugo subiecti, & non id, quod volebant, sed quod nolebant, operabantur pro vita ouium suarum, nō enim vltro se ad bellum pro Arabis contra Arabos se offerebant, sed inuitè adibant, & quia ille contra quem debellabant, & pro quo pugnabant, benignior, & suauior, vel tandem, quia absolutum est, licitum verum in bello iusto contra alium Regem infidelem iniustè bellantem. hæc ibi Hurtadus, sed hos Episcopos fuisse à Deo punitos, & iusto eius iudicio morti traditos, dicit Bar. anno 1110. *n.*3. at non solum Episcopos Hispanos verum quoque Gallos in bello pugnasse commemorat idem Baronius anno 770. n.17. & 21. & anno 864. talem vero vsum in Episcopis detestabilem probat prefatus Baron. ann. 288.

Sed estat nunc bulla Vrbani VIII. in qua

qua expresse cauetur, quod non excu-
28 santur Episcopi à pœnarum incursu, si non residerint sub prętextu, & ratione cuiuscumq; seruitij quomodolibet præstiti, & pręstandi pro gerendis, & præstandis negotijs quorumcumque Principum etiam Imperatoris, & Regum, aut Rempublicarum, ac Prouinciarum, nec ratione cuiuslibet iussionis, vel mãdati eorum, vel earum quomodocumq; facti, vel faciendi, nec etiam ratione persequutionis, seù defensionis quarũcumque licitum, seù controuersiarum, etiam Ecclesiasticarum, vel incendij, fœderis, aut cuiuscumque alterius negotij, etiam grauissimi, & speciali mentione digni, tractandi, vel distantię locorum, aut breuitatis temporis ob quãtum videbitur expectanda Sedis Apostolicæ licentia præfata numquã à suis Ecclesijs, & Diœcesibus discedunt, & ita nouissimè obseruat *Fagnanus c. qualiter de cler. non residen. n.* 14. nisi haberet regalia, nam tunc tenetur accedere. idę Fagnanus, qui dicit ita accipiendos esse Doctores de hac re scribẽtes. At quod Episcopi vocati ad Curiam teneantur accedere, & ibi residere quantum negoti-
29 tij grauitas ad bonum publicum exigit docet *Hurtadus lib. 2. ref.* 17. *num.* 33. nec tunc dicitur iure regio Rex in residentia dispensare, nam cum duo præcepta concurrunt, vnum bonum totius Regni, aliud de residentia ad tempus, si maior est necessitas boni publici, prędualet prędceptum hoc boni communis, & cessat illud particulare de residentia, nec indiget regia interpositione, decretaque ipsa canonica declarant, quod quando Episcopus vocatur ad comitia, etiam vi ipsius iuris canonici sunt liberi à residẽtia, sed aduerte, quod Vrbanus in sua Bulla ordinauit, quod ratione iussionis seù mandati Regij non sint exempti à residentia, sed tantum quando ratione muneris, aut Reipublicæ officij Episcopalibus, vel Ecclesijs adiuncti, cuius ratione ad certum tempus occupari solẽt, in Assembleis assistere possint, vt legen-
30 ti patet. Certum tamen est quod cum Episcopus à Rege, & Papa simul vocantur ad Curiam, tunc potius Papæ, quã Regi parere debet, vt melius arbitrati sũt alij Doctores, nam præceptum Papę oritur à potestate spirituali, & in ordine ad finem supernaturalem præceptum vero Regium ex potestate politica, quæ semper ex natura rei subdita est potestati Pontificiæ, & in iuramento fidelitatis, quam Episcopi præstant, semper intelligitnr conditio, nisi aliter Sũmus Põtifex ordinauerit, alias esset vinculum iniquitatis, ita *Hurtadus loco cit. ref.* 17. *num.* 34. *&* 35. qui excipit casum extremæ necessitatis Regni, & memorabile exemplum affert, *Macul. to.* 1. *Monarch. Ecclesiast. 2. par. lib. 5. cap. 9.* de Sancto Ludigerio Monasterienſis Episcopo,
31 qui vocatus à Carlo Magno ter, noluit accedere, antequam quæ pastoralis sollicitudinis curę expleuisset, & cum ei Imperator exprobaret, quare non statim accesserit, ac Imperatoria mandata neglexerit, intrepido vultu respondit. Ego Imperator tuum semper præceptũ ità in omnibus exequendum putaui, vt tamen Deum tibi vbique præferendum non dubitaui. Hoc & ipse mihi præcipisti, quando pastoralis curæ sollicitudinem mihi cõmendabas, vt Deo potius seruiendum scirẽ. Cui Imperator respõdit, Gratias ago Episcopo, quia qualem te ipse credidi semper, talem nunc te esse expertus sum, nam aliqui quidem fuerunt, qui hoc tuum pactum aliter interpetrandum, & ad meam iniuriam retorquendum putauerunt, sed vtpotè sanctitatis tuæ inuidos minus deinceps gratos habebo, & nullius de cætero cõtra te accusationem auditurum me, Deo volente, promitto. Tu vt hactenus feciſti, Dei semper operare voluntatem, & simul nobis deuotus, & fidelis pro nostri Imperij statu orare memento.

Notãdum tamen hic venit, quod Sal-
32 zedus in doctrina supra allata videtur quoque dicere, quod possit Princeps secularis interpetrari ius diuinum de residentia, prędcisa tamen conciliari dispositione. Verum hanc doctrinam omninò damnat *Hurtadus d. lib. 2. ref.* 17. *n.* 17. ità loquitur, his tamen nullo modo obstantibus existimo omnino certum, ita ut oppositum sit dignum graui nota, quod semper Rex, aut Princeps absolutus non potest iure politico, Regio, aut

Im-

Digitized by Google

Imperiali interpetrari, declarare, aut quolibet modo absoluere à præcepto diuino de residentia personali per multum tempus, vt ipse obliget nullus, qui sincerè Romanam sequitur Ecclesiam potest dissentire ab hac conclusione, ius enim diuinum interpetrandum tradidit Christus summo Ecclesiæ visibilis capiti, & eius Vicario in Terris; est enim ius hoc omnino spirituale, & supernaturale, quare politico, & Regio interpetrari, & declarari nequit, cum ius politicum, & regium ex natura rei subditum sit iuri diuino, & spirituali, quod est omnino altioris ordinis, & politiam alterum constituit, & fundat, & ratio fundamẽtalis, quia lex diuina principaliter instituta ad ordinandum hominẽ ad Deũ, politica autem humana ad bonum politicum, & politica humana ex se non respicit felicitatem æternam, hæc Hurtadus.

SECTIO QVARTA.

Quæ sit Ecclesiæ, vel Reipublicæ vtilitas.

DEmum succedit vltima causa Ecclesiæ, vel Reipublicæ vtilitas, & in
1 quantum ad vtilitatem Ecclesię certum est apud omnes Doctores, quod excusat à residentia, vt optimè docuit Cardinalis Caietanus loco cit. qui benè dicit, quod bonum partis ordinatur ad bonũ totius, vt finem, & debet pars exponi pro totius bono, & si oportet etiam detrimentum pati, incidit enim quandoq; manus, vt saluetur persona, inde Ecclesia particularis tenetur pro bono vniuersalis Ecclesiæ suum exponere pastorem, & demum etiam pati pro absentia, hinc licitè Episcopi sunt Legati ad pacem inter Reges Christianos componendum, si enim vniuscumque, inquit Ambrosius officium est pacem facere, sacerdotis maximè officium est, quod autem eant legati promiscuè ad temporalia negotia, abusionis est, scriptum est enim nemo militans Deo implicet se negotijs secularibus, hæc Caietanus, hęc est doctrina Caietani, sed certè cum hoc licentia Papę faciendum est, ipsius prudentiæ relinquendum censeo.

Ad hanc causam melius referri pos-
2 sunt Nuntiaturæ, & Delegationes, quia cito peraguntur pro bono Ecclesię vniuersalis, & in eius vtilitatem euidentẽ cedunt non solum cum Papa eos mittit ad Reges, sed etiam cum Reges mittunt eos ad Papam, quod licitum est eis vigore bullę Xisti V. incipit Romanus Põtifex necessus est, vt non sit alius, qui possit hoc munus adimpleri, vt aduertit *Hurtadus d. lib. 2. ref. 16.* receptam esse hanc licentiam dicit, *Barbos. allegat. 53. n. 27. Mastrill. de magistratu lib. 2. c. 6. n. 53. Salzedus loco citato n. 62. cum sequent.*

Non solum pro bono Ecclesiæ vni-
3 uersalis licitum est Episcopo à propria residentia abesse, sed etiam quandoque pro bono Ecclesiæ particularis, quod etiam admittit Caietan. ita ibi scribens, cum autem negotium ad bonum alterius particularis Ecclesiæ, vel personæ ordinatum exigit absentiam Episcopi contigit licitè, & illicitè Episcopum abesse, nam cum quilibet particularis Ecclesia se habeat ad aliam particularẽ tam Ecclesiam, quam personam, vt pars ad compartem eo, quod sumus omnes vnum corpus in Christo singuli autem alterius membra potest, & debet Ecclesiam adiuuare. Dupliciter tamen vnum membrum ordinatur ad bonum alterius, tam in naturalibus, quam in politicis, scilicet absolutè, vel in casu, & absolutè quidem quodlibet mẽbrum solus suo naturali statu confert alteri, sicut cęcus videt sibi, & pedibus, & manibus similiter pedes ambulat sibi & oculis, & sic de alijs, & similiter quęlibet Ecclesia, ac persona in sua perfectione consistens sibi, & cuilibet prodest scriptum est enim Symbolo sanctorum communionem in casu autem necessitatis videmus naturam membrorũ, quidem sumus necessarium pro magis necessario exponere, vt pedem pro capite, sed non è contra, & rursus videmus, quod pro maiori necessitate membri minus opportuni natura abhorret aliquid destrimenti substinere in mẽbro magis nobili, & necessario. vt patet quãdo ne perdamus pedem substinemus lęsionem aliquam in capite puta cauteriũ

quo

quo circa cum officium Episcopi precipuè circa spiritualia versetur, & spirituale magis necessarium est Ecclesiæ, quam temporale, non licitè Episcopus propter temporale negotium alterius personę, vel Ecclesiæ priuaret suam Ecclesiam spirituali pastu, ad quem personę suæ præsentia tenetur, sed contra optimè faceret, si in temporalibus damnum substineret suæ Ecclesiæ, vt alteri in spiritualibus subueniet, similiter cum vnũ spirituale sit magis bonum necessarium quam aliud, puta negotium fidei, vel pacis, quam ministratio Sacramentorũ, & huiusmodi Cardinales Episcopos pro negotio fidei, vel pacis in aliena moratur Ecclesia. hæc Caietanus, quam doctrinam admittunt omnes, nempè pro necessitate alterius particularis Ecclesiæ posse Episcopum abesse, dummodò aliquod spirituale detrimentum nõ pateretur propria Ecclesia ob huiusmodi absentiã *Azor. Filiuc. Toletus, Barbos. Hurtadus, Bonac. locis cit.* & alij passim.

Affinis Ecclesię est Reipublicę Christianæ vtilitas, vt expressit Sacrum Cõ-
4 cilium Trident. *loco cit.* licitè enim Episcopus abesse poterit à sua residentia ob Reipublicæ christianæ vtilitatem, nempè cum mittuntur legati pro pace componenda inter Principes Christianos, vel aliam similem operam, quæ tendit in Reipublicæ vtilitatem. *Caietan. loco cit. Hurtad Filiuc. Azor. Tambur. Tolet. Barbos. Bonac. & alij communiter*: ac ab ortu Ecclesiæ, ita semper practicatum fuit, hanc esse vniuersalis Ecclesiæ rectam consuetudinem dicunt omnes Doctores, de qua specialem mentionem facit *Salzedus de lege politica d. lib. 2. cap. 12. n. 67.* consequenter non solum pro tota Republica, sed pro vtilitate suæ Ciuitatis vel Prouinciæ abesse possit, vt benè. *Squillant. loco cit. sub nu. 11.* si tamen per alios commodè fieri non possit.

Sed notes necessario, quod causę huiusmodi nõ sufficiunt de per se solę, sed oportebit necessariò, vt approbentur à Summo Pontifice, vt expresè cauetur in dicto Tridentini decreto, aduertunt omnes citati Doctores præsertim, *Tambur. d. q. 4. num. 12.* nisi tamen periculum in mora esset ob aliquod repentinum accidens, vt clarè loquitur *Trident. loco cit.* præter alios *Squill. loco cit. n. 14.*

SECTIO QVINTA.

Quæ causæ excusant S. R. E. Cardinales à residentia in Ecclesijs Collegio vnitis.

SEd rursus vltra prędicta potest inquiri ad quam causã referenda sit absentia illa, quam faciunt S. R. E. Cardinales à sex illis Episcopatibus vnitis Sacro Collegio, & certè pleriq; Doctores excusãt
1 illos ex qualitate personę, quia cũ sint personę vndiq; sapientes, vndiq; prudẽtes, licet Romę commorentur, attamen possunt absentes benè dictas Ecclesias regere, ita *Caietanus suo loco* à quo incepit *Fagnanus locis cit. num. 86.*

Alij dicunt, quod excusantur, quia
2 eorum residentia parum distat ab Vrbe, & non solum per Vicarios, sed etiam per se ipsos gubernare posse, ideoq; eorum absentiam non officere *Bonac. dicta disp. 5. num. 10.* & alij tandem Authores docent absentiam hanc licitam ex Pontificia dispensatione, quam vsum, & cõsuetudine diù inueteratam approbasse, Summumque Pontificem optimè ita interpetratum fuisse ius diuinum, ita *Hurtadus loco cit. lib. 2. ref. 7.* vbi alias affert opiniones.

Verum rem hãc altius petamus. Cardinales enim, qui à cardine nomen acceperunt, quod scilicet sint Ecclesię Ro-
3 manæ cardines, prout in Concilio Basilienſi sess. 23. ibi sicut nomine, ità re ipsa cardines sunt, super quos omnia vniuersalis Ecclesiæ versentut, & sub-stentantur, & perbelle *Maculerus tom. 1. par. 2. lib. 4. cap. 11. fol. 562.* ab initio nascentis Ecclesiæ semper fuerunt, teste Baronio anno Domini 112. & ann. 157 vbi de Episcopis Cardinalibus Collectoribus, ac Hebdomadarijs scribit, ita ut multi Doctores contendunt hunc ordinem esse diuini iuris, & à Christo Domino institutum inter quos Cardinalis Albanus de Cardinalibus *qu. 5. Cardin. de Turrecremata in summa de Ecclesia lib. 1. q. 80. & 81. Panormitanus in cap. per venerabilem per illum textum nu. 19. qui*

 ſilij

Digitized by Google

filij sint legitimi Martinus Laudentius de Cardinalibus par.1.q.34. Maccdo de clanibus Petri lib.4.cap.8.fol.577. Barbosa de iure Ecclesiastico lib.1.cap.1.s.5.Germanius lib.3.cap.6. Michael Maculerus de Monarchia Ecclesiastica tom.1.par.2.lib.4.cap.11. fol.559. & alij pęnes istos, & adducitur textus in *d.cap.per venerabilem*, qui filij sint legitimi ibi, sunt autem Sacerdotes Leuitici generis fratres nostri, qui nobis iure Leuitico in exequutione sacerdotalis officij conditores existunt. Imo Maculerus hunc ordinem à Christo Domino institutum ante sacerdotium, ita enim loquitur Maculerus, eiusque institutionis origo, atque radix, quamuis nõ sub nomine Cardinalatus ex illo Lucæ sexto loco deduci potest, vbi dicitur Dominum elegisse duodecim, scilicet ad sui comitatum, & labores secum subeũdos tolerandasque curas pro salute mũdi, quos Apostolos nominauit, qui primi Christo Domino suæ primæ Ecclesię Monarchiæ Regique Regum, sicut nunc Cardinales Papę, assisterunt deuoto seruientes affectu, constanterque labores cum illo, & pro illo tolerantes, quibus propterea dixit Dominus, vos estis, qui permansistis mecum in tentationibus meis, sicut ille, qui suis coapostolis dicebat S. Thomas, eamus, & moriamur cũ illo, in quorum laborum, & rectè factorum mercedem, coronamq; iustitiæ charitate illos sic est affatus, & ego dispono vobis, sicut dispossuit mihi Pater Regnum, vt sedeatis super Thronos iudicantes duodecim Tribus Israel, idest vniuersam fidelium congregationem, ex quibus claret, statum Cardinaliũ sub nomine Apostolatus institutione priorem fuisse sacerdotio, cum hoc nisi in vltima cęna institutum à Domino comperiatur, ille vero ante hanc cœnam lõgo tempore, in electione nimirum duodecim Apostolorum, creatus esse videatur, & ipsi pastorali muneri similiter tẽpore multo Cardinalitius ille status preijsse conspicitur, cum illud non nisi post Resurrectionem suam re ipsa Dominus ordinauisse credatur, cum dixit Sancto Petro, pasce oues meas, atque huius Cardinalatus originem antiquitatem Doctores illi comprobant, qui statum, & ordinem Cardinalitium iuris esse diuini, idest à Christo Domino institutum fuisse, potenti demonstratione defendunt, quales sunt inter Canonici iuris interpetres Panormitanus, Martinus, Laudensis. inter Theologos, Turrecremata, Augustinus Triumphus, Antonius Cardinalis Albanus, qui hanc assertionem grauissimorum Iuris Imperatorij Doctorum Iasonis, Decij, aliorumque testimonio corroborant, cui nõ minus veritatis robur addit lex Canonica, in qua Romanus Pontifex Ecclesię Monarcha visibilis Dominos Cardinales quos suos fratres appellat in Leuiticorum Sacerdotum ministerio fuisse figuratiuè expressos, & adumbratos, asserit, qui Summo Pontifici antiquæ legis consilio, opera, laboribus assistebant; sic in noua lege Romano Pontifici sub grauitate, & pondere Ecclesiasticorum negotiorum gementi vtiliter, ac fortiter opitulentur, quos propria Romanus Põtifex fratres appellat, & ex alia sacra lege Canones constat, addo, & illud Cardinales septuaginta duobus Christi Domini discipulis successisse duodecim Apostolorum adiutoribus opera, industria, consilio, sicut Romani Põtificis Domini Cardinales adiutores creati fuisse perhibentur Acutius dixit Eugenius Papa huius nominis Quartus Epistola ad Archiepiscopum Cantuariensem, nempè Apostolos Christo Domino assidentes Cardinalium, qui Romano Pontifici laboribus, & consilijs assistunt, figurã gessisse. hæc Maculerus ita quoque videtur tenere *Lessius Zecch.de Repub.Christiana, & Ecclesiastica in tit.de statu Illustrissimorum Cardinalium n.2.*

Alij tamen Doctores id enixè negãt, 4 dicuntque Cardinalium statum iure ecclesiastico institutum, videre est Doctissimum *Azorium par.1.lib.4.cap.3.quest.3. Thomam Hurtado de residentia ref.5.Sãch. lib.7.consil.cap.1.dub.10.nu.3. Sotum in 4. dist.24.q.2. art.4.vers.de ordine vero Barbosa de iure Ecclesiastico lib.1.cap.3.& alios*, multi autem dicunt, quod in genere hæc dignitas fuerit à Christo instituta, vbi tamen est hodie ita aucta priuilegijs sit de iure humano, nam paulatim creuit, vt est videre Doctores citatos,

ac

Digitized by Google

ac etiam *Patrem Gerundam de Epiſ.tom.1 lib.1.diſp.2.cap.5. per totum*; vbi latè diſtinguit quomodo Epiſcopatus ſit Cardinalatu præſtantior. Sed quicquid ſit de hac re, certum eſt Cardinalium dignitatem antiquam in Eccleſia ex ſui quo adfuiſſe, vt clarè ex multis ſacris canonibus colligitur. Baronius locis citatis ex can. præſul 194. qui canon eſt Silueſtri Papæ, hoc omnes admittunt Doctores, pręſertim Maculerus, Decius, & alij citati, quibus adde Theatrum Vitæ Humanæ litt. C. rub. Cardinalis Cardinalatus, & Emauel Gonzalez in repetitione *cap.2.de cler.non reſident.num.4 Azor.loco cit.verſ.4.* queritur, nam ante Silueſtri primi tempora hanc dignitatē cœpiſſe.

Sed ita ſcribit Maculer. nomen vero
5 Cardin. quāuis ipſa re, & officio ſit recentius, eſſe tamen antiquiſſimum non deſinit. Nam tempore Pontiani Pontificis, qui Pontificia ſede anno Domini 233. ex annalibus eccleſiaſticis, Martyrologio Romano 26. Maij potitus eſt. nomen illud Cardinalis, item in vſu extitiſſe ex ipſius Pontificis actis intelligi poteſt. Hoc nomen vſus Eccleſiæ regnante Sancto Marcello Martyre anno Domini 304. & in Apoſtolico ſolio ſedem retinuit, huius nominis vetuſtatem verba illa apud Gratianum *diſt.79.can.* oportebat, Stephani Papæ III. commēdat; oportebat, vt hæc ſacroſancta Domina noſtra Romana Eccleſia iuxta quod à Beato Petro, & eius ſucceſſoribus inſtitutum eſt, ritè ordinentur, vt in Apoſtolatus culmen vnus de Cardinalibus Presbyteris, aut Diaconis conſecretur: & tempore S. Silueſtri Primi mentio fit Cardinalium ſeptem Diaconorum in Cōcilio Romano ſecundo ſub Sancto Silueſtro coacto. Neque nihilominus huius Papæ tempore nominis ipſius initium cępit, cum hoc Concilium Cardinales non inſtituerit, ſed ſolum decreuit, & ordinauit duos Diaconos Cardinales in Eccleſia Romana inſtitutos, & ante hoc tempus in vita S. Marcelli Papæ, & Martyris iamque ſub Cōſtantino magno nomen illud ad exprimendam maximam in Eccleſia dignitatem in honore vſq; viguiſſe Leonis Noni ad Michaelem Conſtantinopolitanum, & Leonem Adrianum Epiſcopos *c.10.* eorum audaciam, & rebellionem contra Apoſtolicam ſedem reprehendentis Epiſtola declarat, in qua ſummos hunc Imperatorem Magnum Cardinales, quos ſub nomine Clericorū ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ ſeruientium intelligit, honores detuliſſe, teſtatur, hæc Maculerus.

Sed Theatrum Vitę Humanę loco ci-
6 tato ita ſcribit, Summi Pontificis gregis paſcendi oues vera Pręsbyteris olim inuehebat, & ne adminiſtratio an in promiſcuo eſſet, Euariſtus Papa Primus omnium titulos ipſe diuiſit Presbyteris ſeptuaginta Diaconos conſtituit, deindè anno ſalutis CCLXVII. Dionyſius tam Vrbis Romæ, quam aliarum gentiū templa Cęmiteria Parochias diuiſit, Epiſcopis Dioeceſes diſtribuit, mādauit vt ſuis quiq; finibus contentus eſſet, nec ità multo poſt Marcellus titulos vrbis ab Euariſto Primum Presbyteris datis numero limitauit, decretoſtatuēsquinq; & viginti, & quaſi Dięceſes eſſe ad baptizandum eos, qui ex gentibus externis in chriſtianorum cętum quotidiè venirent, & ſepeliendum mortuos. Hi ab initio Cardinales fuere excellentiores epitheti gratia, perindè, ac ſolanum fanonium, auſtrum, & ſeptentrionem vētos Cardinales, ideſt primarios appellamus, veluti altiſſimæ partes cæli vocitantur Cardines, quod circa illos mundus circumferatur, & ad ſimilitudinem eorum nuncupētur cardines, circa quos valere voluuntur non fuit item aliquādiu, deindè aliud eſſe Cardinalem, niſi ante alios habere curam animarum, id quod ex Diuo Gregorio Epiſc. colligere, licèt in quibus Epiſcopum alium viſitantem alium Cardinalem facit, quod hic apud ſuum gregē ſemper reſideret, ille verò hinc indè vacans Eccleſias viſitaret. Verum poſtea Bonifacius III. ac ita, quod principio prorſus oneri fuit, ſummo tandem honore eſſe cœpit, paulatimque inter contenſiones Imperatorum, ac Populi Romani de Pontifice creando ſæpius ortas prorogatiuam iuſq; ipſius Pontificis eligendi cōſequuti ſunt, adeò vt Innocentius IV. circa

Digitized by Google

annum ſalutis MCCXLIIII. publico decreto ſenſerit vti ęquo deinceps inſidentes, rubro vterentur galero, quo maior ad hoc ordini accreſceret Maieſtas ordinis antiſtites, ſemper eſſe paratos pro Religione defenſione ſanguinem effundere, dedit poſtea Paulus II. veſtem coccineam cucullo inſignem, hoc eſt lucernam, ita veteres appellaſſe iudicamus, hoc enim cum rubenti putato ordinis inſignia forent, quę pictores deindè etiam D. Hieronymo impartiti ſunt, quia dicitur Romanus fuiſſe Presbyter, is autem ordo ex triplici vitiatorum genere conſtat, ſunt enim, aut Epiſcopi, & hij quidem numero ſex Oſtienſis, Sabiēſis, Portuenſis, Tuſculanus, Prænestinus, & Albanenſis. Presbyteri, aut Diaconi, *Polidor. lib. 4. cap. 9. de Rerum inuentori. hæc Theatrum loco cit.*

Sed rem hanc latius explicat Doctus
7 *Emanuel Gonzalez loco cit. num. 4.* & ne huius Doctoris eximij Doctrinæ, & laboris vſurpator exiſtimer, eius verba etiam hic apponenda duxi, ait enim, ſecundo ſciendum eſt, Cardinales iam à primis Eccleſiæ temporibus in triplici fuiſſe gradu Epiſcoporum Cardinalium originem, & orationem agnoſcamus, ſciendum eſſe quinq; fuiſſe in Vrbe maiores, & pręſtantiores Eccleſias ordinatas, nempè Sancti Saluatoris Lateranēſis à loco nūc S. Ioannis, S. Petri, S. Pauli, S. Mariæ Maioris, & Laurentij extra muros, quibus in Eccleſijs Summus Pontifex per ſe ipſum ſacra non raro perſoluebat, vtiq; decentius, & maiori cum maieſtate id fieret, ſeptem ſibi Epiſcopos ex vicinioribus oppidis aſciuit, qui poſt præſtitam Pontificis aſſiſtētiam ſingulis hebdomadæ diebus ſinguli etiā præſente, vel abſente Papa, ſuper aram præſertim Eccleſię Lateranenſis diuina celebrabant myſteria. Vt autem ſunt ſeptem hebdomadæ dies, qui rurſum finita hebdomada in ſe ipſos redeunt, ita ſeptem Epiſcopi, vti ſupra lecti omnes per ſingulos dies celebrantes, hebdomadam explicant, atq; ob hanc cauſam ſeptem hi Epiſcopi poſtea Cardinales, ideſt Principales dicti ſunt, Pāuino teſte, addendo horum inſtitutionem, ne iuſtiſſimam eſſe, ſiquidem in vita Stephani Papę IV. qui tertius dictus eſt, creatuſque Pontifex anno ſalutis 788. apud Athanaſium Bibliothecarium inſcriptum inueniſſe, ait, hic conſtituit, vt omni die Dominico à ſeptem Epiſcopis Cardinalibus hebdomadarijs, qui in Eccleſia Sancti Saluatoris obſeruant miſſarum ſolemnia ea ſequitur Altare B. Petri celebrarentur, & Gloria in Excelſis Deo cātaretur ſuper rugas, per quas ingrediuntur ad Altare, vbi Imagines in frontiſpitio conſtitutæ ſunt, fuere autem hi ſeptem primus Oſtienſis Epiſcopus Cardinalis. ſecundus ſilue Conide alias Sanctorum Rufinę, & Secundæ. Tertius S. Hyppoliti alias Portuenſis. Quartus Sabinus. Quintus Pręneſtinus. Sextus Tuſculanus. Septimus Albanus, circa Presbyteros Cardinales ſciendum eſt, Diuum Petrum Apoſtolorum Principem ex fidelibus quoſdam ſeniores viros, & probatæ vitæ inſtituiſſe, ex quibus tam Presbyteros, quam Diaconos conſecrauit, quorum quia tam ipſe, quam eius ſucceſſores creſcente in dictis Eccleſijs vterentur Presbyteris, commiſiſſe populo adminiſtratore, Diaconis vero vt illis miniſtrantibus adeſſent, viduiſq; pupillis, & alijs egenis ſubuenirent, iniunxiſſe, vt cum numerus presbyterorū incertus eſſet, Diui Petri ſucceſſores pro tempore varietate diuerſorum eorum numerum ſtatuerunt; Euariſtus anno Domini centeſimo Vrbis regiones in titulos, vel Parochias diuiſit, & in eis ſingulos Presbyteros, vti Sacramenta adminiſtrarent, populumq; edocerent, conſtituit. Higinius vero Pontifex creatus anno 138. plures Presbyteros in quolibet titulo, ſeù Eccleſiæ ordinauit, ex quibus, qui præerat alijs Presbyter Cardinalis dicebatur. vt referunt *Panteinus de ſeptem Eccleſijs cap. 2. Lelius Zecus, vbi ſupra cap. 28. num. 1. Dionyſius anno 260.* Euariſti exemplum ſequutus limitibus affixis ſingulis titulis etiam præſtitis curā Cęmeteriorum adiunxit. Marcellus anno 304. vt facilius Baptiſma miniſtraretur, vigintiquinq; titulos quaſi Diœceſes in Vrbe conſtituit. Pancinus vbi proximo Diaconus in vita Marcelli. Diuus Syluester alios tres titulos adiūxit,

&

& ita 18. Cardinales ordinauit, quorum Ecclesias referunt luculentius, & eorũ seriem vsque ad nostra tempora prosequuntur *Cassanus in Catha.4. 1.consid.12 Cocherius in notitia Cardinalium 6.* succedunt Diaconi Cardinales, quorũ origo à tẽporibus Apostolorum repeti debet, siquidem in *Actis Apost. cap.6.* legimus, septem viros ordinatos fuisse ad quotidianum ministerium, quod exemplum sequutus est Euaristus relatus in *cap. Diaconi 11. 93. dist.* septem etiam Diaconos constituit, & cum Vrbis regiones post incendium Neronis septem essent, Syluester anno 324. septem Diaconos Cardinales regionarios septem Vrbis regiones assignauit: vt sicut in eis curatores erant ciuilia tractãtes negotia, ita etiam essent Diaconi, qui religionem Catholicam promouerent, & eleemosynas à Subdiaconis collectas erogarent, refert. Baron.c.3. anno 324. sed sequentibus sęculis crescente admodum fidelium numero auctus fuit etiam Diaconorum Card. numerus vti refert post alios *Cocherius d.cap.7.* de his alijs ad Cardinalitiam dignitatem spectantibus latè agunt *Germonius de indultis Cardinalium Bellarm lib.1.de cler.cap.9.& 16. Iacobatius de concil.lib.1.art.12. Vasq. 3.par.disp.242.cap.1. Azor.par.2.lib.4.c.1. & seq. Adanus Contezen lib.6. politicorum cap.35. Tesolius lib.1. Mistac.c.16.sect.1.& 2. Hurtado tom.1.de resid.art.5.* & quando rubro galero vsi fuerunt, tradit *Viuar.de veteri Monachatu lib.4. cap.4. §.14. Celbotius de Hyerarchia lib.4.c.8.* fusè *Russelius lib.2.histor.Pontif.iurisd. cap.10.per totum Beyerelinc.tom.2. in Theatr. verbo Cardinalis, hac Gonzalez.*

Verum non solum in Romana Curia,
8 sed in alijs Ecclesijs minoribus adfuisse Cardinales, Historiæ Ecclesiæ comprobant, siquidem in Ecclesia Cathedrali Neapolitana fuisse Canonicos Cardinales, euidenter docet *Nouarius in summa bullarum tom.2. verb.* Canonici Cardinales, atque ex historijs probat Baronius anno 591. n.22. & Canonicos Ecclesiæ Compostellanæ fuisse vocatos Cardinales à Papa, idem Baronius ann. 1104. Insuper docet Maculer. nomẽ Cardinalis non semper huic supremæ in Ecclesia secundum Pontificiam dignitatem quantum nũc videmus, attributum est, sed quandoque illis personis Clericis, vt Diaconis, Presbyteris nonnunquam Episcopis cum de vna in aliã Ecclesiam, vt eam regerent authoritate Pontificia transferebantur, vndè condinare ordinare, & Cardinalem facere, seù constituere apud Sanctum Gregorium nihil aliud esse constat dicit quam Parochiæ alicui regendę quempiam Sacerdotem immatriculare, seù incorporare, atque canonica translatione vni Ecclesiæ administrandæ, in qua primo ordinatus non fuerat, necessitate vrgente, aut vtilitate Ecclesiæ postulante, addicere, quod ex Epistolis Diui Gregorij probat Maculerus. Attamen hodie
9 hæc Cardinalitia dignitas, & nomen Cardinalis, dumtaxat in Ecclesia Romana priuatiuè quoad omnes Ecclesias existit, & quæcumque priuilegia, & indulta quarumcumque Ecclesiarum, in quibus aderant Canonici Cardinales, fuerunt reuocata, & extinctum protinus hoc nomen à Pio V. in eius Bulla incipit. . . Anno 1568. de qua mentionem etiam fecerunt *Naldus in sum. in verbo Cardinales, atq; idem Nouar.in sum. bull.tom.1. rub.* de Canonicis Cardinalibus, quare nescio, quomodo adhuc in Ecclesia Salernitana hoc nomen, & dignitas perseueret, nam & si priuilegio expresso Romani Pontificis hoc eis fuerat concessum per dictam Bullam Pij fuit reuocatum.

Cardinalitia dignitas magna, & su-
10 blimis est in Ecclesia Catholica, eiusque Principes maiores sunt, atq; excellentia huius status omnibus quotquot sunt in Ecclesia Dei dignitatibus, Prælaturis, siuè Patriarcharum, siuè Primatum, siuè Archiepiscoporum, Episcoporum cæterorumque principatus alicuius gradus sublimiũ simpliciter antecellit, vt vtar eisdem verbis *Maculeri d.cap.11. fol.* 562. quia Domini Cardinales pars quædam corporis Papæ esse dicuntur, vt Senatores pars Principis quoque corporis ipsius esse perhibentur *l. quisquis C. ad legẽ Iuliam* maiestatis dicuntur illius fratres, & adiutores Papæ, quorum auxilio, & opera vniuersum fidelium orbem regit

mo-

Digitized by Google

moderatur, atque gubernat. Verum Episcoporum dignitas in quantum ad ordinem est Præsbytero Cardinali maior, vt admittunt omnes, vt est videre *Azor.d.lib.4.c.1.q.9. Maculerum, & alios apud Dianam par.5.tract.2. vers. primum* quia Cardinalatus non est ordo Sacramentalis, quod omnes admittunt, administratione enim,& iurisdictione, atque dignitate omnibus præstantiores esse, eruditè probat contra *Mauritium Alzedum de excellentia Episcopatus cap. 8. num.33. Pater Diana pract.5.tract.2.res.1 per totam*. Non tamen semper Cardinalis præcessisse Episcopos, ac illis præstantiores mox indicabo.

Consistit ergo Cardinalium munus,
11 & officium ex æqua institutione principaliter, atque essentialiter, vt Papæ assistant in Consilijs, vt scilicet omni ope industria studio labore obsequio famulentur, & inseruiant, ita enim conditio, & essentia status Cardinalitij diuinitus instituta fuit, vt Cardinales à Cõsilijs Romani Pontificis assistentes, prius in Ecclesiæ vniuersalis bonum salutemque, piæ iusteque obligationis inclinatione, vt vtar verbis *Maculeri loco cit.cap. 12.* propediant, atque ferantur, quàm particularium Ecclesiarum commoditati consulant, rerumque ad singulares personas spectantiũ de conscientia..... satagant, neque quamquam latere potest in sacris historijs minimè peregrinante S. Petro, vt rectè de hijs intelligi possit *Anna vaticinium 1.Reg.c.2.* Domini sunt cardines Terræ, & posuit super eos orbem, & vt docet *Maculerus d. cap.12.* S. Petro visibili à Christo Domino Ecclesiæ suæ Monarchia constituto coadiutores, quãuis Spiritus Sancti gratia repleto, veluti Cardinales Papæ cuius assiduis, & laboribus astitisse, quales fuisse Sanctos Linum, Cletum, Clementem, & alios vitæ sanctissimos, sancta commemorat historia, vt intelligamus sacrum cardinalitium ordinem in sua radice, & functione neutri cum iniuria magna censeri; & Sancti Petri in sede Apostolica successores, etiam furentibus contra Ecclesiam Dei Tyrannorum persequutionis austris, hoc Cardinalium Consilio minimè caruerunt, quorum tituli in ipsius Ecclesiæ nascõtis incunabulis,& crescentis persequutionibus onera potius, quam ornamenta, nec tam fauores, quam sudores, nec tam fulgores fortunæ ridentis, quam impedientis crudelissimæ mortis labores extitere. hæc Maculerus. Optimè etiã Palotta de Sacro Consistorio in *concluſ. totius operis membro 3. vers. verumtamen, fol.346.litt.D. & par.1.q.4.fol.43*.

Verum Lelius Zechius in sua Repu-
12 blica Christiana in tit. de statu Illustrissimorum Cardinalium *sub num. 3.* ita scribit, quoad assistentiam Cardinalium Papæ ipsi modo ei assistunt, vt Apostoli assisterunt Christo, vt supradictum est, & probat *Anch.q.9.art.4.* quod vero ijdẽ illi semper assisterint, licet sit probabile, cum à tempore Apostolorum illi semper assisterunt præcipuè Sacerdotes, vt supra dictum est, sub hoc nomine illi sẽper non astitisse cum, hoc nomen cęperit appellari tantum sub Gregorio primo, vt patet *lib.eius 5. ep.11.ad Fortunatum Episcopum, et lib.11.ep.34.* & sub Leone IX. prout in eius Epist. ad Michaelẽ *cap.32.* ex Concilio Romano sub Syluestro *cap.6.* & quandoque ante tempora Clem.V. & Ioannis XXII. fuere Pontificum Consiliarij, & Cardinales inferiores dignitate Episcopis, & ante Diaconos Cardinales Episcopi subscribebant, & gradu deprimi videbantur, qui fiebant Cardinales, vsque ad Bonifacij tempora, & dicit Ioannes Andreas in *cap.cum aliquibus de respons. in 6.* nam oportebat Cardinales electos renunciare Episcopatum ob beneficiorum prohibitam multiplicationem, donec permissum fuit titulum Cardinalatus cum Episcopatu retinere, ex quo titulo Cardinales denominabantur, vt notatur in *cap.ex tuis de cler.non resid.* & certum est Cardinales ante ea tempora collegium non constituisse, nec sic Papæ astitisse, & etiam ante fortè non assistebant Papæ in consilijs, nam in rebus grauibus Papa conuocabat primis sexcentis, vel octigentis annis Episcopos Italiæ, vbi aderant, & Cardinales Presbyteri; sed Episcopi primum locum tenebant, donec his postremis sexcentis, vel septingentis annis vsu docente ob incommo-

da

Digitized by Google

da multa cępere paulatim omitti concilia nationalia Italię,& res tota redigi ad Cardinalium Senatum, quod & valdè commodum eſt, vt Senatus ſemper in promptu habeatur ſine detrimento particularium Eccleſiarum, & vt Papa habeat conſiliarios magis inſtructos, exercitatos, vt dicit *Bellarm.loco cit.* plena vero authoritas eſt eis tributa,cum ſoli deſtinati ſint Papæ electores. hæc Lelius Zechius, cuius doctrinam poſsē, & hiſtorijs ſacris comprobare, præſertim cum Baronio,ſed ex condicto omitto: illud ſolum addam, Geminianum, Ioannem Andream in *cap. cum aliquibus de reſcript.in 6.* docuiſſe ante ſeculum
13 Bonifacij VIII. multos Epiſcopos non fuiſſe in numerumCardinalium aſcriptos, ne Pontificiam dignitatem minuere videretur, prout etiam ſcripſit Gonzalez de Cardinalibus, & probatur ex Epiſtolis Diui Bernardi, quarū inſcriptio prius dirigitur Epiſcopis,& poſtea Cardinalibus. Alij docent ante tempus Bonifacij Cardinales honore præceſſiſſe Epiſcopos Azorius tamen *d.lib.4. c.1. verſ. ſic tamen* quæſtionis docet ex quo ius, & poteſtas Romanum Pontificem eligendi ad ſolum Cardinalium cętum eſt reducta,cępiſſe Cardinales paulatim honoris dignitate cęteris etiam Archiepiſcopis anteponi, at ſtatim ſummum honoris gradum obtinuiſſe, ac tempore Bonifacij ipſos ſcilicet Epiſcopos, & Archiepiſcopos, nec in Cardinales eligi, ne de ordinis poteſtate,& gradu deſcendere viderentur, quam ſententiam nonnulli verius ſequuti ſunt,vidè etiam *Dianam loco cit. d.reſ.1.* ſed quicquid ſit de hac re, certum eſt S.R.E. Cardinales
14 aſſiſtere debere conſilijs Romani Pontificis, & ſunt membra corporis illius vnita, quoad exequutionē poteſtatis,illique adherent vti coadiutores in exequutione, & Eccleſiæ gubernatione,vt loquitur Pallotta de ſacro conſiſtorio *par.1. quæſt.3. in fine.*

Hinc ſequitur, quod reſidentiam
15 S.R.E. Cardinales ex vi, & natura proprij officij præſtare tenentur in eo loco, vbi Pontifex degit,cuius cōſiliarij ſunt, ita vt illum in arduis negotijs iuuare poſſint, expreſsè habetur in *cap. bona il primo de poſtulatione Prælator. Germanus de indultis Cardinalium §.tibi quoad vixeris Garſia de nobilitate gloſ.48. §.3. à n.3. Flaminius Pariſius de reſignat.lib.2. qu.1. num.34. Hier.Gonzalez ad regul.Cancellariæ gloſ.24.num.123. Martinus Laudenſis de Cardinal.q.5. Lotterius de re benefic.lib. 1.q.8. num.49. Barboſ.de poteſtate Epiſcopi alleg.53.num.12. Hurtad.de reſol.lib.2.reſol.5. doctus, ac ſatis eruditus Emanuel Gōzalez in cap.2.de cler.non reſident. num.5.* Quare ſanctæ memoriæ Innocentius X. bullam emanauit,ne Cardinales extra Romanam Curiam exire audeant abſq; Summi Pontificis licentia. Incipit cum iuxta ſacrorum. XV. in ordine,& aliam edidit Vrban.VIII. *66.* in ordine.

Ex his, & alijs cumulatis clarę fiunt rationes, ex quibus illi ſex hodie Cardinales Epiſcopi reſidendi in proprijs Eccleſijs ab onere fuerint, & ſint liberi. Primo quia cum hi Epiſcopi ab initio eorum inſtitutionis ſemper Papę aſſiſtere in functionibus conſueuerint,introducta fuit legitima, & valida in Eccleſia conſuetudo, vt Romæ in aſſiſtentia Papæ ſemper commorentur,quia, & ſi reſidentia inEpiſcopatu à iure diuino pendeat, attamen illatiuè ad ius diuinum reducitur, in quo maximè prævalet authoritas Eccleſiæ, ſiuè Romani Pontificis per expreſſum conſenſum, ſiuè per tacitum in conſuetudine, & eo magis quia per Pontificem Romanum fuerunt diſtinctæ Diœceſes propriæ, & addictæ Epiſcopis, & ſic fundamentaliter, vt dixit Bonacina, & radicaliter deſcendit in Eccleſiæ inſtitutione benè introduci poterit hic vſus in Eccleſia in his Epiſcopatibus Romæ addicentibus, qui cum fuerit ſemper ab quo vniformis cum conſenſu ſupremi capitis, legitimam præbet cauſam non reſiden-
16 di talibus Cardinalibus. Secundo quia huiuſmodi Cardinales præſentiam, & intereſſentiā in dictis Eccleſijs per coadiutoresEpiſcopos,qui ſemper aſſiſtunt in illis,præſunt,& explent per hos propriam reſidentiam, quod etiam conſuetudine in hoc caſu introduci potuit,authoritatem præſtante ſummo Eccleſiæ capite,cui omnia quoad Eccleſię gubernationem ſubiecta ſunt, & de omnibus

quæ

Digitized by Google

quæ ad gubernationem Ecclesiæ pertinent secundum potestatem sibi à Deo traditam disponere, prout sibi melius videretur, potest, & eo fortius quia etiam quandoq; hi Cardinales ad pro-
17 prias accedunt Ecclesias. Tertio quia, vt dictum est alibi, Episcopi cum Ecclesias accipiunt, obligantur ad residentiã cum subordinatione ad supremum caput Ecclesię, qui ex causis sibi benè visis poterit exemptare illos à residentia; Summis itaque Pontificibus omnibus, qui ab exordio Ecclesiæ vsq; nunc fuerũt cõcorditer visũ fuit hos Episcopos collegij debere Romæ residere, quoniam dicti Episcopatus sunt annexi collegio Cardinalium, & semper ad talem gradũ per optionem ascendunt antiquiores de collegio, in eis maxima non solum doctrina, verum experientia, desteritas in rebus agendis necessariò supponitur, ideò debent semper esse in promptu Romæ, vt Romanum coadiuuent Pontificem, eorum consilijs pro Ecclesiæ gubernatione numquã. n. desunt ardua negotia à Pontifice derimẽda in toto christiano orbe quare semper hij supremi Senatores in his cum Pontifice derimẽ-
18 dis debent esse parati, & sic seruiunt Ecclesiæ vniuersali, quæ causa satis iusta, hæc est eos exemptandi ab onere residendi, vt dictum est supra, & eo magis, quia eorum Ecclesiæ propè existũt Romam, possunt eas dirigere, & gubernare, quamuis Romę assistant, tum ob vi-
19 cinitatem, tum ob eorum eximiam prudentiam, & sollicitudinem in rebus agendis, qui quamuis absentes sint corpore, animo tamen sunt præsentes atq; rationi, & naturę consonum valdè est, vt hi Cardinales, quia sunt caput, & primi sacri Collegij Cardinaliũ Romę assistunt, in qua præfatum sacrum Collegium habet suam formalem residentiam sicut enim corpus, sinè capite monstruosum esset, ita Collegium sacrum hoc esset monstruosum si ab eo abesset caput exprimi de eius Collegio in quibus maior dignitas exprimitur, & etiam maior experientia inuenitur pro derimendis Reipublicæ christianę malis.

An autẽ huiusmodi Cardinales Epi-
20 scopi sacri Collegij possint habere alios Episcopatus in cõmendam, agit *Hurtad. d. lib. 2. ref. 7. à num. 27. cum sequent.* qui dicit, quod dubium procedere poterit, attento sacro Concilio Tridẽtino. Nam per bullam Vrbani VIII. relata nullum cadit dubium, vt videre est dictam bullam, ibi sic etiam à prędicta residentia, & pœnarum præfatarum incursu volumus excusari S.R.E. Cardinales nunc, & pro tempore existentes alicui præfatarum Ecclesiarum præfectos, seu præficiendos, etiam si tamquam in ordine priores aliquem ex dictis titulis Episcopalibus propè Vrbem, vel in eius districtu consistentibus, obtineant, & in posterum obtinuerint, & in prædictis Episcopalibus titulis vrbi proximi residerint, vel in Romana Curia in suis titulis respectiuè. & in fine ibi volumus ex quibus verbis clarè apparet posse Cardinalem titularem Episcopum sacri Collegij habere Episcopatum alium, in quo residentiam facere tenetur, etiam in Titulari.

Cardinales etiam excusant quamplu-
21 rimi Doctores à residendi onere, cum Romæ assistere debeant in Concilijs sũmi Pontificis, & cum seruiant Ecclesię vniuersali, singulis Ecclesijs videtur deseruire, atque maius est, vt seruiant Ecclesiæ vniuersali, quam particularibus. Caput enim præfertur omnibus membris, multas rationes docuit, *Gigas de residen. d. cap. 17. vers. quartus casus, hanc eamdem opinionem docuerunt quamplurimi Doctores, præsertim Villadiego de origine Cardinalium q. 5. num. 11. & 12. Hier. Gonzalez ad regul. 8. Cancell. glos. 24. num. 128 Barban. de Cardinalib. q. vlt. Germanus de Cardinalibus §. tibi quoad vixeris.*

Verum hodie hæc sentẽtia nullo pa-
22 cto subsistineri potest, quoniam non solum sacrum Concilium Tridentinum hos ad residentiam adstringit, verum & bulla sanctæ memorię Vrbani VIII. in qua expressis verbis obligat S.R.E. Cardinales in proprijs Ecclesijs Episcopalibus ad residendum, & ita vsus comprobat, & obseruantia, cum in dies cernimus, hos in proprijs Ecclesijs residere, & ita præter alios *Diana par. 5. tract. 2. ref. 8. Hurtadus d. lib. 2. ref. 8. per totam*, an autem censendum sit, Papam cum ipsis di-

Digitized by Google

dispensare, cum eos Romæ commorantes cernit, & illos ad residendum non reuocauerit hoc est diuersum, & pendet resolutio ab alijs principijs, scilicet, an cum Papa videt, & tacet, censetur dispẽsasse, cum potest; in qua difficultate inuicem pugnãtes sentẽtię adsunt, & Doctores conspicui, & magnę doctrinę, vt videre est doctissimum *Merolla to.1.disp. 4.c.6.de dispẽsat.in legib.dub.6. per totum*, qui citat pro vtraq; sententia Doctores, & tamen in huiusmodi materia res maiorem patitur difficultatem, eo quod residentia, quamuis illatiuè, tamen verè stringit de iure diuino: sed quicquid sit de hac re, certum est, quod cum Papa vtitur opera alicuius Cardinalis Episcopi in aliquo officio, videtur cum eo dispensasse, prout diximus supra de Episcopis, nam censetur dispensasse cũ Episcopo potius quam cum Cardinali, qui alioquin residere tenetur Romę. Sed post scripta perpendi bullas Pontificias, præsertim decretum conciſtoriale Gre-
23 gor. XIII. ac bullam Vrbani, in qua expresse cauetur, scientiam, & tolerantiam Romani Pontificis non sufficere, etiam S.R.E. Cardinalibus, quin residere excusentur, sed requiri expressam licentiam in scriptis iuxta decretum sanctę memorię Gregorij ibi, ac pię memorię Gregor. XIII. etiam prędecessoris nostri per suum decretum Conciſtoriale declarauit decreta eiusdem Concilij de personali residentia in Ecclesijs prędictis facienda, etiam in S.R.E. Cardinalibus locum habere quocumq; titulo illis præcellent, itaut à reatu, & pęnis in dicto Concilio statutis non excusarentur, nisi absentiæ causa in scriptis approbata foret, scientia, vel tolerantia non excusarent eosdem Cardinales, vel alios Episcopos, & ibi etiam nobis, ac Romanis Pontificibus succesſoribus nostris scientibus, videntibus, & quomodolibet tolerantibus moram traxerint, itaut nulla nostra, ac Romanorum Pontificum succesſorum nostrorum cõuenientia, taciturnitate, & ad quorumcumque functionum, & actuum Pontificalium etiam publicorum, & solemnium celebratione, receptione, & admiſsione, numquam se tueri se possint. Sed nota, quod aliud est simplex taciturnitas, vel scientia, & patientia, aliud cum Papa vocat Romam, vel dat aliquod officium, nam si simplex scientia, taciturnitas, siue patientia non sufficit, vocatio tamen, & officij elargitio sufficere videtur, nisi fallor: & sufficere litteras missiuas clarè disponitur in dicta bulla
24 Vrbani ibi per litteras missiuas licentia. Notes tamen obiter, quod quamuis Cardinales vocantur fratres Papæ in *cap. fundamenta de electione in 6.* attamen hoc intelligitur, cum Papa generaliter loquitur de Cardinalibus, inter quos adsunt Episcopi, vt benè Glosa in verbo fratres; at cum specialiter loquitur, vel rescribit Cardinalibus, qui non sunt Episcopi, tunc non fratrem, sed filium vocat, vt vsus comprobat iuxta textum in *cap. quam graui de crimine falsi.*

Quomodo autem excusentur multi Episcopi in Germania, qui plures ob-
25 tinent Episcopatus. Respondet *Hurtad. d.lib.2.res.7.n.15. cum seq.* quod hic vsus reprobari non debet, cum illum approbat sedes Apostolica, & cum sit per tot annos continuatos, & licet obstet obliquitas, & lęsio iuris naturalis, & diuini de residẽtia personali, rescercetur per aliud excellens, & bonum diuinissimũ, & interpetratur, quod in hijs circumstantijs, quæ ibi concurrunt, non obliget, ibi enim concurrit præceptum de fide tuenda, isti illud cedit, cum in illis partibus incrassata, & impinguata hæresis recalcitret Catholicis. Principes sunt, vel hæretici fautores, & ideò indiget fides Catholica potentioribus Ecclesiasticis, & quare obligatio ad maius malum euitandum obsurget obligationem de minori, hæc est doctrina docti Thomæ *Hurtadi loco cit.*

Hæc in quantum ad causas excusan-
26 tes à residentia vltra tres menses. At Sacrum Concil. Trident. in *d sess.23.c.1* permittit Episcopis absentiam per tres menses ob aliquam iustam causam, & æquam, quod ad conscientiam Episcoporum relinquit, dummodo huiusmodi absentia non sit in temporibus Aduentus, & Quadragesimæ, circa quod illud potest oriri dubium. An Episcopus possit accipere vnico cursu temporis tres

Digitized by Google

27 menſes pro vno anno, & tres pro alio venturo anno, & coniungere, & continuare ſimul hoc tempus. affirmat ex *Pellizar.in manuali tom.1.tract.5.cap.86. ſect.3.num.162. Diana par.9.tract.6.reſ. 22.* qui ſic ſcribit de hoc caſu: olim interrogatus fui, & affirmatiuè reſpondi, nulla tamen Doctoris authoritate nixus, ſed quia nunc inuenio hanc ſententiam etiam docere doctum, & amiciſſimum Patrem Pellizarium, apponam hic eius verba, ſic itaque habet in *Manual. Regulari tom.1.tract.5.cap.8.ſect.3. num.162.* illud præterea hoc controuerti poteſt, an beneficiarius, qui v.gr. anno 1645. abfuit à reſidentia per trimeſtrem conceſſum in Concilio Tridentino, nimirum menſe Octob. & Nouēb. Decemb.1646. item abeſſe toto Ianuario, Februario, & Martio ad rationem trimeſtris abſentię poſterioris huius anni, itaut abſit à reſidentia ſex menſibus continuatis, idque ad expediendum negotium inchoatum in trimeſtre anni 1646. Reſpondi videri poſſe abeſſe totis ſex menſibus continuatis, & probatur, tum quia Concilium Tridentinum concedit, vt beneficiarius quolibet anno per ſex menſes abeſſe poſſit à reſidentia, nec vetat immediatam continuationem trimeſtris anni præcedentis cum trimeſtre anni ſequentis; non ergo apparet cur in preſenti caſu abſentia trimeſtris ſequētis non poſſit continuari cum abſentia trimeſtris præcedentis cum ſex generaliter debent intelligi, & vbi lex non diſtinguit, neque nos diſtinguere debemus.

Sed parcat mihi Pellizarius, nam
28 quamuis in Tridentino explicitè non damnetur hęc continuatio, attamen virtualiter, & ſatis implicitè ſatis damnatur, nam in *ſeſſ.6.cap.reform.* ſtatuitur, vt cum Epiſcopus per ſex menſes cōtinuos abfuerit à reſidentia, priuetur fructibus pro rata temporis, & in *ſeſſ.23.cap.de reformat.* ſacroſancta Synodus vult illud abſentię ſpatium ſingulis annis ſiuè cōtinuum, ſiuè interruptum ob prædictas cauſas nullo pacto debere duos, aut ad ſummum tres mēſes excedere; quid clarius? ſi ſingulis annis non poteſt abeſſe pluſquam tres ad ſummum menſes, quādo vult plures, & continuare vnum cū alio tempore, eſt enim contra verba, & ſanctam mentem Concilij, quod vult, ne Epiſcopus ſit extra reſidentiam per longum tempus ob damnum, quod ſequi poteſt gregi, & ſaluti animarum. Inſuper, nec verum eſt, quod Pellizarius, quod pro anno, v gr. 1645. poteſt beneficiatus accipere pro abſentia ſibi cōceſſa menſes Octobris, Nouembris, & Decembris, & pro anno 1646. menſes Ianuarij, Februarij, & Martij, quia in illis prioribus menſibus, nempè Decembris ſemper incidit tempus Aduentus, & menſe Martij ſemper Quadrageſima, in quibus temporibus prohibet Cōcilium omnibus Curatis, ne extra reſidentiam commorentur, eſt etiam quod Vrb.VIII. in dicta bulla prohibet abſentiam vltra tres menſes etiam ratione perſequutionis, cuiuſcumque negotij, ſeù quarumcumque litium, & controuerſiarum etiā Eccleſiaſticarum: nec currit paritas de præcepto confeſſionis ex delicto pœnitentiariæ, quā aſſumit Pellizarius, quia diuerſa eſt hæc materia ab illa, cum expreſsè in hac ſit prohibitum Curatis vltra tres menſes abeſſe à reſidentia. Contra Dianam, & Pellizarium grauiter inuehitur Hurtadus *lib3. reſ.8. per totam*, & probat latius dictorum Doctorū falſam eſſe opinionem, atque dictam cōtinuationem nullo modo licitam, & ita
29 reſolutum à ſacra Congregatione ſuper reſidentia Epiſcoporum ſub die 17. Iulij 1657. refert eruditus, & viridicus *Proſper Fagn.in c.qualiter num.40.de cler. non reſident.* in qua Congregatione dicit interueniſſe Eminentiſſimos Card. Ginettum, Meltiū, & Paulutiū, & R.P.D. Farneſium, Alterium, Gualterium, Vgolinum, & de Vecchis. Ita igitur erit inconcuſsè tenendum, & obſeruandum.

An autem quęlibet cauſa excuſet, vt quis abeſſe poſſit illis tribus mēſibus, & poſſit tutè, ſeù animi cauſa, ſeù poſſit
30 Epiſcopus cauſa animum relaxandum, abeſſe illis tribus menſibus; affirmant quamplurimi Doctores, nempè *Sanctarellus variarum reſol. q.4.num.5. Barboſa ad Trident.ſeſſ.23.c.1.n.16. Diana loco cit. d.reſ.22. ſed negat doctus Magiſter Taxeda Theol.moral.to.1.lib.2.tract.2.controu.10.*

ibi

Digitized by Google

ibi, & hoc quidem, quod est maximè aduertendum, non liberando Episcopos, qui tres menses in suis Ecclesijs non residents, sed sunt absentes à mortali culpa, nam certum est, Episcopos absque iusta causa in suis Ecclesijs non residentes etiam per tres menses peccare mortaliter, esseq; trasgressores præcepti diuini naturalis, sed solum eximendo eos à pęnis debitis pro absentia, indicando trium mensium spacium esse paruum tempus, quod tamen prohibito reputari solet apud viros doctos, & prudentes in exteriori foro, in quo humanum iudicium suum certum sedile habet quantum ad imponendas, aut remittendas pęnas, & ideo si aliquis Episcopus absq; iusta causa per tres menses in suo Episcopatu non resideat, peccat mortaliter coram Deo, non tamen tenetur ad restitutionem fructus Episcopatus, nec alias pœnas. hæc Taxeda.

31 Certum est, quod Concilium per absentiam trium mensium exponit causã, ibi vt id æqua ex causa fiat, & absque nullo gregis detrimento, remittit tamen hanc causam conscientiæ propriæ, an sit vera, & igitur absque causa non licet, verum non tàm rigidè in hoc erit procedendum, nam Concilium vtitur illa particula æqua, quæ indicat causam quamlibet posse sufficere, vndè arbitrio prudentis confessarij erit remittendum. Ego enim, qui Episcopatum habeo in regionibus nimis rigidis in quibus vidi oculis proprijs vinũ cõgelasse, & aliunde cõtinua affectione hypocontriaca affligar, in illis tribus mensibus hyemalibus Neapolim ex consilio medicorum commoror, sufficere hanc causam, haud dubitandum est, teste Paulo Squillante

32 viro satis sua tempestate erudito, ac Pio Episcopo Tennen. *in tract. de oblig. Episcoporum p. 1. cap. 2. sub nu. 4. vers. sufficeret*, tamen in quo etiam videtur cum Diana tenere, sufficere ad obseruantiam honestandã, si fiat animi relaxandi causa, aut consanguineos, vel amicos inuisendi, sed certè apud me requiritur aliqua causa, & quod prouideatur in tali absentia, ne aliquid ouibus detrimẽtum sequatur, vt Squillant. aduertit.

Peccare quoque dicit *Squillante loco cit. n. 5. sequutus Zachariam Pasqualinum*

33 *in decis. moral. dec. 743. n. 4.* si vltra tres menses per decem, vel quindecim dies abfuerit, quia Concilium taxat tempus; in quo concedit Episcopis non residere, & hoc per modum indulgentię, & ideo in dicto tempore includi dicũt id quod rationabiliter indulgeri potest, nec extra ipsum habere locum paruitatem materiæ, quia iam Concilium videtur habuisse rationem illius, sed apud me si iusta causa intercedit pro decem diebus vltra tres menses, non tamen condemnarem eum Episcopum ad mortale peccatum.

Digitized by Google



CAPVT QVARTVM:

Quid per Reſidentia nomen intelligatur, quomodoque Epiſcopus reſidentiam explere debeat, latè demonſtratur.

OCęanum ingrediar, hoc eſt Mare illud magnum,& ſpatioſum, in quo reptilium non eſt numerus; ſiquidem hic exponere me oportet, quid ſit Epiſcopale munus, quomodo illud explere debeat Epiſcopus,vt poſſit in vitam ingredi æternam, quod valdè laborioſum eſt.

Reſidentiæ nomen non perfunctoriè
1 accipiendum eſt, quatenùs ſolùm conſiſtat in exhibendo præſentiam corporalem in loco reſidentiæ, ſed ſedulo, quatenùs importat exercitium Paſtoris, oues paſcendo verbo, & exemplo, & quatenùs includit ſolicitudinem paſtoralem, vigilando ſupra gregem, illumque ad æternam felicitatem dirigendo, quapropter requiritur præſentia, non
2 vt ſimplex intereſſentia materialis, ſed prout eſt neceſſaria,vt Paſtor ſuum poſſit explere munus, & officium, tamquã medium neceſſarium ad finem; illa enim turpis, & inanis, hæc gloria, & vtilis, vt eruditè *Maculer.de Monarchia Eccleſiaſt.to.*1.*2.par.lib.*5.*cap.*9.*in princ. & optimè colligitur ex Trident.in ſæpè citata ſeſſ.*23.*c.*1.*de reformat.* ſic cum effectu intelligendum, & accipiendum eſt hoc
3 reſidentiæ nomen, *Hoſtienſ.in ſumma, in tit. de cler.non reſid.Zabarella in clem.vnica de foro competenti n.*22.*Caietan.*2.2.*qu.*165.*art.*5.*verſ.ad hoc Layman.lib.*4.*tract.*2.*cap.*6.*n.*1.*Azor.inſtit.moral.p.*2.*lib.*7.*c.*4 *verſ. hæc Paſtoris, Fagnan.in c.qui licèt.nu.*33.*de prabend.& in c. conquerente de cler. non reſid.n.*14.*&* 16.*Hurtad.de reſid.lib.*1.*reſ.*6.*&* 7.*Graſſius in dec.tom.*1.*lib.*2.*c.*97. *num.*57.*Barboſ.alleg.*53.*nu.*20. *Emanuel Gonzal.in c.relatum de cler.non reſid. nu.*4. *&* 5 *alij paſſim*; qui omnes concludunt,reſidentiam conſiſtere in mentis ſollicitudine erga gregem; definiuntque reſidentiam conſiſterein aſſiſtẽtia paſtorali cum exercitio Eccleſiaſtici miniſterij, vt videre eſt penes *Barboſ.in rubr. extra de cler.non reſid.n.*9.Reſidentia enim ſeruitium importat aliquod perſonale, vt dicunt Canoniſtæ in *cap.relatum, & cap. conquerente de cler.non reſid.* quapropter qui tantum in Diœceſi eſt corporaliter præſens, nec exhibet ouibus, quæ muneris ſunt paſtoralis, materialitèr, non
5 formaliter reſidere dicitur, nam reſidẽtia, non otioſa, ſed laborioſa eſſe debet, *Fagnanus in d.cap.licèt de prabendis n.*24. ideò dixit Apoſtolus Actorum 2. Attendite vobis, & vniuerſo gregi, in quo Spiritus Sanctus poſuit vos Epiſcopos regere Eccleſiam Dei, quam acquiſiuit ſanguine ſuo. & optimè *Caietan. in* 2.2. *q.*185.*art.*5.*in reſponſ.* ad argumentum breuioribus verbis explet, dicens,quod Epiſcopus ad vtrumque ſimul tenetur, ad reſidentiam, & ad opus.

Et vt huius rei veritas adamuſſim
6 eluceſcat, reminiſci oportere,quid nam nomen Epiſcopi importet; ſi quidem,vt in primo capite diximus, Epiſcopi nomen eſt græcum, ac ſi diceretur ſpeculator, & ſuperintendens, & quod ſpeculetur, & proſpiciat populorum mores, & vitam, vt intelligat, non ſe Epiſcopum, qui præeſſe dilexerit, non prodeſſe, *Sanctus Iſydorus lib.*7.*etimologia cap.*12.*cap.cleros* 21. *diſt. verſ. Epiſcopatus*

au-

Digitized by Google

autem; Diuus Augustinus lib. 19. cap. qui Episcopatum 8. *qu.* 1. *ità etiam dicitur in Concil. Aquilen. p. 3. tit. de resident. Episcop. ibi, Episcopi autem, quos in speculo Dominus constituit, vt gladium venientem perspicientes sua tuba canerent, & populos monerent, ne sanguis pereuntium de manibus eorum exquiratur, ac etiam quia Episcopus idem est, ac superintendens, quia intendere debet supra gregem suum. Et in Concil. Lodiense sub Gregor. IX. ibi, quod venerabiles Patres, Episcopos, Archiepiscopos, & Episcopos incumbat ex officio faciendum, nomen dignitatis eorum, quod est Episcopus, ideſt, superintendens exprimit euidenter: Diuus Thomas* 2. 2. *qu.* 185. *art.* 1. *ad primum. Alberius de Rasato in dictionario litt. E. verbo Episcopus, Maculer. de Monarchia Ecclesiast. tom.* 1. *art.* 2. *lib.* 5. *c.* 4. *in princ. Fragosius de Republica Christiana to.* 2. *lib.* 8. *disp.* 185. *num.* 1. *Hieronym. Gigas de resid. cap.* 1. *Theatrũ vita humanæ litt. P. rubr. vita, conuersatio, mores,* & optimè id insinuauit Deus, cum dixit Ezechieli, speculatorem dedi te domus Israel. *Ezech. cap.* 3.

Nomen est operis, non honoris, vt
8 explicat Diuus Augustinus loco citato, & cum eo *S. Thomas loco cit.* & finale, & principale Episcopalis dignitatis scopus non est aliud, dicit *S. Th. d. art.* 1. *in corpore*, quam Episcopalis operatio, per quam vtilitati proximorum intenditur, nam vocati sunt Episcopi pro gloria Dei ad labores, non autem ad propria commoda, & ad charitatem in animas ouium infundendam, quare finis Epi-
9 scopalis gubernationis est populos sibi commissos ad Deum dirigere: debetq; studere, & inuigilare suo muneri rectè obeundo. *Fragos. loco cit.* Vndè D. Petrus, prout refert S. Clemens in Epistola ad Iacobum fratrem Domini, dicebat, *super omnes laboret Episcopus, quia vnusquisque vestrum suum laborem fert, ille verò, & suum, & singulorum, propterea, ò Clemens tamquam qui ouibus praesse te noueris singulos, prout poteris, iuua, & singulos releua, qui & singulorum onus, & sollicitudinem portas: & Diuus Ambrosius lib.* 3. *de dignit. Sacerdot. cap.* 3. *ait, nihil sublimius Episcopis reperiri, vt cum dignitate Episcopatus Episcoporum oculis demonstremus, & dignè noscamus, quod sumus: quodque sumus professione, actione potiùs, quam nomine demonstremus, vt nomen congruat actioni, & actio respondeat nomini, ne sit nomen inane, & crimen immane.* Et post pauca sic: Episcopũ non aliud nisi Episcopalia opera designant, vt ex bono opere magis, quam professione noscatur, plus esse Episcopus, quam quod nomine vocitetur, atq; optimè *Pater Ioannes Paulus Oliua post scripta visus, lib.* 2. *in Esdram cap.* 2. *fol.* 350. *tom.* 2. *Ethnicorum.*

Episcopi nomẽ laboris esse compro-
10 bant nonnulla vestimenta, quibus vtitur, dantur enim sandalia in pedibus, exprimunt vigilantiam gregis saluandi veram; virtute prædicationis Euangelicæ, vt dici possit cum Apostolo Paulo ad Romanos cap. 10. quam speciosi pedes euangelizantium pacem, euangelizantium bona. Vt eat, non stet, laboret, non otiosus deliteſcat. *Iuo Carat. de significatione indumentorum sacerdotalium, Durandus in rationali lib.* 3. *c.* 8. *Maculerus d. lib.* 5. *cap.* 4 *fol.* 593. *Diana par.* 12 *tract. de consecrat. Episcopor. res.* 114. *Fragosius de reg. Reip. Christianæ tomo* 2. *lib.* 8. *disp.* 18. §. 1. *n.* 20. *sed vide Dianam, qui etiam alia significata ex Doctoribus alijs adducit.*

Vtitur Mitra, cuius duo cornua ex-
11 primunt scientiam vtriusque testamenti, qua pollere debet Episcopus, vt gregem suum instruat, & doceat de necessarijs ad salutem, Doctores super citati, quibus adde *Diuum Antoninum in summa, dist.* 3. *tit.* 20. *c.* 2. §. 9. *Præpos. in cap. disciplinæ* 45. *dist. Gigas de resid. c.* 9. *in princ. Diana loco cit. resol.* 121. *qui plura.*

Baculus, quo vtitur, exprimit quan-
12 ta sibi pro salute sui gregis præstare debeat, baculo munitur, vt subditos regat, & vt optimè ait *Diuus Antoninus loco cit.* §. 9. quod iste baculus pastoralis designat, quæ spectant ad Pastoris officium, nam baculus acutus in extremitate, vt scilicet pungat, sollicitet len-
13 tosque: rectus in medio, vt infirmos sustentet: curuus, seù retortus in capite, vt vagos colligat, vt optimè dicit *Glosa Vndecima in cap.* 1. *epist. ad Titum, baculus Episcopi ab inferiori pungit, & in sum-*

Digitized by Google

ſummo ad exteriora purgare debet, ideſt arguere pœnales, quod eſt ex inferiori natura, & correctos in anteriora dirigere; ita tamen, vt ad propriam conſcientiam ſui redeat conſideratione, ſi fortè in ſe habeat, quæ alijs annunciat. qua de re Durand. loco cit. Gigas de reſidentia, cap. 8. Iuo Card. epiſt. 8. Maculer. loco cit. fol. 596. Fragoſius loco cit. dicto §. 1. Diana loco cit. reſol. 119. qui plura.

Sedent Epiſcopi in Eccleſia in Ca-
14 thedra, & loco eminentiori, vt oſtendat ſe eſſe in pectorem omnium, & ſuper omnes intendere, vt dicit *D. Ambroſius de dignitate Sacerd. c. 6. quid aliud interpretatur Epiſcopus, niſi ſuperinſpector? maximè cum ſolio in Eccleſia editiore reſideat, & ità cunctos reſpiciat, & vt cunctorum oculi in ipſum reſpiciant. & D. Bern. lib. 2 de conſiderat. ait Blanditur ſibi Cathedra? ſpecula eſt, indè denique ſuperintendis ſonans ſibi Epiſcopi nomine, non dominium, ſed officium; quid ni loceris in eminenti, vnde proſpectes omnia, quia ſpeculator ſuper omnia conſtitueris, enim verò proſpectus ille procinctum parit, non ocium, quandolibet gloriari, vbi non licet otiari.*

Vnguntur Epiſcopi propter miniſte-
15 rium, & officium, quod ſuſcipiunt, vt dicitur *in cap. vnico de ſacra vnctione*, & manus vnguntur, vt bonum operetur, vt manus eius mittat ad fortia, & panem otioſus non comedat, & vt manus eius diſtillent myrram *Barboſ. de poteſt. Epiſc. p. 1. tit. 1 cap. 5. n. 10. Diana loco cit. reſ. 116.* qui alios citat, benè ad propoſitum facit, quod Rex Dauid, cum ex hac vita eſſet tranſiturus, ſuique ſucceſſorem reliquiſſet Salomonem ſuum filium mandauit; vt vngeretur in Ghion
16 qui erat locus, in quo luctebatur, exprimere volens, quod qui vnguntur ad dignitates, luctare debent, vt expoſuit Stephanus Cant. in 3. Regum dicẽs: vngitur Salamon in Regẽ in *Ghion, quod interpretatur luctatio, ad denotandum, quod in dignitatibus maxima lucta ſit, & magnus labor. Oliua d. tom. 2. Eth. in Eſdram cap. 2. fol. 350. Vngitur autem in Principem ſuper hereditatem Domini, & ſolum de terrena dignitate quærat, quod per ſuum miniſterium Chriſtus quæſiuit; videlicet animas; vt dicit Diuus Gregorius.*

Inſuper inter Epiſcopum, & Eccle-
17 ſiam, cui præficitur, matrimonium contrahitur ſpirituale, vt in cap. inter corporalia, & *cap. finali de translat. Epiſc.* & ſicut in connubio carnali vir debitum vxori reddere debet, ita Epiſcopus ſuæ Eccleſiæ: quod debitum ſpirituale eſt, nempè in ſeruitium, & exercitium ſpirituale, conſiſtens in animarum curam, & ad gregem ſuum ducendum in viam ſalutis æternæ.

Epiſcopi ergo nomen, & Ethymolo-
18 gia maximè, & præcipuè ab officio laborioſo in ſaluandis gregibus ſibi creditis deducitur, ſicut hoc nomen apud Athenes, Paganos, Indos, & cæteras nationes vigilãtiæ, & ſolicitudinis opus ſemper attulit, vt benè *Maculerus dicto cap. 4. in princ. & teſtatur Baron. Anno Domini octauo, ſub num. 8.* Vndè benè dixit Apoſtolus ad Thimotẽum primo *cap. 3.* Fidelis ſermo ſi quis deſiderat Epiſcopatum, bonum opus deſiderat: quare Pe-
19 trus Damianus in Epiſtola ad Coepiſcopos, *n. 5. ait, nihil aliud eſt, eſſe Pontificem, quàm boni operis ſectatorem, non enim dixit bonam dignitatem, vel bonum honorem deſiderare, ſed qui Epiſcopatum deſiderat, bonum opus deſiderat, ac ſi dicat, qui ad Epiſcopatum anhelat poſſidendum ſine bono opere, inane vult nomen induere,*
20 *ſine rei ipſius veritate. & Diuus Hieronymus, lib. 1. contrà Iouinianum. Nec dicitur, ſi quis Epiſcopatum deſiderat, bonum gradũ deſiderat, ſed bonum opus deſiderat, quod in maiori ordine conſtitutus poſſit, ſi velit occaſionem exercendam habere virtutem. Et in Sophon cap. 3. ait, videte quid dixe-*
21 *rit, bonum opus deſiderat, non dignitatem, citò corruit in Sole, & excelſa cedri fulmine feriuntur, & erecta cernix frangitur, et Cygnus extenſo collo, & in ſublime ſe extendens, inter immundas volucres reputa-*
22 *tur. & Sanctus Anſelmus in dicto Pauli loco, ait, nomen eſt operis, non honoris, nec deſiderare Epiſcopatum eſtimandum eſſe, qui ſuum deſiderat lucrum, vel honorem, non plebis ſalutem; non enim dicitur, qui Epiſcopatum deſiderat, bonum gradum deſiderat, ſed bonum opus deſiderat. & Diuus*
23 *Hieronymus in eadem gloſa ait, opus, non dignitatem, laborem, non delicias, non creſcere*

Digitized by Google

scere fastigio, sed humilitate decrescere, vt fiat seruus, & minister hominum propter
24 *Christum. & Isydorus Pelusita lib. 3. epist.* 16. *& alij in Biblia magna, eximium, opus præclarum, sed arduum, & difficile,*
25 *laboriosum: Dominus enim Hieremiæ primò dixit, ecce constitui te hodiè super gentes, & super regna, vt euellas, & destruas, & disperdas, & dissipes, & ædifices, & plã-*
26 *tes; quod intelligens Diuus Bernardus in loco cit. de consideratione, de Episcopis, ait, nihil horũ fastum sonat, sed schemate quadam rustica, nisi laboris, labor spiritualis expressus est, sarculo tibi opus est, non sceptro. Et Diuus Augustinus epist. 148. scrip-*
27 *sit, nihil est in hac vita iucundius, & optabilius, quam Episcopali munere, si perfunctoriè, & adulatoriè res agatur, sed nihil est apud Deum miserabilius, & execrabilius, si ita agatur. Nihilque est in hac vita difficilius, laboriosius, & periculosius Episcopi officio, si sedulò, ac fideliter exerceatur; habetur etiam in cap. ante omnia* 40. *dist.* in opus enim ministerij Dominus posuit Pastores in Ecclesia, ait S. Paulus ad Ephesios, cap. 4. & D. Bernard. ser. 3 de assumptione; quibus, ait, *conuenientius videtur aptandum, quod Dominus ait, Martha, Martha sollicita es, quam Præla-*
28 *tis, si tamèn dignè in sollicitudine præsunt, aut quis turbatur erga plurima, nisi cui, & Mariæ vacantis, & Lazari pœnitentis, sed & ipsorum, quibus onera sua partitur, vniuersa incumbit sollicitudo.*

Cum enim Dominus Deus Moysi
29 populi curam tradidisset, intolerabilis ei res visa est; & dixit ad Dominum; *Cur afflixisti seruum tuum? quare non inuenio gratiam coram te, & cur imposuisti pondus vniuersalis populi huius supra me; numquid ego concepi omnem hanc multitudinem, vel genui eam, vt dicas mihi: porta eas in sinu tuo, sicut portare solet nutrix infantulum, & defer in terram, pro qua iurasti Patribus eorum. Vndè mihi carnes? vt dem tantæ multitudini? flent contra me, dicentes da nobis carnes, vt comedamus, nõ possum solus sustinere omnem hunc populum, quia grauis est mihi: sin aliter tibi videtur; obsecro, vt interficias me, & inueniam gratiam in oculis tuis, ne tantis afficiatur malis.* Moysi enim melius visum est mori, quam populi curam habere, illique præesse.

Tenebat in manu virgam Moyses; cũ
30 ei Deus loquutus est, dicens, quid est, quod tenes in manu. Respondet, Virga, dixitque Dominus, proijce eam in terram, proijcit, & versa est in colubrum, itaut fugeret Moyses Exod. cap. 4. Per virgam enim principatus Ecclesiasticus designatur, quæ non ad sydera eleuata est, sed humi deiecta, vnde Ioãnes Paulus Oliua stromatum lib. 3. fol.
31 224. ait; Pastoris Virgam in sarculum fassoris commutat, neque ex sola virga in augem metaphorisi licuit Moysi præfecturæ rusticationem onusque coniectare, verum est sollicitudinis horror in qua consistit, & rubi asperitas. Vnde factus ad eum sermo, est de Israele deducendo, cum docuere non pompas ibi destinari, sed sudores, hinc est, quod Moyses horruit virgam suam, ex quo eã translatam vidit à ducatu ouium ad populorum principatum.

Episcopi Apostolorum sunt successores. *Diuus Clemens in Epistola prima ad*
32 *Iacobum fratrem Domini dicens, Episcopus ergo vicem Apostolorum gerere, Dominum docuisse dicebat, & reliquorum vicem tenere debere presbyteros, insinuabat; Diuus Hieronymus in epist.* 14. *ad Marcellam ait apud nos Apostolorum locum tenent Episcopi, & Anacletus Papa in can. nouo testamẽto* 21. *dist. ait, ipsis quoque decedentibus*
33 *Apostolis in locum eorum successerunt Episcopi, cap. quorum vices,* 68. *dist. & definitum in Trid. sess. 23. c. 4. de Sacramento ordinis*; opus autem Apostolorum, non aliud nisi operis, & laboris fuit, vt patet in Actibus Apostolorum, præsertim cap. 20. & 1. ad Thessalonicenses cap. 2. *ait Diuus Paulus, memores enim estis, Fratres, laboris nostri, & fatigationis nocte, ac die operantes.* & alibi, Episcopi ergo, si sunt successores Apostolorum dignitate, in labore, & opere quoque succedere debẽt, vt ait Diuus Hieron. ad Paulin. Epist. 13. *Episc. & Presbyteri igitur habeãt in exemplum Apostolos, & quorum vices gerunt.* Oliua stromatum lib. 5. fol. 433. & & 434. Ita fuerunt illi prisci Episcopi,
34 proùt fuerunt Augustinus, Ambrosius, Hilarius, Gregorius, Basilius, Ioannes Chrysostomus, Cyrillus Alexandrinus, & Hierosolymitanus, Gregorius Nazian-

Digitized by Google

zianzenus, Martinus Turonenſis,& recentiores quoque, vt Sanctus Carolus Borromeus, S.Franciſcus de Sales,Sanctus Andreas Corſinus,& alij quamplurimi, quos ex condicto omitto, commemorat tamen illos Theatrum vitæ humanæ lit.P. rubrica bonorum Paſtorum exempla.

Chriſti Domini vices gerunt Epiſco-
35 pi, *D.Clemens in epiſt.3.ad Epiſcopos.*Hugo Cardinalis in primo Lucæ, & alij paſſim DD. *Chriſtus autem Dominus*, Matth.20. *vocauit eos ad ſe, & ait: Scitis, quia Principes gentium dominantur eorum, & qui maiores ſunt, poteſtatem exercẽt inter eos, non ità erit inter vos, ſed quicumque voluerit inter vos primus eſſe, erit veſter ſeruus, ſicut filius hominis non venit miniſtrari, ſed miniſtrare, & dare animam*
36 *ſuam redemptionem pro multis*. quod exponens Vgo Cardinalis, ait: *In hoc ſeculo differentia dignitatis facta eſt inter Sanctos, vt vnus ſit Epiſcopus, alter Miniſter, contumacia carnis exegit, & peruerſitas mundi, & operatio inimici, honora videntur eſſe honores, ſed verè non ſunt, imò miniſteria, ſicut oculus, quod illuminat corpus, non eſt honor, ſed miniſterium, & actus*
37 *eius.* Et Lucæ 22.*Ego autem in medio veſtrum ſum, ſicut qui miniſtrat, &c.* Epiſcopus ergo ſeruus ſit ſuorum ſubditorum, vt dixit idem Chriſtus Dominus, Matth.24. *Quis putat eſt fidelis ſeruus, & prudens, quem conſtituit Dominus ſuper fami-*
38 *liam ſuam*. Suadetque Paulus Apoſtolus primo ad Corinth. c. 9. *Cum eſſem liber ex omnibus omnium me ſeruũ feci, etc.* Et benè Diuus Hyeronimus exponens
39 illa verba Pauli ad Epheſ. ſubiecti inuicem in timore Chriſti, ait: *Audiant hoc Epiſcopi ſubiectis ſuis ſe eſſe ſubiectos*. Et Diuus Chryſoſtomus *homil.1. in c.* 1. ad
40 Thimoteum, ait: *Honoris, ac Principatus dulcedo te allicit (* loquitur de Epiſcopis) *ac ſi quis rei veritatem diligenter exploret, nõ ad Principatum promoueatur, qui huiuſmodi eſt, verum potius ad ſeruiendum innumeris dominis, qui contraria cupiunt ſemper, & dicunt; nam quod laudabit ille, culpabit alius veſtrum, quod iſte vituperabit, alius admirabitur*. Et Diuus Auguſtinus
41 *lib.17. moralium c.* 12. exponens illud, ecce Gigantes gemunt ſub aquis, ait: *Elati omnes, dum in hac vita aſſequi honorum celſitudinem cupiunt, ſub ponderibus populorum gemunt. Nam quanto quis hìc altius erigitur, tanto curis grauioribus oneratur, eisque ipſis populis mente, & cogitatione ſupponitur, quibus ſuper ponitur dignitate. Et benè de his verbis, ac breuitèr indicatur, quia omnis ſuperbia eo ipſo in imo iacet, quo in alto ſe erigit; vt indè magis cunctis ſuppoſita ſit, vndè cunctis expetit ſupereſſe; homo quippè in ſublimibus eleuatus, tantus ſuper ſe ſubſtinet, quantus*
42 *ſuppoſitos regit*. Quarè Antiochus ille Rex Macedo ſolebat filio ſuo dicere: *Scito fili, Regnum noſtrum eſſe ſplendidam ſeruitutem*; prout enarrant *Fragoſius, & Paccinchellus ſermone* 11.*in Ionam Prophetam ſub num.*24. Labori enim, & ſerui-
43 tuti inſeruire debent Epiſcopi, dixit Diuus Bernardus *homil.* 11. *in epiſt. ad Romanos*; rectè igitur quidam (vt vtar verbis *Maculcri loc.cit.*) poſſumus dicere: Epiſcopale munus eſſe laborem honorificum, & honorem laborioſum; atque
44 antè hunc optimè *Petrus Bleſ. epiſt.* 92. ad Robertum electum Camarecenſem, Epiſcopalis ſanè promotio dicebat ſemper cum onere impartitur honor.

Hæc vera ſunt, atque veriſſima, ſed
45 non ita practicantur; appetitur hodiè Epiſcopatus, non vt Epiſcopus laboret, ſed vt à laboribus deſinat, non vt vigilet diu, noctuque, ſed vt die, ac nocte quieſcat: non vt profit, ſed vt præſit: non vt miniſtret, ſed vt ei abundè miniſtretur: non vt ſeruiat, ſed vt ei humilitèr inſeruiatur; honoris cauſa, non oneris cupiunt dignitatem; perfunctoriè, non ſedulò res agitur. Audi *Vgonẽ Cardinalem in d.epiſt.1.ad Thimoteum c.3.* exponens illud *cap. Si quis Epiſcopatum, &c. Bonum opus deſiderat, qui rectè vult appetere Epiſcopatum, appetat opus verè, nõ dignitatem, laborem non delicias, non creſcere faſtigio, ſed humilitate decreſcere, vt fiat ſeruus, & miniſter hominum propter Chriſtum. Matth.20. Filius hominis non venit miniſtrari, ſed miniſtrare; & notã, quod multi malè intrant in Epiſcopatus, & Prælationes, & malè deſiderant eas multis de cauſis. Prima eſt corruptio intentionis, non enim prodeſſe appetunt, ſed præeſſe, honorem quærunt, non onus, quietem, non*

opus,

Digitized by Google

opus, commodum proprium, non ſalutem animarum, quos introducit, non Chriſti charitas, ſed cupiditas. Talibus dicit Dominus. Matth. 22. Amicè, quomodò hùc intraſti, non habens veſtem nuptialem. & Beatus Bernardus exponit, ideſt, quem introduxit propria cupiditas, non verò charitas, iſti non habent veſtem, ſcilicet charitatem, quæ operit multitudinem peccatorum, vt dicitur S. Petri 4. & Prouerbiorum 10. Vniuerſa delicta operit charitas, & ideò fœditates talium Prælatorum per totam Eccleſiam apparent. Hanon Rex filiorum Iſrael barbas raſit eorum, & veſtes eorum recidit vſque ad vates, quia turpes ſunt in operibus ſuis, & habent barbas raſas, quia ſunt fœminei, & molles in alienis ſceleribus corrigendis; & ideò duplici confuſione digni ſunt, quia etiam in ſe, & in alijs delinquunt: ſicut è conuerſo dicitur de bonis Prælatis, qui benè præſunt Presbyteri duplici honore digni habeantur. Sed notabile eſt, quod non totam barbam, ſed dimidiam partem barbæ raſit, fortes ſunt Prælati in vna parte, ſcilicet, in temporalibus conſeruandis, nolunt in aliquo modo pati, quod aliquid decedat tempore ſuo, ſed de animabus ſaluandis non curant, ibi non ſunt fortes, qualiter ergo viuant in prælatione, qui corrupta intentione intrant. dicitur Iob 10. fur non venit, niſi vt furetur, & mactet, & perdat; Bard. qui infideliter intrant, quid niſi infideliter agant Eſaiæ 21. vitio dura nuntiata eſt mihi. Præſciuit enim Propheta tempora, in quibus ſumus modo, & quid viderit, ſubdit; qui incredulus eſt, infideliter agit, & qui depopulator eſt, vaſtet, & nota quid dicit ſuis Chriſtus; oſtenditi inquit, qualis debet eſſe Epiſcopus, non ad Thimoteum ſolum, ſed omnibus loquens; per illum omnes; rithmica. 7. ideſt dirigens: Non accuſo, ait, ſi qui non principatum, non dominationem, ſed præſtantiam concupiſcit, bonam, inquit, operam deſiderat, quia Moyſes hanc deſideranit, ſed non poteſtatem, laborem, non ocium, & ità deſideranit, ſed non poteſtatem, vt audiret, quis te conſtituit Principem, vt iudices ſuper nos. Noſtri Theologi, qui habent Epiſcopatus, dicunt amodo debeo quieſcere, quia diù laboraui in ſtudio, vndè non propter laborem operis deſiderant Epiſcopatum, ſed propter quietem, dicentes cum diabolo. Eſaiæ 14. aſcendam in Cœlum, ſupra aſtra Cœli exaltabo ſolium meum, & ſubditur, propter quid ſedebo in Monte teſtamenti, in quo notatur appetitus quietis, & dignitatis, ſed dicit B. Bernardus. O imprudens, ò imprudens? millia millium miniſtrabant ei, & Deus centena millia aſſiſtebant ei, & alijs ſtantibus, ſolus ſedere prætendis Iob. 9. ſub quo curuantur, qui portant orbem, ideſt Eccleſiam, in ſumma nota, quod hodie intrant Eccleſiam, ſicut ribaldus in furnum, leuator in Tabernam, Canis in Eccleſiam, Lupus in ouile, fur in domum, vulpes in turgium gallinarum, vt eas comedat; ſic ergo patet, quod corrupta eſt intentio omnium Act. 20. Attendite vobis, & vniuerſo gregi, in quo vos Spiritus Sanctus poſuit Epiſcopos regere Eccleſiam Dei, quam acquiſiuit ſanguine ſuo; ego ſcio quod intrabunt poſt diſceſſionem meam Lupi rapaces in vos, non parentes gregi. Secundum malum eſt, conſcientia peccati, & malæ conuerſationis: ſciunt enim ſe eſſe in peccato, & fuiſſe; & tamèn audent aſſumere officium emendandi alios, vt dicat Gregorius, qui præmitur proprijs, peccata non redemit aliena. Tertium malum eſt, inexperimentum ſuę virtutis, fatuus enim eſt, qui ſine aliquo experimento virium ſuarum præſumit tantum aſſumere periculum. Quartum malum eſt inconſideratio oneris, & tantæ perfectionis, quæ in Prælato exigitur, vndè Epiſcopus dicitur ſuperintendens, qui ſuprà omnes debet intendere, pro omnibus ſollicitus eſſe, omnes vita, & doctrina traſcendere, ſicut Saul, qui excedebat omne ab humero, & ſurſum, Bernardus, onus eſt Angelicis humeris formidandum. hæc Vgo Cardinalis.

Dixit enim Chriſtus Dominus. 47. Matth. 9. & Lucæ 10. Meſſis quidem multa, operarijverò pauci: pauci autem ſunt Epiſcopi, qui operari volunt,

lunt, quarè Diuus Bernardus in sermone ad Pastores in Synodo congregatos, fol. 1730. *ait, de paucitate conqueritur veritas, messis quidam multa, operarij autem pauci. Messis vtique multa, & Sacerdotes multi, & mercenarij multi; sed operarij, pauci planè operarij, & ad modum rari, in locum Apostolorum volunt succedere Episcopi, sed eos imitari in laboribus nolunt.* Dicebat enim Diuus Paulus, scribens ad Thessalonicenses, cap. 3. *ipsi enim scitis, quemadmodum oporteat imitari nos quoniam non iniquiti fuimus inter vos; nec gratis panem manducauimus ab aliquo, sed in labore, & in fatigatione, nocte, ac die operantes.* & Diuus Bernardus in sermone ad Clerum congregatum in Concilio Rhemensi, *ait, quem dabis mihi de munere Episcoporum, qui non plus inuigilet subditorum euacuandis marsupijs, quam vitijs extirpandis? vbi est, qui flectat iram? vbi est qui pradicet annum placabilem Domino? Propterea relinquamus istos, qui non sunt Pastores, sed traditores, & imitemur illos, qui vinentes in carne plantauerunt Ecclesiam sanguine suo, & quidem isti sortiti sunt, ministerij locum, sed non zelum, successores Apostolorum omnes cupiunt esse, imitatores pauci. Vtinam tàm vigiles reperientur ad curam, quàm alacres currunt ad Cathedram! vigilarent vtique sollicitè seruantes sibi creditam Ecclesiam; imò verò vigilarent pro semetipsis, nec finerent de se dici: amici mei, & proximi mei aduersum me steterunt, & appropinquauerunt. Iusta omninò querimonia, nec vllam iustius, quam ad nostram referendam atatem. Parum est vobis Pastoribus, quod non seruant nos, nisi, & perdant; grauiter quippè demeriti obliuionis somno ad nullum dominica comminationis transitum expergescuntur, vt vel suum ipsorum periculum expauescant; inde est, quod non parcunt suis, qui non parcunt sibi, perimentes pariter, & pereuntes.* hæc Bernardus ex Episcopali dignitate honorem carpere volumus,
48 sed non onus appetimus. explorabat Petrus Blasen. in supra citata epistola 42. Robertum electum Camarcen. dicens, *tu impatiens oneris, & laboris in opere laborioso, precipuam appetis voluptatem, scriptum est, quia indignum Christo se facit, qui Christi mysterium erubescit.*

Viuere volunt Episcopi de reditibus Ecclesiæ, eisque affluentibus, sed
49 operari nolunt, cum tamèn dicit Apostolus loco nuper citato, *qui non vult operari, non manducet*; nunc enim rectè Episcopus reditus Ecclesiasticos percipiet, & consumabit, cum in Ecclesia bonum opus operabit, cum labori insudabit, & tunc etiam car-
50 nalia metemus, cum spiritualia seminabimus, iuxtà eumdem Apostolum primo ad Corinthios cap. 19. dicens, *si nos vobis spiritualia seminauimus, magnum est, si nos carnalia vestra metamus*: dignus enim est operarius mer-
51 cede sua, Lucæ 22. & ad Thimoth. 1. cap. 5. qui ergo operarius non est, dignus mercede non est, qui enim operarius pretio conductus diurno, vt operetur in vinea, si ibi non laborat, sed ociatur si prętium conuenctum à Domino extorquetur, nonne furtum committitur. Ita cum Episcopus reditus Ecclesiæ absque labore, & opere sibi vsurpauerit. Contra-
52 ctus enim innominatus interuenit inter Episcopum, & Ecclesiam, nam hæc dat suos reditus, & emolumenta, vt ille operam suam præstet, & laboret, non vt ocietur: Insuper vt sæpè diximus, matrimonium celebratur inter Episcopum, & Ecclesiam, & hæc dotem præstat, quæ consistit in suis reditibus, dos autem datur marito propter onera matrimonij; onus autem huius sacri connubij est labor, & opus.

Antequam ad Cathedram euecti fuerimus, stabamus in foro
53 ocioſi, sed postquàm Pater familias, seù Christus Dominus ad suam vineam, scilicèt Ecclesiam, misit, vt in ea operemur, mercedemq; nobis præstat, non licèt stare otiosè, ideſt opus

Dei,

Digitized by Google

Dei, non operari, vt explicat Author. imperfect. homil. 34. & si Pater familias reprehendit illos stantes in foro otiosos, antequam eos conduceret ad vineam suam. Matth. 20. quantò magis, postquàm illos conduxit, vt irent in vineam suam, ibi quoque otiosos inuenisset, *Diuus Bernardus serm. 2. de purificat. Beatæ Virginis sic dicens, cum arguantur otiositatis ipsi quoque, quos nemo conduxit, qui iam conducti sunt; si otiosi inuenti fuerint, quid merentur?* Et nota, quod in eodem loco Matth. Pater familias dixit procuratori suo, *voca operarios, & redde illis mercedem*, iussit enim Dominus vocare operarios, non otiosos, nullis enim merces datur, nisi quibus operati sunt, vt dicit Isanen. c. 101. plãtauit insuper Christus Dominus vineam hanc, eamque nobis agricolis locauit, vt inde ei fructus daremus Matth. cap. 21 ea enim conditione locata est, dicit ibidem S. Hieronymus, vt *reddamus Domino fructum temporibus suis, & sciamus vnoquoque tempore quid oporteat nos, vel loqui, vel facere.* & Paulus de Plat. ait, *fructum aliquando exiget à vitibus singulis, sed fructus plurimos exigit à colonis.*

Itaque muneris Episcopalis nõ quies, non ocium, non deliciæ, sed opus bonum, labor eximius, sollicitudo indeficiens, partes sunt; sicut Paulus Apostolus instruebat Thimoteum suum dilectum discipulum Episcopum Ephesinum in 2. epist. quam ad eum scripsit, cap. 4. *Tu verò vigila, in omnibus labora, opus fac euangelistæ, ministerium tuum imple, &c. & ante cap. 2. sollicitè cura te ipsum probabilem exhibere Deo, operarium incompatibilem, rectè tractantem verbum veritatis.* & ipsemet Christus Dominus de se ipso dixit, *me oportet operari opera eius*, qui misit me; Ioann. 9. exemplum enim dedit nobis, vt quemadmodum ipse fecit, ità & nos faciamus. Episcopis enim sudores, non pompæ, præparantur. Oliua stromatum lib. 3. f. 224.

SECTIO PRIMA.

De gloria Dei, & salute animarum quarenda.

SEd in quo consistat hoc opus, hic labor, hæc sollicitudo Episcopalis, vi-
1 dendum est nunc. Equidem in duobus potissimum consistit. Primum est in Dei gloriam dumtaxat quærendam, & propagandam iuxtà illud D. Petri, epist. 1. cap. 4. *Vnusquisque sicut accepit gratiam in alterutrum, illam administrantes, sicut boni dispensatores multiformis gratiæ Dei, si quis loquitur quasi sermones Dei, si quis ministrat tamquam ex virtute, quam administrat Deus, vt in omnibus honorificetur Deus per Iesum Christum, cui est gloria, & imperium in sæcula sæculorũ Amen,*
2 *&c.* ità quoque præcipit Paulus Apostolus ad Colossenses, cap. 3. *omne quodcumque facitis in verbo, & in opere, omnia in nomine Domini Iesu Christi gratias agentes Deo, & Patri per ipsum, & ad*
3 Corinthios 1. cap. 10. *siuè ergo manducatis, siuè bibitis, siuè aliud quid facitis, omnia in gloriam Dei facite.* sic idem Paulus instruxit Thimoteum in prima, quam ei misit, Epistolam cap. 1. dicens, *Regi*
4 *sæculorum immortali, & inuisibili soli Deo honor, & gloria;* operari enim nobis præcipit Dominus pro sua gloria, dicens Matth. *sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona, & glorificent Patrem vestrum, qui in Cælis est.* et Ioannes 5. *ait, quomodò vos potestis credere, qui gloriam ab inuicem accipitis, & gloriam, quæ à solo Deo est, non quæritis?*
6 Nec ipse Christus Dominus, verus Deus, vnigenitus Dei filius æqualis ei secundum Diuinitatem, vt homo tamen propriam gloriam quæsiuit, dicens, *ego au-*
7 *tem gloriam meam non quæro.* Ioann. 8. & optimè Pater Oliua post scripta visus lib. 2. stromatum fol. 178. col. 2. *vt Dei in nos amor plus nostra, quàm sua curare videtur, sic superior Ecclesiasticus Dei gloriam maiorem prouehat harum rationum priuatarum immemor, idem fol. 174. col. secunda, cum seq.*

Sumus nos ministri Dei, & Christi
8 Domini, & dispensatores mysteriorum

Digitized by Google

Dei, vt dicebat Paulus ad Corinthios 1. cap. 4. si enim ministri Dei, & Christi Domini, quod eius sunt, operari debemus, *vt fidelis quis inueniatur*, vt addit idem Apostolus, hæc enim fidelitas in eo consistit, vt opus eius, & ad gloriam eius operemur, vt egregiè Vgo
9 Cardinalis in Ioan. 9. dicens, *non opera nostra debemus agere, sed mittentis, & ad honorem eius. & Beatus Albertus Magnus* in Matth. cap. 20. *sic nos non ideò vocati sumus, vt hoc solum operemur, quod ad nostrum pertinet, sed ad gloriam Dei, & sicut mercenarius totam diem impendit circa opus, modicam horam vero circa cibũ; sic & nos debemus omne tempus impendere circa gloriam Dei, & modicam partem circa terrenos vsus.*

Sed proh dolor! hanc gloriam Dei,
10 quam semper præ oculis habere deberemus tanquam vnicum obiectum nostrarum operationum, erga terga mandamus; de hac non curamus. omnes, quę nostra sunt, quærimus, non quæ Iesu Christi, vt præuidit Paulus Apostolus ad Philippenses scribens, cap. 2. *audi Diuum Bernardum in sæpe citato sermone ad pastores in Synodo congregatos. Bonus Pastor, non suam voluntatem facere, sed Domini sui, quærit, vtilitatem ipsi soli seruat fidem, ipsi laborat, ipsum honorat, ipsi quærit gloriam, non sibi, Regi sæculorũ immortali inuisibili soli Deo, &c.* & post pauca, *Bonus pastor in omni labore villicationis suæ quærit, non quæ sua sunt; sed quæ Iesu Christi, quod proprium habet charitas.* Et inferius *multi sunt mercenarij, qui in prosperitate leuiter discerni possunt à bonis pastoribus, habent enim multa cum ipsis communia, habentque nàm qui sanam electionem in ingressu habent; nihilominus nudam conuersationem in progressu, pacem Ecclesiæ amant, & quærunt; vtiliter, & viriliter Ecclesiasticis applicantur negocijs, nec recusant grauidiores oneris, sed hoc ideo quia ambiunt gloriam honoris, amant*
11 *enim primos recubitus in cœnis; Salutationes in foro, & vocari ab omnibus Rabi,* & alia ibi, quę cõdicto omitto, & inferius fol. 730. cõcludit D. Bernardus, *quærunt quæ sua sunt, non quæ Iesu Christi, & si non quærunt quæ illius sunt, cum eo non sunt, & qui cum eo non sunt, contra eum sunt: quia ipse ait, qui non est mecum, contra me est, & qui contra eum sunt, inimici eius sunt, hæc Bernardus.* Horreamus fratres, cum Christo Domino non esse, pertimescamus contra ipsum, ac ipsius inimicos
12 esse, afferamus Deo gloriam, & honorẽ, afferamusque gloriam nomini eius, vt cantabat Propheta psal. 28. nec vsurpatione indigna, quod ei debetur dumtaxat, carpamus, & tanquam nostrum vindicemus, sit nostrarum cunctarum operationum principium, medium, & finis, Deus. Lucerna corporis tui est oculus tuus; *si oculus tuus fuerit simplex, totum corpus tuum lucidum erit, si autem oculus tuus fuerit nequam, totum corpus tuũ tenebrosum erit, ait Deus. Matth. 6.* quid nam est oculus? quod nam est corpus? Per oculum intentionem: per corpus,
13 opus intelligit. Diuus Gregorius lib. 38. moralium cap. 3. voluit enim dicere Dominus, si intẽtio nostra fuerit simplex, ac ei placendi, opus enim lucidum erit ante ipsum: si non ità, erit tenebrosum, & malum; cum enim agimus quicquam pro nostra gloria, iam mercedem nostram recipimus; & pro gloria transitoria æternam amittimus, vt optimè *B. Bernardus in epist. 42. ad Archiepiscopum Semonensem cõfirmat hæc omnia, dicens; Fidelis Pontifex, qui bona quælibet per manus suas transeuntia, siuè diuina beneficia ad homines, siuè hominum nota ad Deum columbino intuens oculo nihil sibi retinens ex omnibus, nec populi requirit datum, sed lucrum, nec Dei gloriam vsurpans sibi acceptum talentum non ligat in sudario, sed partitur nummularijs, à quibus, & vsuras recipit, non sibi, sed Domino, non habet foueam, vt vulpes, non tamquam volucres nidum, non loculos quomodo Iudas, non denique sicut nec Maria locum in diuersorio, imitatur profectò illum qui non habebat vbi reclinaret caput. et post pauca. Hoc tantò puritatis intimæ, bono gloriari non potest veraciter, nisi qui extrinsecas glorias perfectè respuerit, Nec enim purè valet Dei, vel proximi quærere lucra, qui propria non contempserit, is tantum puritatis interioris gloria non fraudatur, qui dicere potest cum Domino, si ego quæro gloriam meam, gloria mea nihil est, & cũ Apostolo mihi viuere Christus est, & mori lucrum,*

Digitized by Google

rum. & cum Propheta, oblitioni datus sum, tamquam mortus à corde, ideſt à propria voluntate: bona obliuio, ſi te ipſum neſcias, vt proximo proſis. benè autem mortuus à corde, Si iam non tibi viuere ſtudeas, ſed ei, qui pro te mortuus eſt, hæc D. Bernardus. Gaudeamus ergo fratres, & exultemus, & demus gloriam ei, vt dicit Ioannes in Apocalypſi cap. 19. Deumque, eiuſque
14 ſolius gloriam quęramus, nam nihil præter Deum quęrit intentio recta. Oliua in Exod. lib. 2. cap. 2. fol. 310.

Semper igitur ad eius gloriam intẽ-
15 damus, imitemurque Sanctum Ignatiũ de Loyola, qui ſemper maiorem Dei gloriam in ore habebat. Nam ſolum
15 omnia ad Dei gloriam agere debemus, & eius gloriæ, & honoris, & zelo maximo cor noſtrum vti debet, iuxtà illud Dauid: zelus domus tuæ comedit me.
16 Quid vero ſit hic zelus? audiat Caietanum in Ioannem. Zelus eſt *vehemẽs ſtudium procurãdi ea, quæ ad Dei honorem faciunt, & aduerſantia propulſandi*: Dionyſiumque Cartuſianum dicentem, *Zelus ſpiritualis, diuinus, & charitatiuus, quo nititur homo excludere, quæ diuino honori, aut proximorum contrariatur ſaluti; hoc zelo accendi debemus; Dei honorẽ, proximorum correctionem, iuſtitiæ obſeruationem cordialiter affectantes, atque impedimenta eorum pro viribus diſſipantes.* Ianſenium cap. 19. concordat ſcribentem,
17 *eſt autem zelus ardentiſſimum ſtudium gloriæ domus tuæ tamquam ignis quidam intra præcordia concluſus, vrit cõſumpſit animum meum ferentem moleſtiſſimè neglectũ,*
18 *& in honorationem domus tuæ.* & Diuum Auguſtinum in tract. 10. in Ioan. *quis comeditur zelo domus Dei, qui omnia, quæ ibi videt peruersè, ſatagit emendare, cupit corrigere, non quieſcit.* Tandem audi D. Thomam *in Ioannem, ſciendum, ait ille, quod zelus propriè dicit quamdam intentionem amoris, qua intensè diligens, nihil ſubſtinet, quod amori ſuo repugnat, ille igitur propriè zelum habet, qui nihil patienter ſubſtinere poteſt contrà honorẽ Dei, quem maximè diligit*; hæc Diuus Tho-
19 mas. Hoc zelo induci debemus, hic nos debet comedere, ideſt conſumere, & mirabiliter cruciare, vt exponit Vgo Cardinalis in eodẽ loco Ioannis, *comedit me, quaſi conſumpſit me. Tabeſcere me fecit zelus meus, quia iſtud mirabiliter cruciat, & extenuat ad literam bonos Prælatos*: hunc ergo zelum Dei honoris omnibus anteponere debemus, & per hunc mala quæcumque ſubſtinere, vt docet S. Thom. loco cit. *Zelo zelatus ſum, ait Sanctus Doctor, pro Domino Deo. Nos autẽ debemus diligere domum Domini noſtri ſecundum illud pſal. 25. Domine dilexi decorem domus tuæ*, & in tantum debemus diligere, quod zelus eius comedat, dum
20 ſi aliquid cõtrarium fieri videmus, ſtudeamus etiam quantumcumque chari noſtri ſint, qui hoc fecerint, remouere, nec tamen timeamus propter hoc aliqua mala perpeti; ita enim elucet zelus honoris Dei, vt docet Caietanus loco cit. magnitudo zeli in comptendendis pro tuendo Dei honore periculis, & metu omni poſtponendo maximè elucet. Imitemur Chriſtum Dominum Magiſtrum, qui zelando honorem, & reuerentiam templi, eiecit inde ementes, & vẽdentes cum damno Sacerdotũ, qui
21 exaſperati mortem ei properarunt, vt dicit Dionyſius Cartuſianus loco citato *& etiam zelus iſte fuit occaſio occiſionis Chriſti, & ità comedit, ideſt, conſumpſit, ſcil interfecit eum*, Per hunc enim zelum bis eiecit vendentes de templo, per quod maximè offendit, odium incurrit Sacerdotum, qui eum ex inuidia occiderunt. hæc ille Cardinalis Caietanus.
22 Qui enim hoc zelo non callet, non Paſtor, ſed mercenarius eſt, vt exponit D. Gregorius hom. 14. dicens, *Sed contra hęc mercenarius nullo zelo accenditur, nullo fauore dilectionis excitatur, quia dũ ſola exteriora cõmoda requirit, exteriora gregis damna negligenter patitur: hoc eodem zelo debemus vlciſci delicta, vt fecit Dauid, dicens Philiſteo, ego autem venio ad te in nomine Domini exercituum Dei agminum Iſrael, quibus exprobaſti hodiè.* & eruditè more ſolito Pater Oliua ſtromatum lib. 2. fol. 233: col. 2. ad propoſitum adnotat. *Totus fuit in vindicando dedecore, quo Dei caſtra dehoneſtata fuerant blaſphemis. Philiſtei diſcant (ait Oliua) vel à milite*
23 *Sacerdotes quo animo propugnanda aduerſus moſtra Eccleſia Dei*, & idem Oliua Ethnicorum tom. 2. in Eſdram lib. 2. cap. 2.

Digitized by Google

cap.2. fol. 497. satis eruditè ostendit, quod tantum Dei gloriam quærere debemus nostri omninò obliuisci, & stromatum lib.4. fol. 510. hac intentione dumtaxat, ob Dei gloriam, vt expurgetur domus Domini, delicta vindicemus, non ob cupiditatem auri. Idem Pater Oliua in Genes. cap.35. fol. 193. dicens, *caue, ne cupiditas videatur atque rapacitas, quam tu zelum esse interpretaris, illud cum vt expurgetur domus tua, quo vero idola auchantur negligito dedecet apud Clericum esse superstitionum monumenta, placet zelus, sed si ardeat, non rapeat: exurãtur libri ab Episcopo, quos esse apud Exorcistam nefas est, alioquin nisi arserint codices, exarsisse credatur in te cupiditas, ideoque passim exclamabitur, ideò apud eum volumina esse nequiuisse, vt forent apud te, & paulò post nihil in vitiorum abolitione quari debet prater vitiorum exterminium.*

Alterum in quo consistit quam ma-
25 ximè Episcoporum munus, est ad salutem animarum sibi subiectarum intendere, & inuigilare. hoc est apud omnes certum, S. Thomas 2.2. quæst. 185. art.4. *in corpore, dicens dicendum est, quod perfectio Episcopalis status in hoc consistit, quod aliquis ex diuina dilectione se obligat ad hoc, quod curam pastoralem retineat: quãdiù potest subditis sibi commissis proficere ad salutem. & in resp. ad primum dicti articuli, ait, ad perfectionem Episcopalis status pertinet adhibere studium ad animarũ salutem. & articulo 5. ait, dicendum est, quod in qualibet obligatione præcipuè attendi debet obligationis finis, obligant autem se Episcopi ad exequendum pastorale officiũ propter subditorum salutem.* hæc Sanctus Doctor.

Hoc non solum certum, sed etiam de
26 fide est; nàm Christus Dominus dixit Petro, *pasce oues meas*, & non solum Petro, sed omnibus pastoribus dixisse Christum Dominum, aiunt communiter Patres, & Theologi. deffinitum est in Cõcilij Oecumenicis, & cõprobatur apertè ex sacra Scriptura, Actorum 20. ibi, *attendite vobis, & vniuerso gregi, in quo vos Spiritus Sanctus posuit Episcopos regere Ecclesiam Dei. & cap.5. ad Hebreos Põtifex ex hominibus assumptus, pro hominibus constituitur in ijs, quæ sunt ad Deum.*

27 Vndè pastoris nomen sortiti sunt Episcopi, vt sicuti pastoris ouium irrationalium officium consistit, inducendo oues per pascua salubriora, euitando illa, quæ offendere possunt, & in arcendo Lupos; ità Pastor ouium rationabilium debet ducere oues suas per pascua animabus proficua, ducendo illas per iter, quo tenditur ad vitam æternam, arcereq; debet Lupos rationales, qui animabus nocere possunt, & dictis, & factis. optimè Thomas Bozius sig. 13.c.6.

28 lit.A. Imitari itaque debent Episcopi, Pastores, vndè nomen acceperunt, illãque solicitudinem, quam illi habẽt pro grege animalium irrationabilium; hãc, & maiorem debent habere pro ouibus rationalibus; sicuti illi, neque de die, neque de nocte oues relinquunt, vigilãt super gregem, & vigilias noctis ducunt, vt præstò sint omnibus necessitatibus illarum, sic si Episcopi debent semper vigilare, ac de die, ac de nocte, & solliciti essent, debent pro cura sui gregis, cum enim Christus Dominus in Terris apparuit, sacræ litteræ exprimunt, quod Angeli hoc primo annun-
29 ciauerunt Pastoribus illis, qui, vt dicit S. Lucas cap. 3. erant vigilantes, & custodientes vigilias noctis super gregẽ suum, quem locum exponens VgoCardinalis, *ait, Meritò autem illa hora vigilare dicuntur pastores, quia natus erat summus Pastor, qui de suis ouibus vsque ad vltimum exiget rationem, cum venerit greges suos visitare, cuilibet pastori dicturus in die iudicij, vbi est grex, qui datus est tibi pecus inclytum tuum? Boni ergo pastoris est, talem reipsa se exhibere, qualem se nomine venditat.* Bonus Pastor fuit Abel, & primus: hunc sacræ paginæ laudibus efferunt, in eius sacrificium respexit Deus;
39 Abel interpretatur, lugens; debent ideo Episcopi populi sui scelera deplorare: *inter vestibulum, & Altare plorabũt Sacerdotes, & ministri Domini, & dicent, parce Domine, parce populo tuo.* & Hieremias cap.9. dicebat, *quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lachrymarum, & plorabo die, ac nocte, interfecta filia populi mei, quis dabit, me in solitudine diuersorium, & derelinquam populum meum, & recedat ab eis quia omnes adulteri sunt, cœ-*

tus

Digitized by Google

eius præuaricatorum: eruditè Oliua, in cap. 10. lib. 1. Esdræ, fol. 110. Pastor bonus
31 fuit Iacob, qui ouium Laban. soceris sui pastor fuit, cui dixit, *viginti annis fui tecum, oues tuæ, & capræ tuæ steriles non fuerunt: arietes gregis tui non comedi, nec captum à bestijs ostendi tibi, ego damnum omne reddebam, quidquid furtiuum peribat exegebas diù noctuque æstu vrebar, & gelu fugiebatque somnus ab oculis meis, inde* Diuus Gregorius lib. 7. epist. 48. ad Anastantium ait, *sic si laborat, & vigilat, qui pascit oues Laban, quanto labori, quantisque vigilijs debent intendere, qui pascũt oues Christi, & idem* Diuus Gregorius lib. 2. epist. 33. *studeat cor nostrum terrenorum pastorum imitationes succendi, qui hyemales noctes imbribus geluque constricti ducũt per vigilias, ne vel ouicula eius, & fortasse non vtilis pereat.* & Diuus Augustinus supra psal. 68. *ait, duo necessaria sunt Prælato, vt de die laboret in prædicando, & de*
32 *nocte vigilet Deo, & orando.* & D. Ioan. Chrysostomus ad populum Antiochen. *Nos ità admonet, si enim Patriarcha Iacob pecudibus præpositus, & oues irrationales pascens, & homini rationem redditurus, & noctes ducebat in somnes, & æstum, & gelũ, & omnem aeris intemperantiam, vt nulla illarum pecudum periret; multò magis nos non irrationabilibus ouibus, sed spiritualibus ouibus Præpositos, & non homini, sed Deo præsidentię huius rationem reddituros, ad nihil torpere, & tergiuersare oportet, qua gregem iuuare possunt: sed quantò melius grex iste gregi illo, et brutis quidẽ hominex, hominibus verò Deus; tantò maius, et nos vehementiusque studium, et promptitudinem exhibere oportet.*

Optimus Pastor fuit Moyses, qui Ie-
33 tro Soceri sui oues pascebat; hic populum electum à seruitute Pharaonis Regis Ægypti liberauit, ac per desertum eduxit, direxitque in terram promissionis, cum autem populus præuaricauerit, feceritque sibi vitulum, quem adorauit, & iratus esset Dominus, volebatque populum delere; orauit Moyses Dominum, dicens, *cur Domine irascitur furor tuus contrà populum tuum, quẽ eduxisti de Terra Aegypti in fortitudine magna, & in manu robusta, ne quaeso dicãt Aegyptij, callidè eduxit eos, vt interficeret in montibus, & deleret è terra: quiescat ira tua, & esto placabilis super nequitia populi tui, &c.* Exod. cap. 32. & ibidem inferiùs: *Rursusque ad Dominum, ait, obsecro, peccauit populus iste peccatum maximum, feceruntque sibi Deos aureos, aut dimitte eis hanc noxam, aut si non facis, dele me de libro tuo, quem scripsisti, &c.* Duplici enim
34 amore exarsit Moyses, & erga Deum, pro cuius honore, quanta, & qualia pertulit, & fecit; enarrant Sacræ scripturæ, vt videre est in libris integris Exodi, & Leuitici, & cum populus idolatrauerit, zelo honoris Dei ductus occidit vna die viginti tria millia hominum, vt in dicto cap. Exod. 32. Ac erga proximum sibi subiectũ, pro quo Deo dixit, *aut dimitte eis hanc noxam, aut dele de libro quem scripsisti*, gregis salutem proprię antepositi, & præcatus fuit enixè pro peccatis populi, quod debet facere Episcopus. Vnde D. Gregor. lib. 20. moralium cap. 8. *ait, Intueri libet in Moyse precare misericordiam cum seueritate sociatam, videamus amantem piè, & districtè seruientem, certè cum Israeliticus populus ante Dei oculos pœna inueniabelem contraxisset offensam, itaùt eius Rector audierat, descende, peccauit populus ante te, ac si ei diuina vox diceret, qui in tali peccato lapsus est, iàm meus non est, atquè subiungeret, dimitte me, vt iracatur furor meus contrà vos, & deleam eos, faciatque te in gentem magnam, ille semel & iterum pro populo, cui præerat, obicem se ad impetum Dei irascentis opponens, ait, aut dimitte eis hanc noxam, aut si non facis, dele me de libro tuo, quem scripsisti. Pensemus ergo, quibus visceribus eumdem populum amauit, pro cuius vita de libro vitæ deleri se petijt, sed tamèn iste, qui tanto eius populi amore constringitur, contra eius culpas, pensemus quanto zelo rectitudinis accendatur*, mox enim petitione prima, ne delerentur; *culpæ veniam obtinuit; ad eumdem populum veniens, ait, ponat vir gladiũ suum super femur suum, ite, & redite de porta vsque ad portam per medium castrorum, vt occidat vnusquisque fratrem suum, & amicum, & proximum suum, cęciderũtque die illo quasi viginti tria millia hominum. Ecce qui vitam omnium, etiam cum sua morte petijt; non paruorum vitam gla-*

dio

dio extinxit, intus arsit igne, amoris foris accensus est zelo seueritatis, tanta fuit pietas, vt se pro illis coram Domino morti offerre non dubitaret, tanta seueritas, vt eos, quos diuinitùs feriri timuerat, ipse iudicij gladio feriret, sic amauit eos, quibus prafuit, vt pro eis nec sibi parceret, & tamèn delinquentes sic persequuti sunt, quos amauit, vt eos etiam Domino parcente prosternet, vtrobique legatus fortis, vtrobique mediator ad mirabilis. causam populi apud Deum precibus, causam Dei apud populum gladijs alligauit; Quid enimest, Antistes, ad Dominũ nisi pro delictis populi interceſſor exiſtat, vt idem Gregorius ep. 24. pro Idea hunc paſtorem omnibus
35 Epiſcopis proponit Diuus Tho. à Villanoua ſermone 2. de Natiuitate Domini, *ſicut enim Moyſes, qui pro populo ſuo Deum enixè orauit, cumque ex Aegypto abſtulit, ac in terram promiſſionis per deſertum direxit; ità Praſules ex mundi flagitijs oues ſuas auertere debent, eoſque dirigere ad Cęleſtem patriam.* Paſtor bonus fuit Dauid, qui de ſe ait Saulo: *Paſcebat ſer-*
36 *uus tuus patris ſui gregem, & veniebat Leo, vel Vrſus, & tollebat arietem de medio gregis, & perſequebatur eos, & percutiebam, eruebamque de ore eorum, & illi conſurgebant aduerſum me, & apprehendebam mẽtum eorum, ac ſuffogabam, interficiebamque eos, nàm & Leonem, & Vrſum interfeci ego ſeruus tuus. Reg. 1. cap. 17.* bonus igitur paſtor Leoni illi ſe deberet opponere, de quo Diuus Petrus in ſua canonica cap. 5. *aduerſarius veſter diabolus, tamquam Leo rugiens circuit, quarens quẽ deuoret, cui reſiſtite fortes in fide*; & non ſolum à diabolo debent oues defendere, ſed etiam ab alijs animalibus, ſeù Lupis, prout dixit Chriſtus Dominus, Ioann. 10. *vt ſcilicet, eum vidit Lupum, non fugiat*, ſed illi ſe opponat, alias nõ paſtor, ſed mercenarius eſt.

Sed omnium paſtorum optimus fuit
37 Chriſtus Dominus, qui in eodem loco Ioannis dixit, ego ſum Paſtor bonus, & cognoſcunt oues meas, & cognoſcunt me meæ: ſicut nouit me pater, & ego cognoſco Patrem, & animam meam pono pro ouibus meis; animam ſuam quippè poſuit Chriſtus Dominus pro nobis ouibus ſuis: nobiſq; reliquit exemplum paſtoris. Audi Diuũ Gregorium hom. 14. in Euangelia, *atque eiuſdem bonitatis formam, quam nos imitemur adiungit, dicens. Bonus Paſtor animam ſuam ponit pro ouibus ſuis; fecit, quod monuit, oſtendit, quod iuſſit, & infrà*
38 *oſtenſa nobis eſt de contemptu mortis via, quam ſequamur, appoſita eſt forma, cui imprimamur.*

Chriſtus enim Dominus in dicto Ioã-
39 nis loco. Bonum paſtorem illum eſſe, deſcribit, qui per oſtium intrat, oueſq; ſibi commiſſas diligit, vt non ſolum vocet eas nominatim, verum habeat, & agnoſcat vultum pecoris ſui, iuxtà Prouerb. cap. 27. nec ſolum vt eas educat per idonea paſcua, vt potens ſit exhortari in ſana doctrina, prout Paulus Apoſtolus ſcripſit Thimoteo in 1. c. ad eumdem cap. 40. Verum inſuper, vt antè
40 eas vadat bonis exemplis, lucem præferendo, forma gregis, & animo factus, vt ait B. Petrus in prima ſua Epiſt. c. 5. ſic etiam vbi neceſſitas expoſtulauerit,
41 vitam, & ſanguinem pro ſalute gregis fundere promptus ſit. Hæc obligatio ex duplici charitate inſurgit, vt benè obſeruat *Theatrum vitæ humanæ in litera-*
42 *P. verbo paſtor fol. 53.* prima erga Deum & Chriſtum Dominum, prout ipſe Chriſtus Dominus Ioann. clarè inſinuauit, nam cum dixerit, *ego ſum paſtor bonus, & cognoſco oues meas, & cognoſcunt me mea, ſtatim ſubdit, ſicut nouit me Pater, & ego agnoſco patrem, & animam meã pono pro ouibus meis*; quaſi dicere voluerit, quia agnoſco patrem, & amo patrem, animam meam pono pro ouibus meis: & expreſſius oſtendit, cum Ioan. 21. antequam Petro ouium curam cõmitteret, ter interrogauit, an ipſum amaret, dicens, *Simon Ioannis: diligis me plus his, dicit ei, etiam Domine tu ſcis, ſi amo te, dicit ei, paſce agnos meos: dicit ei iterum, Simon Ioannis diligis me, ait ille etiam Domine tu ſcis, quia amo te, dicit ei, Paſce agnos meos, dicit ei tertiò, Simon Ioannis amas me, contriſtatus eſt Petrus, quia dixit ei tertio, amas me, & dixit ei Domine, tu omnia ſcis, tu ſcis, quia amo te; dicit ei paſce oues meas.* Eximium erga ſe amorem expoſtulauit Criſtus Domi-
43 nus à Petro, antequam curam ouium committeret, Indè Diuus Bernardus,

ſerm. 76.

Digitized by Google

ſerm.76. in cant.ait: *Non otiosè quidem in commiſſione ouium toties repetitum eſt: Petre amas me; ego quidem ſignificatum perindè puto, ac ſi dixiſſet illi Ieſus, niſi teſtimonium tibi prabente conſcientia, quod me amas, & validè perfectè ames, hoc eſt pluſquàm tua, pluſquàm tuos, pluſquàm te, vt huius trina repetitionis mea numerus impleatur, nequaquàm ſuſcipias curam hanc, ne te intromittas de ouibus meis, pro quibus ſanguis vtique meus effuſus eſt.* Et Iſydorus apud Sperellam p.2. c. 60. fol. 311. ait: *Ac ſi apertiùs dixiſſet, nemo debet Paſtoris officium accipere, niſi charitate cæteris antecellat.* Illa ergò charitate Epiſcopi feruere debent, quam deſcribit Apoſtolus ad Corinth.1.cap.13. dicens: *Charitas patiens eſt, benigna eſt, charitas non æmulatur, non agit perperam, non inflatur non eſt ambitioſa, non quærit, quæ ſua ſunt, non irritatur, non cogitat malum, non gaudet ſuper iniquitate, congaudet autem veritati, omnia ſuffert, omnia credit, omnia ſperat, omnia ſubſtinet; charitas nunquàm excidit, ſiuè profetiæ euacuabuntur, ſiuè linguæ ceſſabunt, hãc charitatem diffuſam habere debemus in cordibus noſtris,* vt dicebat idem Apoſtolus ad Romanos cap.5. nequaquàm ab illa ſeparari debemus, vt præcipit idem Paulus in eadem ad Romanos 8. *Quis ergò nos ſeparabit à charitate Chriſti, tribulatio? an anguſtia? an fames? an nuditas? an periculum? an perſecutio? an gladius? ſicut ſcriptum eſt, quia propter te mortificamur tota die, æſtimati ſumus ſicut oues occiſionis, ſed in omnibus ſuperamus propter eum, qui dilexit nos; certus ſum enim, quia neque mors, neque vita, neque Angeli, neque Principatus, neq; virtutes, neque inſtantia, neque futura, neque fortitudo, neque altitudo, neque profundum, neque creatura alia poterit nos ſeparare à charitate Dei, quæ eſt in Chriſto Ieſu Domino noſtro.*

Charitatem enim omnes erga Deum habere debent, quia homo ad imaginẽ Dei factus eſt: *Ad imaginem enim Dei factus, vt homo factorem ſuum pro imagine agnoſcat, & pro ſimilitudine diligat;* ait D. Auguſtinus lib.de ſpiritu,& anima; ideò dixit Veritas Diuina: *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex omnibus viribus tuis, & ex omni mente tua, &c.* Lucæ c. 10. quod explicat S.Thomas 2.2. qu. 44. diligere debet quiſque Deum, quoniam vt ait Ioannes Euangeliſta in prima epiſt. c.4. *Quoniam ille prior dilexit nos, & in hoc apparuit charitas Dei in nobis, quoniam miſit filium ſuum vnigenitum in mundum, vt viuamus per eum, in hoc eſt charitas, non quaſi nos dilexerimus Deum, ſed quoniam ipſe dilexit nos, & miſit filium ſuum propitiationem pro peccatis noſtris.* Diligendus enim eſt Deus, quia Deus, & quia Dominus propter ſe, & propter nos, vt ait Didacus Stella in d. loco Lucæ: *Diliges, quia Deus, diliges, quia Dominus, diliges, quia tuus, diliges illum propter ſe, diliges propter ſua, & diliges propter te, ex omni parte diligendum ſe exhibet Deus, quia bonus, quia delectabilis, quia vtilis.* Illumque amorem erga ipſum habere debemus, quem deſcribit Victor. Antioch.in c.16.Matth.dicens: *Homo tanto Dei amore fragare debet, vt nihil prorſus in vllam animæ facultatem irrepere ſinat, quod ſuam erga Deum dilectionem excludat, aut diminuat, aut aliò transferat, ſed in omnibus illi ſoli magis, magiſque aſſiduè placere ſatagat, nec alteri perſonæ, aut rei creatæ, niſi per Deum, &c.* & hoc inſinuauit ipſa Diuina veritas apud S. Matth. c. 10. cum dixit: *Qui amat patrem, aut matrẽ, aut vxorem pluſquam me, non eſt me dignus.* Vnuſquiſque amorem Dei erga ſe expoſtulat, ſed amoris Dei erga nos magnes, amor eſt noſter in Deũ: *Oliua in cant.17. fol. 119.* ſed nihil in Deo præter Deum amare debemus, idem *Oliua in Eſdra, lib. 2. c.2. fol. 310.*

Si tanta charitate erga Deum vnuſquiſque fidelis exardeſcere debet, quanto magis Epiſcopi, qui plus à Deo accipiunt, ſemper in charitate manere debent, & ſemper cum Deo exiſtere: *Qui manet in charitate, in Deo manet,* vt monet Euangeliſta Ioannes 1.epiſt.c.4.& quid iucundiùs, & quid feliciùs, quid meliùs, quàm ſemper cum Deo manere. Epiſcopatus eſt ſtatus perfectionis, vt dicit S.Thomas 2. 2. q. 185. art. vinculum autem perfectionis eſt charitas, vt dicit Apoſtolus ad Coloſſenſes c. 3. alioquin fratres mei cariſſimi, vt dicit Gregorius homil.9. in Euangelia: *Nos, qui plus cæteris*

Digitized by Google

teris in hoc mundo accepisse aliquid cernimur, ab Authore mundi, graniùs indè iudicemur, cum enim augentur dona, rationes etiam crescunt donorum. Igitur ex hac charitate, quam maiorem erga Deum Episcopi habere debent, necessariò sequitur, quod semper eius gloriam quærere debemus.

Altera charitas, ex qua oritur obli-
53 gatio Episcopi erga suum gregem, nempè procurandi salutem animarum suarum ouium, est dilectio proximi, nam vnusquisque debet proximum diligere, iuxtà præceptum Domini apud S. Lucã cap. 10. dicens: *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & proximum tuum sicut teipsum.* Hæc ergò charitas erga proximum ab illa charitate diligendi Deum seiungi, & separari non potest; quippè proximus noster ad imaginem Dei factus est; qui
54 ergò Deum diligit, & proximum diligere debet propter scilicèt imaginem quam gerit Dei, vt ratiocinatur D. Thomas 2.2. q.44. art. 7. & Auth. imperfectus homil. 42. optimè ait: *Sicut qui amat Deum, quia imago Dei est homo, sicut in imagine sua Rex honoratur, & contenditur, sic Deus in homine, vel diligitur, vel oditur; non potest Deum amare, qui hominem odit.* quod optimè comprobatur ex dicta Io. ep. 1. cap. 4. dicens: *Si quis dixerit, quoniam diligo Deum, & fratrem suũ oderit, mendax est, qui enim non diligit fratrem suum, quem videt, Deum, quem non videt, quomodò poterit diligere? & hoc mãdatum habemus à Deo, vt qui diligit Deum, diligat, & fratrem suum.* Et c. 3. idem Ioannes dixit: *In hoc cognouimus charitatem Dei, quoniam ille animam suam pro nobis posuit, & nos debemus pro fratribus animas ponere: nihilq; aliud insinuauit* Aqui-
55 la illa (quæ secreta cœlestia penetrauit) in suis epistolis, *quam erga proximum charitatem*, quod cum sæpiùs discipulis repeti isset, ex repetita l ctione tædio affecti, eis sibi dicentibus, quarè hoc semper insinuaret, respondit dignam Ioannis sententiam, quia præceptum Dei est, & si solum fiat, sufficit; refert D. Hyeronimus lib. 3. in com. in epist. ad Gala-
56 tas c. 6. dixit *Veritas Diuina, hoc est præceptum meum, vt diligatis inuicem, sicut dilexi vos.* Ioann. c. 15. quod exponens Diuus Gregorius homil. 27. in Euangelia, ait: *Quod est, quod de dilectione, quasi de singulari mandato Dominus dicit, hoc est præceptum meum, vt diligatis inuicem, nisi quia omne mandatum de sola dilectione est, & omnia vnum præceptum sunt, quia quidquid præcipitur, in sola charitate solidatur.*

Et ità enixè hoc præcipit Deus, vt
57 non solum erga amicos, verum etiam erga inimicos charitatem hanc habere debeamus; dicens Matth. cap. 5. *ego autem dico vobis, diligite inimicos vestros, & benefacite his, qui oderunt vos, & orate pro persequentibus, & calumniantibus vos, vt sitis filij patris, qui in Cœlis est, qui Solem suum facit oriri super bonos, & malos, pluuit super iustos, & iniustos;* filios Dei dicit diuina veritas effici, qui charitatẽ
58 habent erga inimicos: & è contra verò, non habentes hanc charitatem, effici filios diaboli, insinuauit non obscurè Diuus Ioannes ex dicta sua epistola 1. cap. 3. vndè exclamans Paulus de Palat. in Matth. ait, *Oh mortales, quorum pectora honoris ambitio, & diuitiarum vexat cupiditas, accurrite in via summi honoris comperandi si inimicos diligitis, filij estis Dei:* & Lugubrensis ibidem ait, *quid enim ab homine optari possit diuiniùs, atque beatius, quam vt sit ex opere ipso, declarest Dei patris filium.* egregiè Diuus Augustinus *lib. 2. cap. 46. de sermone in monte, non ait, facite ista, qui estis filij, sed facite ista, vt sitis filij, cum autem nos vocat, ad simili-*
59 *tudinem suam vocat.* hanc charitatem sacrificio Deus ipse præfert, dicẽs Matthei c. 5. *si ergo offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris, quod frater tuus habet aliquid aduersus te; relinque ibi munus tuum ante altare, & vade priùs reconciliari fratri tuo, & tunc veniens, offers munus tuum.* & Paulus Apostolus scribens ad Ephesios cap. 5. *dicebat, estote imitatores Dei, sicut filij charissimi, & ambulate in dilectione, sicut Christus dilexit nos, & tradidit semetipsum pro nobis oblationẽ, & hostiam Deo in odorem suauitatis.* & D. Petrus in 1. epist. sua cap. 4. *ante omnia mutuam in vobis metipsis charitatem continuã habentes, quia charitas operit multitudinẽ peccatorũ.* De hac quippe charitate plenæ sunt sacræ literæ; legito Euangelia, le-

Digitized by Google

legito Epistolas Apostolorum. hoc non est meum propositum, illud autem cer-
60 tum habemus, quod ille veraciter charitatem habet, qui & amicum diligit in Deo, & inimicum diligit propter Deũ, *vt dicit Diuus Gregorius, hom.27.in Euãgelia*;ad Deum ergo tota dilectio proxi-
61 mi, & charitas referenda est, & dumtaxat per ipsum exercenda, non propter nostrum commodum,& vtilitatem, vt optimè *S.Thom.d.2.2. qu.44.art.7.*ibi
62 *primo, ex parte finis, & diligat propter Deum, sicut seipsum propter Deum diligere, vt sit dilectio sancta. Secundo ex parte re-*
63 *gulæ dilectionis, vt non condescendat proximo in aliquo modo, sed solum in bonis sicut suæ voluntati, satisfacere debet homo solum in bonis, vt sic sit dilectio proximi*
64 *iusta. Tertio ex parte ratione dilectionis, vt scilicet non diligat quis proximũ propter propriam vtilitatem, vel dilectionem, sed ea ratione qua velit proximo bonum, sicut vult sibi, vt sic dilectio proximi sit vera, nam cum quis diligit proximum propter suam vtilitatem, vel dilectionem, non verè diligit proximum, sed se ipsum.* Si quilibet homo Christianus, & si in priuato statu tantam, & talem debet habere charitatem, & dilectionem erga
65 proximum, qualem, & quantam debet habere Episcopus erga suas oues, ideò Christus Dominus dixit Ioann.d.cap.10 *bonum pastor animam suam dat pro ouibus suis*; ad hanc enim dilectionem debet Episcopus attingere,vt etiam propriam
66 animam, seù vitam exponat pro ouibus suis, *quia maiorem charitatem siuè dilectionem nemo habere potest, vt animam suam ponat quis pro amicis suis*, vt idem Christus Dominus apud *eumdem Ioannẽ cap.15.testatus est*. & si quilibet pro fratre animam suam debet ponere,vt dixit S. Ioannes loco cit.,quanto magis Episcopus: *amor*, dicebat *Diuus Augustinus*
67 *tract. 123. in Ioanne, loco cit. in eo, qui pascit oues, in tam magnum debet crescere ardorem, vt vincat etiam naturalis mortis timorem*. & Vgo Cardinalis in Ioann. exposuit, *animam suam vitam temporalẽ dat, vel ponit non inuitus, sed libens, & spontaneus pro ouibus suis pascendis, & viuificandis, eruendis à lupis. & S. Cyrillus, lib.3.in Ioan.cap.75. dixit,ergo eius exem-*
68 *plo quicumque bonus pastor debet pro ouium salute animam suam ponere,& propriæ vitæ pati dispendium, potius quam oues sua pereant.*

Attendendum est sedulo, quod Chri-
69 stus Dominus in dicto Ioannis loco citato cap.10. distinctionem adhibuit inter pastorem, furem, & mercenarium, illum dicens. Bonum pastorem,qui diligit oues, & animam suam ponit pro ouibus suis, & qui proprias oues nominatim vocat, & ante eas vadit, & ipsũ sequuntur: furem verò dicit, cum qui non intrat per ostium, & qui intrat, vt mactet, & disperdat oues: mercenarium verò vocat illum, ad quem non pertinet de ouibus, & cum vidit lupum venientem fugit, quia mercenarius est; Mercenarius enim à mercede dicitur, quare Lyranus paucis verbis rẽ explicat, *dicens, ille est verè pastor, qui attendit ad præmium gloriæ; mercenarius autem qui attendit ad commodum vitæ terrenæ*, & Beatus Bernardus in sæpè citato sermone ad pastores in Synodo Lugdunen. fol.1720. ait, *Mercenarius vidit Lupum venientem, & fugit, quærit ergo quæ sua sunt, non quæ Iesu Christi, alioquin vtique non fugeret; sed sua, & seipsum super impenderet potius, quam gregem suum raptoribus exponeret.*

Bonus itaque pastor debet incumbe-
70 re saluti ouium, postposito omni proprio cõmodo, & lucro, vt dicebat Paulus Apostolus ad Romanos scribens c.9. *optabam ego ipse anathema esse à Christo pro fratribus meis*; quid est, quod dicit Apostolus, nisi nec de propria salute spirituali se curare pro salute animarũ. Vbi Ioannes Chrysostomus ait, *Pau-*
71 *lus autem futuram etiam gloriam gloriæ proximi post habuit*. quod expressius dixit ipse Paulus scribens ad Philippẽses cap.1. *mihi enim viuere Christus est, & mori lucrum: quod si viuere in carne hic mihi fructus operis est, & quid eligam ignoro: coarctor autem è duobus desiderium habens dissolui, & esse cum Christo; multò magis melius permanere autem in carne necessarium propter vos. & ad Corinthios 1.cap.9. nam cum liber essem ex omnibus omnium me seruum feci, vt plures lucrifacerem, & factus sum Iudæis tamquam*

Digitized by Google

Iudæus, ut Iudæos lucrarer, ijs, qui sub lege erant, tamquam sub lege essem (cum ipse non essem sub lege) ut eos, qui sub lege essent, lucrifacerem, ijs, qui sine lege erant, tamquam sine lege essem, cum sine lege Dei non essem, sed in lege essem Christi, ut lucrifacerem eos, qui sine lege erant: factus sum infirmus, ut infirmos lucrifacerer, omnibus omnia factus sum, ut omnes facerem
72 *saluos. & cap.*10. *eiusdem epistola, sicut, & ego per omnia omnibus placeo, non quærens, quod mihi utile est, sed quod multis,*
73 *ut salui fiant. & cap.*15. *idem dicebat, quotidie morior propter uestram gloriam, fratres, quam habet in Iesu Christo Domino*
74 *nostro. & scribens ad Thimoteum secundam Epistolam c.*2. *dicebat, omnia sustineo propter electos, ut ipsi salutem consequantur, quæ est in Christo Iesu cum gloria cæ-*
75 *lesti. & Diuus Petrus* 1. *epistola c.*5. *dicebat senioribus, ideſt, Præpositis, & Episcopis, seniores ergo, qui in uobis sunt, obsecro, cõsenior, & testis Christi passionum, qui & eius, qui in futurum reuelanda est gloriæ communicator pascere qui in vobis est gregem Dei prouidentes, non coactè, sed sponte secundum Deum, neque turpis lucri gratia, sed voluntariè, neque vt dominantes in Cleris, sed formæ facti gregis, & animo,*
facit etiam, quia sicut Rex propter po-
76 pulum constituitur, vt dicit Diuus Th. de regimine Principum *lib.*3.*c.*11. *Cicero lib.*1.*de officijs. Aristot.lib.*3.*politicorum cap.*5. *&* 10.*& lib.*8. *Ethicorum cap.*10.*& lib.*5.*cap.*10.*Rebadiniera lib.*2.*de principibus cap.*9.*&* 10. non populus propter Regẽ, ità Episcopus propter oues creatur, non oues propter Episcopos creatæ sunt. Expresè *Paulus Apostolus ad He-*
77 *bræos cap.*5. *dicens, omnis Pontifex ex hominibus assumptus pro hominibus constituitur in ijs, quæ sunt ad Deum. & Diuus Petrus ad Clementem dixit, Episcopus non debet habere considerationem ad se ipsum, sed ad populum, vt idem Clemens refert in epist.*1. ad Iacobum. Salutem ergo animarum, gloriam Dei semper ante oculos habere debet Episcopus, & ijs sedulò, atque enixè incumbere debet, planè docuit Diuus Bernardus in sermone ad Archiepiscopum Senonensem, qui post castitatem necessariam Episcopis demõstrasset, ait, *Castitas sine charitate, lampas est sine oleo: & subtrahe oleum, & non lucet lampas, tolle charitatem, & castitas*
78 *non placet, sed pulchra est, vt sapiens clamat, casta generatio cum charitate, quam describit Apostolus de corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta, porro puritas cordis in duobus consistit, in querenda gloria Dei, & vtilitate proximi, vt in omnibus actibus suis, vel dictis, nihil suum quærat Episcopus, sed tantum aut Dei honorem, aut salutem proximorum, aut vtrumque; hoc enim agens, implebit non solùm Episcopi officium, sed & ethimologiam nominis, pontem vtique faciens seipsum inter Deum, & proximum.* Hæc Diuus Bernardus.

Cum Deus in veteri lege præfecisset
79 Moysem Episcopum, eique curam animarum tradendo, dixit ei: *Porta eas in sinu tuo, sicut nutrix infantulum,* vt supra annotauimus: cùm verò Iesus Christus Petrum Pastorem elegerit, dixit ei: *Pasce oues meas.* Pondera illud meas; non dixit tuas, vt egregiè Diuus Augustinus de bono viduit. c.22. dicens: *Si me diligis, non te pascere cogita, sed oues meas, sicut meas pasce, non sicut tuas, & gloriam meam in eis quære, non tuam; dominium*
80 *meum, non tuum.* Si enim Episcopus accipit pascendas oues, quæ Christi sunt, ita debet pascere, vt reddat Christo illas, qui Dominus est ouium, & eo modo debet pascere, vt Christus, qui sanguinem pro eis fudit, ac etiam ita debet pascere, vt sanguis ille pretiosissimus Iesu
81 Christi effusus pro ouibus sibi commissis, non perfunctoriè sit emissus; debet
82 enim pascere perducendo oues per viã, vt consequi possint æternam fœlicitatẽ, quia ideò Christus pro eis mortuus est; & ad hunc finem custodiæ Episcoporũ
83 commisit: non sicut proprias pascere debet, lucrum proprium accipiendo, sed vt Christo Domino verò afferat lucrũ, nec proprium dominatũ exercere, quod
84 semper asperum est, sed Christi, quod suaue. Ideò benè dixit S. Petrus loco nuper citato: *Non dominantes in Clero, sed formæ gregis facti: pasce oues meas dixit, vt ostendat illum esse verum Pastorem, qui ad Dominum animas ducit,* vt ait S. Cyrillus in Ioann. c.2. Insuper cum Christus Dominus vocauit Petrum, & Andream ad

Apo-

Digitized by Google

Apostolatum, cui Episcopatus erat in-
85 separabilitèr coniungendus, dixit: *Venite post me, faciam vos piscatores hominũ*, Matth.4. idest animarum. & Luc.5. *Dominus Petro, noli timere, ex hoc iam eris homines capiens.*

Animarum ergo curam suscipit Epi-
86 scopus, non rerum temporalium, ideò ad animarum salutem sedulò incumbere debet, vt scripsit D. Gregorius lib.7. epist. 2. Episcopo Calaritano, dicens: *Non terrenarum rerum curam, sed animarum curam te ducatum suscepisse cognoscẽs, ibi ergo cor figere, ibi solicitudinem, ibi totum debes studium adhibere, atque de earum lucro diligentiùs cogitare. Pastor est*, dicit
87 S.Basilius in Deuter.c.15. *palabulum pecus, & erraticum conuertitor, quod conquassatum est, & contritum colligito, quod ægrotum sanato*. Atque Diuus Gregorius lib. 4. epist.8. *Animarum lucrum Deo nostro*,
88 ait, *tota mentis intentione ferre festinate, nomen nos Pastoris, non ad quietem, sed ad laborem suscepisse cognoscite.*

Lucrum proprium ab Episcopis abes-
89 se protinùs debet, solùmque lucrum Christi præ oculis habere debent, ait enim Diuus Ioannes Chrysostomus homil. in psal. 123. *Non dixit, bonus Pastor honoratur, & colitur, sed animam suam ponit pro ouibus suis, hoc est principatus, hoc est pascendi scientia, sua negligere, & eorum, quos regit, curam agere:* hic est spiritualis omnis præfecturæ imperij finis, ait S.Gregorius Nissenus orat. 1. *Vbique priuata vtilitate neglecta commodis aliorũ*
90 *consulere*. & optimè D. Augustinus lib. de past.cap.1. *Nos enim*, ait, *quos isto loco, de quo periculoso redditur ratio Dominus secundum dignationem suam, non secundum meritum nostrum, constituit. habemus duo quidem, vnum, quod Christiani sumus, alterum, quod Præpositi sumus, illud, quod Christiani sumus, propter nos est, quod autem Præpositi sumus propter vos est, in eo, quod Christiani sumus, attenditur vtilitas nostra, in eo quod Præpositi sumus, non nisi*
91 *vestra*. Et eruditè Pater Oliua tom. 4. strom.lib.6. fol. 563. sup. illud Hierem. c.1. *Virgam vigilantem ego video*, ait, *cur oculus, & non potiùs manus in sceptri summitate expingitur, vt doceantur animarum Pastores, & populorum Duces suorum immemores commodorum, subditorum dumtaxàt prospicere vtilitati, oculus enim cum nihil non videat, seipsum videre non potest, ò vtinam, qui præsunt omnibus, prospicerent*
92 *præterquam sibi. Pasce*, dixit Christus Dominus, *oues meas; non mulge*, subdit D. Bernardus in Matth. significare volens: oues, potius à Pastoribus ali debere, quàm Pastores ab ouibus. Optimè considerat *Michael Maculerus de Monarch.*
93 *Ecclesiast. tom.1. qu.2. lib. 5. cap. 10.* qui proprium lucrum captant, nomen, non Pastoris, sed mercenarij merentur. Egregiè Venerabilis Beda in Ioannem, dicens: *Sed contra hæc mercenarius nullo zelo accenditur, nullo feruore dilectionis excitatur, quo dum sola exterrena commoda requirit, interiora gregis damna negligentèr patitur. Vndè & mox adiungitur, mercenarius autem fugit, quia mercenarius est, & non pertinet ad eum de ouibus, ac si apertè diceretur, stare in periculo ouium non potest, qui in eo, quod ouibus præest, non oues diligit, sed lucrum terrenum quærit, dum enim honorem amplectitur, dum temporalibus commodis lætatur, opponere se contra periculum superat, ne quod diligit, amittat.*
94 Atque Doctissimus Caietanus in eundem locum ait: *Non est illi cura ouium, cura mercenarij est circa lucrum suæ mercedis, non circa salutem ouium*. Atque Vgo
95 Cardinalis ait: *Cuius non sunt oues propria per curam, sollicitudinem, & amorem, qui non amat oues, vel commodum ouium, tanquam propriam lanam, & lac habent pro suis, & non oues, idest animas.* Et post pauca ait: *Fugit, quia mercenarius est, idest, quia quærit sua commoda, & non pertinet ad curam de ouibus, idest non amat vtilitatem earum*. Et Diuus Bernardus in sermone ad Clerum in Concilio Rhemẽsi:
96 *Fugit mercenarius, vel amore blandientis, vel timore persequentis, vndè fugit? à rectitudine iustitiæ, à defensione Ecclesiæ, à liberatione patriæ, ab vltione pupillorum, & viduarum: quo? ad custodienda, quæ possidet Dominus, à quibus possidetur, videlicèt marsupia, horrea, cellaria, non vtique pauperibus reseruanda, euacuanda furibus, ignibus consumenda.*

Sed proh dolor! gloriam Dei, salu-
97 tem animarum nobis cõmissarum, quæ præ oculis dũtaxàt habere deberemus,

erga

Digitized by Google

erga terga mandamus: lucrum temporale, quod erga terga habere deberemus antè oculos semper habemus, principale accessorium, & accessorium principale cõstituimus, dicebat Cardinalis Vgo in epist. S. Iacobi c. 3. *Quem dabis*, dicebat Bernardus serm. 77. in cant. *mihi de numero præpositorum, qui non plus vigilet subditorum euacuandis marsupijs, quam vitijs extirpandis. & egregiè D. Gregor.*
98 *in hom. 17. in Lucam 10. nulla animarum lucra quærimus, ac nostra quotidiana studia vacamus, terrena concupiscimus, humanam gloriam intenti mente captamus, ex eo quia plusquam cæteris Prælatis sumus, ad agenda qualibet, maiorem licentiam habemus, susceptæ benedictionis ministerium vertimus ad ambitionis augumentum; Dei causas relinquimus, ad terrena negocia vacamus, locum sanctitatis accipimus, & terrenis actibus implicamur. Hæc Gregorius. Et*
99 *Pater Oliua in cap. 14. Genes. fol. 50. col. 1. Exponens illa verba, dixit autem Rex Sodomorum ad Abraham, da mihi animas, cætera tolle tibi. ait enim Oliua, audient, & erubescant Ecclesiæ Pastores, Rex non Syonis, sed Sodomæ, animas petit, reliqua negligit, nos cætera tollimus, animas dimittimus, & horribile est, quod dicit* Vgo Cardinalis in 2. ad Caroth. tom. 12. quod
100 *Prælati pactum fecerunt cum diabolo, quod diabolus habeat animas, & ipsi pecuniam.* Præsumus, & non prosumus, & vtinam
101 non noceremus! plus nocemus, quam prosumus, mulgemus, & non pascimus. Imò ab ouibus pascimur, vnde Diuus Bernardus in sæpè cit. sermone ad Clerum congregatum in Concilio Rhemẽsi dicebat, *Porrò Episcoporum huius temporis auaritia quomodò declinetur, quod enim sine miserabili gemitu dicendũ nõ est, Christi opprobrium, sputa, flagella, clauos, lanceam, Crucem, & mortem, hæc omnia in fornace auaritiæ conflant, & profligant, in acquisitionem suis marsupijs includere festinant. Hoc solo sanè a Iuda Iscariotes differentes, quod ille horum omne emolumentũ denariorum numero compensauit, iste voratiori in gluuie: lucrorum infinitas exigunt pecunias, his insatiabili desiderio inhiant, pro his ne amittant; timent, ac cum amittant dolent, harum in amore quiescunt, quãtum dumtaxat liberum est ei, arbitriũ aceruandi, & augumentandi; curam animarũ, nec casus reputatur, nec salus. Non sunt profectò matres, qui cum sint de crucifixi patrimonio nimium incrassati, impinguati, dilatati, non compatiuntur cum contritione Ioseph. & post pauca enim tempora ista planè fœda à negotio perambulante in tenebris, &c.* hæc Diuus Bernardus; qui etiã inferiùs subdit, olim prædictum est: *& nunc tempus impletionis aduenit, ecce in pace amaritudo mea amarissima, amara prius in nece martyrum, amarior post in conflictu hæreticorum, amarissima nunc in moribus domesticorum. Non fugari, non exterminari possunt. Ità inualuerunt, ità multiplicati sunt super numerum, intestina, & insanabilis est plaga Ecclesiæ, & ideò in pace amaritudo mea amarissima, sed in qua pace? pax est, & non est pax; pax à paganis, pax ab hæreticis, sed non profectò à filijs. Vox plangentis in tempore Israel, filios enutriui, & exaltaui, ipsi autem spreuerunt me, spreuerunt, & inualuerunt à turpi vita, à turpi quæstu, à turpi commercio, à negocio perambulante in tenebris*, hæc Diuus Bernardus. Perbellè etiam Pater Oliua, semper post scripta visus ad propositum in Cantica,
102 cap. 5. fol. 106. *Alba sum, inquiebat, cum exagitaretur à Principibus, sed formosa, nunc verò cum iam Cæsaribus non impares filios habet. Alba, inquit, sum, sed decolor, & alia ibi. & eruditè subdit: ipsa enim Ecclesiæ dignitatis officia in turpem quæstum, & tenebrarum negocium transire videmus, nec in ijs animarum salus, sed luxus quæritur diuitiarum, vt scripsit S. Bernardus serm. 6. in psal. Qui habitat.*

Hinc in Ecclesia Dei sequitur illa in-
103 ordinatio, quam idem Bernardus Sãctus in expos. regul. S. Benedicti, *par. 3. cap. 7. enarrat, dicens, negligentia Prælatorum tantum duram nationem, & confusionem induxit, quod in eis terra sursum, & Cælum deorsum, pedes suprà, caput, facies retorquet, interiora extra effusa sunt; Deus ibi conculcatur, & terra deificatur, diabolus honorificè recipitur, Deus verò contumelioſè repellitur.*

Sed quid, audite Dominum loquen-
104 tem per Hieremiam, cap. 23. *Veh pastoribus, qui disperdunt, & dilacerant gregem pascuæ meæ, dicit Dominus, ideò hæc*

dicit

Digitized by Google

dicit Dominus Deus Israel ad pastores, qui pascent populum meum; vos dispersistis gregem meum, & ejecistis eos, & non visitastis eos, nec ego visitabo super vos malitiam studiorum vestrorum, ait Dominus, & ego congregabo reliquias gregis mei de omnibus terris, ad quas ejcero eos illuc, & convertam eos ad rura sua, vt crescent, & multiplicabuntur, & suscitabo super eos pastores, & pascent eos, non formidabunt vltra, & non pauebunt, &c. Et per Ezechielē c.34.

105 asprius loquentē. *Veh Pastoribus Israel, qui pascebant semetipsos, nonnè greges à Pastoribus pascuntur, lac comedebatis, & lanis operiebamini, & quod crassum erat, occidebatis, gregem autem meum non pascebatis, quod infirmum fuit, non consolidastis, quod ægrotum, non sanastis, quod confractum, non alligastis, & quod abiectū est, non reduxistis, & quod perierat, non quæsistis, sed cum austeritate imperabatis eis, & cum potentia; & dispersę sunt oues meę, eo quod non esset Pastor, & facta sunt in deuorationem omnium bestiarum agri, & dispersę sunt, &c.* Et paulò post. *Propterea pastores audite verbum Domini, viuo ego dicit Dominus, quia pro eo, quod facti sunt gregis mei in rapinam, & oues meæ in deuorationem omnium bestiarum agri, eo quod non esset Pastor, neque enim quiescunt Pastores mei gregem meum, sed pascebāt pastores semetipsos, & greges meos non pascebant. Propterea pastores audite verbū Dei, hæc dicit Dominus Deus, ecce ego ipse super pastores requiram gregem meum de manu eorum, & cessare faciam eos, & vltra non pascant gregem, nec pascant amplius pastores semetipsos, & liberabo gregem meum de ore eorum, & non erit vltra eis in escam.*

Hæc, quę dicit Deus per hos Prophe-

106 tas, attentè seduloq; consideranda sūt Fratres mei Episcopi *administratorij sumus nos spiritus, vt dicebat ad Hebr. c. 1. in ministerium missi propter eos, qui hereditatem capiunt salutis. & 1. ad Corinth. cap. 4. sic nos existimat homo, vt ministros Christi, & dispensatores ministeriorū Dei,* propter salutem animarum sumus Episcopi constituti, vt exponit Nicolaus de Lyra in epist. ad Thimot. ità ergo præsidere debemus, vt fidelis seruus, quem constituit Dominus super familiam suam, vt dicebat Diuus Bernardus lib. 2

107 de consideratione, *præsis, vt fidelis seruus, & prudens, quem constituit Dominus super familiam suam, ad quid, vt des illi escam in tempore opportuno, hoc est vt dispenses, non imperes, hoc fac, & dominari ne affectes hominum homo: vt dicit non de-*

108 *minetur tui omnis iniustitia.* Sumus Episcopi, simus, & Pastores, desinamus esse mercenarios, nam licèt mercenarij in præsenti vita in domo Dei, nempè Ecclesia, abundent panibus; in altera verò famem patientur, vt canes. O quam strictè rationem requiret à nobis Episcopis Christus Dominus in die mortis, vt optimè Petrus Blesen. ep. 61. dicens, *animabus quorum in vos suscepistis periculum, pastoralem officium debetis, quarum requiret curam à vobis exactissimus Iudex, talentumque vobis creditum exiget, etiam*

109 *cum vsuris. & S. Cæsarius in Matt. 15. ait, quid de nobis fiet, qui vix commisso nobis gregi spiritualia pascua prouidemus, vndè cum grandi timore considerare debemus, ne ad nos etiam illa terribilis sententia diuigatur, quam seruus ille audire meruit, qui talentum duplicare noluit, inutilē seruum proijcite in tenebras exteriores.* Si re-

110 denda est ratio exacta de his, quę gessit in corpore suo, hic, quid fiet dicebat *D. Bernardus in sæpè cit. sermone ad Clerum in Concilio Rhemensi congregatum de his, quæ quisque gessit in corpore Christi, quæ est Ecclesia Dei, quę vobis commissa est,*

Imitemur, fratres, pastores antiquos,

111 imitemur, & Christū Dominum primum nostrum pastorem, qui verbo, & exemplo docuit se esse Pastorem bonū, ipsius imitemur vestigia (vt vtar verbis Damasi Papæ in Epist. 4. de choepiscopis, tom. concil. fol. 388.) vt de nobis dicatur, *ego sum Pastor bonus, & cognosco oues meas, & voco eas nominatim, & cognoscunt me meæ. & infrà ibi sibi comendatum dominicum gregem cōuincitur summum non amare pastorem, nec eius se velle discipulum fieri, cuius exempla negligit imitari, nam gratia prorsus maior acquiritur, si de commissis ouibus lucrum afferat Domino solicitudo pastoris, nàm & B. Iacob, qui pro vxoribus diù seruierat, dixisse meminimus, viginti annis fui tecum, oues tuæ, & capræ tuæ steriles non fuerunt, arietes gregis*

gis tui non comedi, nec captum à bestia ostendi tibi, ego damnum omne reddebam, et quicquid furto perierat, à me exigebas, die, nocteque æstu vrgebar, et gelu, fugiebatque somnus ab oculis meis; sic ergo, sic laborat, et vigilat qui pascit oues Laban, quanto labori, quantisque vigilijs debet intendere, qui pascit oues Dei? Sed in his omnibus ipse nos instruit, qui pro suis dedit ouibus animam, & adiuuet nos, vt de his, qui nobis commissi sunt, fructuum multiplicem, ac mensuram superfluentem ad æterna gaudia reportare concedat, qui agitur Pastor Christum primum Pastorem imitari cupit, debet pascere gregem, mente, ore, opere, animi oratione, verbi exhortatione, & exem-
112 *pli exhibitione. hæc Damasus.* Imitemur Apostolum Paulum, qui anathema esse cupiebat pro fratribus, qui omnia propter electos se substinere testatur. Imitemur D. Martinum Episcopum Turonen. qui dixit, Domine, si adhuc populo tuo sum necessarius, non recuso laborē, quapropter canit de ipso Ecclesia, *O Beatum virum Martinum Antistitem, qui nec mori timuit, nec viuere recusauit.* & S. Th. de Villanoua in eius sermone, *ò præclarā vocem, ò admirabilem castitatem, quid mi-*
113 *nus iste, Moyse, vel Paulo, personuit pro Christo Moyses, Martinus pro commissis ouibus differri à gloria, non solum sustinet, sed si opus est, petit, & obsecrat, animā pro ouibus exponebat; & idem iam in paradiso pedis posuerat glorioſus Antistes, & libenter retrahit, vt fratribus suis seruiat, lictus optatum diù iam securus tenebat, & amore filiorum redit ad pelagum, atque pro dilectis ouibus velut bonus Pastor exponitur*
114 *naufragio:* atque D. Ioannem Chrysostomum, qui hom. 44. in acta, dicebat, *vellem, si fieri possit, vestris oculis ostendere, quam in vos habeo charitatem, nihil est enim mihi vobis lucidius, & desiderabilius, nec ipsa quidem lux; millies enim optarem ipse esse cæcus, si per hoc liceret vestras animas conuertere, adeo ipsa luce mihi est salus vestra iucundior, quid enim me iuuant solares radij, quando quæ propter vos accipitur animi ægritudo, oculis meis offendit tenebras? lux enim tunc est bona, quando apparet lætitia:* & in eadem hom. 44. *Vtinam posset fieri, vt ego pro vobis omnibus benè mererem, & meritorum brauia ves-*

caperetis, sicut igitur mater filium febricitantem cernens, dolenti, & ardenti assistens, lugens ægrotanti filio, dicit. Vtinam febrem ego suscipere possem, & in me flammam attrahere, sic profectò, vt ego dico, manè vtinam possibile esset me pro vobis caluranteis
115 *omnibus rectè agere:* ac Diuum Augustinum, qui homil. 26. dicebat, *me putate esse matrem, aiebat, animarum vestrarum, & ità nos velle componere; sicut mater filium proprijs manibus componit, & ornat, vt in nobis, nec macula, nec ruga possit ante tribunal æterni Iudicis apparere animabus vestris, non solum ornamenta, sed etiam medicamenta desiderans prouidere, studia dissita consuere, conscissa sarcire, vulnerata curare, abhorrere sordida, reparare perdita, & ea, quæ sunt integra, spiritualibus*
226 *margaritis ornare.* Imitemur, & cæteros Episcopos, præsertim Cardinalem S. Carolum Borromeum, S. Andream Corsinum, S. Thomam de Villanoua, S. Franciscum Salesium, cæterosque, quos glorioſos effecit pastoralis solli citudo: imitemur, & Sanctum Ignatium Loyola, qui dicebat, quod si ei optio daretur, malle se beatitudinis incertum viuere, & interim Deo inseruire, & proximorum saluti, quam certum eiusdem gloriæ statim mori: Catherinam So-
118 nensem, quæ ità zelo salutis animarum exarsit, vt dixerit, tanta est animarum dignitas, & plenitudo, vt ad eas lucrandas, nullus par labor esse possit. Imitemur denique viuentem præclarum
119 Antistitem Archiepiscopum Syponti-num, sanguine nobilissimum, moribus absolutum, dignitate Eminentissimum, qui quot labores substineat pro grege sibi commisso, dicant Sypontini, hic nō contentus pascere populum salutaribus monitis assiduè, verum etiam pro fidei rudimenta docenda pueris, & rusticis in villis degentibus, caloris frigorisque
120 rigorem non timet. Demum, & imitemur Venatores, qui, vt Cicero Tusc. 2. ait, pernoctant in niue, in montibus, & vri se patiuntur, vt prædam aliquam inde afferant; attendamus, vt dicit S. Basil. in Deut. cap. 15. *multa cum diligentia, ne fortè fugiat in nobis præda, & effrenatos per improbitatem verbo veritatis coniunctos Saluatori offeramus:* nullum

enim

Digitized by Google

enim omnipotenti Deo maius ſacrificiũ offerre poſſumus, quale eſt zelus animarum, dicebat Diuus Gregorius hom. 14. in Ezech. animarum lucrũ Deo no-
121 ſtro tota mentis intentione ferre feſtinemus, nomen Paſtoris ad ſalutem animarum ſuſcepiſſe agnoſcamus; nõ quęramus lucrum noſtrum temporale, ſed animarum ſalutem, vt dicebat Paulus 2. ad Corinth. c. 12. *non enim quæro quæ veſtra ſunt, ſed vos*: faciamus nobis lucrũ aliarum ſalutem, vt ſcripſit Diuus Hieronymus ad Paul. epiſt. 13. & ſi hęc du-
122 ra videntur, ſcito fratres, omnia ſæua, & grauia facilia, vt propè nihil facit amor, prout docet D. Auguſtinus ſerm. 10. poſt Epiph. & lib. 13. confeſ. ait, interrogatur amor, imperatur labor, *quia vbi eſt amor, non eſt labor, qui amat, non laborat*, omnis enim labor non amãtibus grauis eſt; ſolus amor eſt, qui nomen difficultatis erubeſcit. & idẽ S. Gre-
123 gorius, ſer. 47. *de diuerſis: quicquid enim durum eſt in præceptis, vt leue ſit, charitas facit, nouimus quanta ipſe amor facit: ſine ardore quodam amoris, nihil quicquam in vita ſit egregium, dicebat Cicero 1. de oratione.* Ideo Chriſtus Dominus di-
124 xit Petro, antequam curam committeret animarum, Simon *Ioannis diligis me plus his*; ſciebat enim illa diuina ſapientia, quod in eo, qui curam gerere debet animarũ, eximius exigitur amor. Vndè Diuus Ioan. Chryſoſtomus ſer. 29. in Ioan. ait *Initium ſumendum à proximi dilectione, vt Paſtor id muneris accipiat*, Vndè Petro dicebat *Chriſtus, paſce oues meas, Chriſtum enim diligens gregem illius, vtique diligit, &c.* & in oratione de paſtoribus, *qui diligit oues meas, me diligit*;
125 *nullu enim officium hoc Deo carius eſt, eãdem curam, quam nos infundit, repoſuit, neque prorsùs alia res eſt, quæ perindè declaret, doceatque quis ſit fidelis, & amans Chriſti, quam ſi fratrum curam gerens, vt* Diuus Petrus Chriſologus ſer. 40. exponens illa verba Domini *Bonus Paſtor, ait, nil durum, nil amarum, nil graue, nil lethale computat amor verus, quod ferrum, quæ vulnera, quæ panaq; mortes amorem præualent, ſuper me perfectum amor eſt impenetrabilis lorica, reſpuit iaculà, gladium excubit, periculis inſultat, mortem irridet, ſi amor eſt, vincit omnia, non ſolum vincit, ſed quod mirabilius eſt, certando non ſuccumbit, pugnando non laborat, nec laborando fatigatur. Rumpor quidem curis, dicebat Diuus Chryſoſtomus ad ſuos ſubditos, hom. 4. ad Theſſalonicen. et ſollicitudinibus propter vos, & iſti dolores ſuaues ſunt, vtpotè ſimiles doloribus, & cu-*
126 *ris, quas matres pro filijs habẽt, nam gaudent, & lætantur ſuper curis ſuis, quamuis cura ſit amara, tamen quia impenditur pro filijs, multum habet voluptatis.*

Hoc enixe expreſſit Deus, quando
127 Moyſi curam populi dedit, atque dixit, porta eos in ſinu tuo, ſicut nutrix infantulum. & per Iſaiam prophetam, cap. 4. ſicut paſtor gregem ſuum paſcet in brachio ſuo, congregabit agnos, & in ſinu ſuo habentia fętas, ipſe portabit. Itaq; ità caros debet habere Epiſcopus ſuos ſubditos, & in pectore ſuo tenere,
128 ſicut nutrix infantulum ſuum, quia populum ſibi commiſſum, ceù proprios filios amare condecet, vt ſcripſit D. Clemens in 3. epiſtola ad Epiſcopos. Indè ego cum eſſem creatus Epiſcopus, quædã religioſa mulier mihi narrauit quodam exemplum cuiuſdam religioſi viri, qui cum eſſet ad hanc dignitatem euectus, enixè orauit Dominum Ieſum Chriſtum, vt dignaretur ei aperire mẽtem, quid agere debuiſſet, quod ei eſſet acceptum; poſt multas verò feruentes orationes dum inquiete eſſet, apparuit ei Chriſtus Dominus, cum ampullas plenas ſanguine, & videbatur ei dicere, ſerua diligenter has ampullas. Excitatus nondum intelligens myſterium, denuo Chriſto Domino, vt ſenſum talis apparitionis ei vellet aperire, rogat;
129 poſt multos dies volens Chriſtus Dominus conſolare ſuum ſeruum, iterum inquiete apparuit, dixitque, ampullas plenas ſanguine, quas oſtendi tibi, & mandaui, vt cuſtodires diligenter, ſunt oues meæ, pro quibus ſanguinem meum effudi, tibi tradidi cuſtodiendas: ſicut enim ſi haberes ampullas plenas ſanguine meo, caras teneres, & diligenter cuſtodires, eodẽ modo habe caros ſubditos, quos dedi tibi, nam pro ſingulis tuis ſubditis meum ſanguinem effudi, & vnuſquiſque eorum tantum valet,

Digitized by Google

quantum proprius meus sanguis. Sed hoc quod retulit sancta illa mulier cō-
130 sideranit Bernardus Sanctus serm.3, de aduentu, dicens, *Si stillantem de Cruce Domini sanguinem collegissem, essetque repositus penes me in vase vitreo, quod portare sæpius oporteret; quid animi habiturus essem in discrimine tanto? at certè pretiosissimum animarum thesaurum seruandum accepi, pro quo Christus mercator non insipiens, ideſt ipsa sapientia patris totum suum sanguinem dedit, quid ergo infelix, quo me vertam, si tantum depositum, quod sibi Christus proprio sanguine pretiosus indicauit contigerit negligentius custodire.*

Oportet enim nos naturales partes
131 dilectione inflammati vi amoris transcendere, sicut monet S.Ioannes Chrysostomus hom.2. ad Thimot. c.7. nihil enim tàm clarum facit gerentem magistratum, quàm dilectionis studium erga subditos, vt idem S. Ioannes
132 Chrysostomus homil. 15. in 2. ad Corinthios. & Cicero 1. de oratione quoque dicebat. Itaque concludo cum Diuo Clemente in 3. epist. ad Episcopos, *propter quod deprecor vos conseruos, & adiutores meos, vt attentius discatis animarum curam gerere, & pro omnibus stare, nihilque agamus prater curam animarum.* vt egregiè Oliua stromatum *lib.4.fol.246. quia Christus Dominus plus*
133 *extimat zelum animarum, quam amorem erga se.* Idem Oliua c.5.in cāt.f.80.& 81.

Sed ita in ouium nostrarum salutem
134 incumbere debemus, vt nostræ etiam studeamus, dicebat enim D. Gregorius in 1. Regum c.9.electi, & boni pastores sic lucra aliorū expetunt, vt in sui nulla damna patiantur, pleni quippè in ipsis sunt effluentes, & alijs de abundantia sui, sic alijs tribuunt, vt suæ plenitudinis aliquid non amittant; sic alijs prębere oleum nituntur, vt à se fomenta hominis non tollantur, vt dum illuminant alios, se non extinguant,

SECTIO SECVNDA.

De munere pradicandi Populo.

1 SEd quomodo Episcopus gregem suum pascere debeat ad aperiendum descendamus, & particularia explicemus. Ait enim Sacrum Tridentinū Concil. d.cap.23. de reformatione verbi diuini prædicatione, Sacramentorū administratione, ac bonorum omnium operum exemplo pascere. Pascere itaq;
2 debet verbo, & exemplo gregem suum; & in quantum àd prædicationem, hoc est Episcoporum, & Pastorum munus præcipuum, Deus enim dixit per Isaiā cap.58.clama, ne cesses, quasi tuba exalta vocem tuam, annuncia populo meo peccata eorum, quod monitum ad Episcopos, refert Diuus Gregor. in can. *sit rector.43.dist.& per Ezechiel.c.13.& c.33* ibi speculatorem dedi te. Christus enim Dominus dixit Apostolis, *ite in vniuersum mundum, prædicate Euangelium omni creaturæ; Episcopi autem in locum Apostolorū succesſerunt*, vndè Symmacus Papa in Synodo Romana ait, *veh nobis, qui ministerij opus succesſimus, si Domini veritatem, quam Apostoli prædicauerunt, prædicare neglexerimus, quid in futuro examine dicturi sumus, qui populum do-*
3 *cere iubemur*; Ipsi Apostoli dixerunt, non est æquum nos derelinquere verbum Domini, & ministrare infirmis, vt legitur apud Acta cap. 6. &
4 Paulus Apostolus ad Ephesios cap. 4. ait, *quod Deus in Ecclesia posuit quosdam quidem Apostolos, quosdam autem Prophetas, alios verò Euangelistas, alios autem pastores, & Doctores*; coniunctiuè enim loquitur, vt optimè Sanctus Anselmus, dicens; *Pastores, & Doctores, vnum regentium ordinem intelligimus, quia gregem Dei ipse veraciter pascit, qui docet*, & ideò non dicitur distinctè *alios autem Pastores, alios verò Doctores, sed dicitur coniunctiuè, alios autem Pastores, & Doctores, vt intelligerent suum officium esse sanam doctrinam.* & scribens ad Thi. 1. c.3. *opor-*

tet

tet Episcopum *esse Doctorem*, quod exponens Chrysostomus, ait, vt quid dicit Apostolus, *oportet esse Episcopum Doctorem, nisi ut doceat.* & Diuus Hieronymus epistola ad Ephesios cap. 4. ait *Praeses Ecclesiae sit pastor, & Doctor; pastor ouium, magister omnium hominum*: & ipse Apostolus Paulus de se dixit, scribens ad Corinthios primam epistolam, in c. 9.
5 *Veh enim mihi, si non euãgelizauero*, quod exponens Nicolaus Papa in epistol. ad Michaelem Imperatorem (habetur c. 5. dist. 43.) ait, *dispẽsatio caelestis est nobis iniuncta, ue si non sparserimus*, veh si tacuerimus, quod cum vas electionis formidet, & clamet, *ueh mihi, &c. quanto magis cuilibet exiguo formidandum erit?* & Actorum 20. dicebat, *Vos scitis, quomo-*
6 *dò nihil subtraxerim utilium, quo minus annunciarem uobis, & docerem uos publicè, & per domos per biennium nocte, ac die non cessaui cum lachrymis monens vnumquemque vestrum*, & instruens, Paulus suum dile-
7 ctum Episcopum Thimoteum, in 2. epistola c. 4. dicebat, *praedica uerbum insta opportunè, importunè, argue, obsecra, increpa in omni patientia, & doctrina*. Similiter scribens ad Titum, eique explicans,
8 quomodò debeat esse Episcopum, & post quam qualitates Episcopo necessarias expresserit, ait: *ut potens sit exhortari in doctrina sana, & eos, qui contradicunt arguere*; eique mandauit, dicens. Tu autem loquere quæ decent; *sanam doctri-*
9 *nam*, vndè S. Anselmus in 1. ad Thimot. c. 3. nihil prodest, *inquit, conscientia virtutum frui, nisi & creditum sibi populum sibi possit instruere, & eos, qui contradicunt arguere*. Diuus Clemens in lib. 2. constitutionum Apostol. in cap. 25. vocat Episcopos *receptacula verbi Dei, & praecones eius*: & idem in epistola 1. ad Ia-
10 cobum fratrem Domini refert, D. Petrũ Episcopos prædicare *assiduè, & mandata Domini sine intermissione annunciare, rogasse*, & in epist. 3. omnibus Episcopis scripsit. *Vos ergo, qui sacerdotio Domini fruimini, & in specula estis positi, plus scire oportet, vt subditos uobis, populos pleniter docere positis, eisque ad regna Cælorum ducatum praebere, Deo annuente, ualeatis.*
11 *Et ipsa ueritas ait, nobis datum est nosse mysterium Regni Dei, caeteris autem in parabolis, propter quod consilium do vnicuique vestrum; constanter docere verba diuina, & discentibus libenter accommodare aurem verbo Dei, vestrum enim qui legatione Domini fungimini, est docere populos*, & inferius, *Dominus noster mittens vos vice sua in locum Apostolorum ad praedican-*
12 *dũ, praecepit vobis docere omnes*: & Zenora in cap. 57. Apostol. ait, *quod hoc inexcusabile sit Episcoporum debitum*. Insuper, & Diuus Gregorius lib. 2. epist. 39.
13 ait, *de praedicationis semper ministerio cogitet, intentissimo timore considerans, quod recessurus ad percipiendum Regnum Dominus, & talentis seruis distributis, dicat, negociamini, dum venio, quod profectò negocium tunc verè nos agimus, si viuendo, & loquendo proximorum animas lucramur, si infirmos quosque caelestis Regni gaudia praedicando in superno amore roboramus, si proteruos, ac tumidos gehennae supplicia terribiliter intonando flectimus.* Veri enim
14 pastoris munus est, pascere gregẽ verbo Dei, vt *dixit Deus per Hier. prophetam c. 3 dabo vobis pastores iuxta cor meum, & pascent vos scientia, & doctrina*. Lateque exponit hoc prædicationis munus D. Gregorius in pastorali lib. 2. cap. 4.

Ideò tàm enixè in œcumenicis Con-
15 cilijs, sacrisque canonibus hoc opus Episcopis comendatur, vt scilicet *populum sibi commissum verbo Dei alant*; hinc Euaristus Papa, qui prẽfuit circa annum salutis 170. scribens omnibus Episcopis ait, *Episcopum verò oportet oportunè, importunè, atquè sine intermissione Ecclesiam suam docere, eamque prudenter regere, & amare*, vt à vitijs abstineat, &
16 salutem consequi possit æternam, & illa cum tanta reuerentia eius doctrinam debet suscipere, eumque amare, & diligere, vt legatum Dei, & preconem veritatis; habetur in can. sicut vir 11. 7. qu. 1. Ità quoque dispositum in Concilio Chartaginensi 4. *cap. 18. Episcopus, dicitur ibi, nullam rei familiaris curam ad se reuocet, sed lectioni, & orationi, verbi Dei praedicationi tantummodo vacet. refertur in can. Episcopis, nullam* 88. *dist. & quoque in Concilio generali Lateranen. sub Innoc. III. habetur in cap. inter caetera*, 15. *de officio ordinarij, & in Synodo sexta generali. cap.* 19. *& in septima Synodo cap.* 2.

Digitized by Google

in Concilio Aquisgran. 2.can.11. in Valentino 3.cap.22.in Moguntino 1.cap.25. in Toletano 11.c.2. & 5. Maldensi c.35. Demum omissis alijs, in Sacro Tridentino Concilio ità legitur dispositum in sessione 5. cap.2.de reformatione,quia
18 verò *Christiana Reipublica non minus necessaria est prædicatio Euangelij, quam lectio, & hoc est præceptum Episcoporum munus, statuit, & decreuit eadem Sancta Synodus, omnes Episcopos, Archiepiscopos, Primates, & omnes alios Ecclasiarum Prælatos teneri per se ipsos, si legitimè impediti non fuerint, ad prædicandum Sancti Iesu*
19 *Christi Euangelium. & in sess.24.c.4. de reformatione, Prædicationis munus,ait Cõcilium, quod Episcoporum præcipuum est,cupiens S.Synodus, quod frequentius possit ad fidelium salutem exerceri,canones alias super hoc editos sub felici recordatione Pauli III. aptius præsentium temporum vsui accommodando, mãdat,vt in Ecclesia suaipsi per se, aut si legitimè impediti fuerint, per eos, quos ad prædicationis munus assument, in alijs autẽ Ecclesij per Parochos,* hoc apud omnes est inconfesso, nec ab aliquo Catholico inficiari potest. S.Th.in epistola ad Ephesios, c.9.& 3.par.q.68. *Laurentius Beyerlin. in Theat. vitæ humanæ,lit.C. verbo concio, & cõcionator, rubrica,ad quos spectet concionari,fol.347. Lelius Zaccheus de Republica Ecclesiastica tit.de concionatoribus, num 2. Paulus Squillante Episcopus Teanensis de obligatione Episcoporum, p.1. cap.7. Barbosa de iure Ecclesiastico, lib.1. cap.17. ad Tridentinum locis citatis, & de potestate Episcopi, alleg.76. Lauorius lucubrat.tit. S.Andreas Sausij in Panopl. Sacerd.lib.4. art.1. Nicolaus Herbonius, paradox.2, contra nouatores, de iure Cathedr. c.18. à num.214. cum seq. Pax Iordanus lucubrat. par.1. lib.1. tit.19. num.40.& 41. & omissis alijs infinitis ex condicto,nouissimè egregiè delucidat Emanuel Gonzalez in cap.inter de officio ordinarij.*

Ex omni enim iure tenetur Episco-
20 pus prædicando pascere gregem suum, naturali quidem ex contractu innominato, qui tacitè contrahitur inter Episcopum, & populum, nam populus dat Episcopo redditus, decimas, & alias, quæ sunt in Episcopatu, vt Episcopus spiritualia eidem præstet, dicebat autẽ Paulus ad Corinth.1.cap.9. *Si nos vobis spiritualia seminauimus, magnum est,si nos carnalia vestra metamus, à contrario ergo sensu.* Si nos Episcopi carnalia populi metimus, & exigimus, dignum est, vt spiritualia eidem seminemus, & facit ad propositum quod scribit Diuus Gregorius moralium lib.22. cap.16. *quid*
21 *ad hac nos Pastores dicimus, qui aduentum districti Iudicis præcurrentes, officium quidem præconis susc ipimus, sed alimenta Ecclesiastica muti mãducamus,exigimus,quod nostro debetur corpori,sed non impendimus, quod subiectorũ debemus cordi;ecce vir sanctus* (loquitur de Iob) *tot in hoc sæculo pignoribus obstrictus,inter occupationes innumeras, liber ad studium prædicationis fuit, qui fructus terræ numquam sine pecunia comedit, quia nimirum subditis verbum bona ad monitionis reddidit, à quibus fructus corporeæ seruitutis accepit, hoc namque debet omnipotentis Deo omnis, qui præest populo, hoc qui multis, qui paucioribus præest, vt sic debita ministeria à subditis exigat, quatenus ipse etiam quid semper admonitionis debeat,sollicitus attendat;omnes namque, qui sub dispensatione conditoris Vicario nobis ministerio iungimur sub verò, ac vno domino, quid nobis aliud, nisi inuicem serui sumus; Cur igitur is,qui subest,seruit ob obsequium, restat proculdubio, vt is, qui præest, seruiat ad verbum, cum is, qui subest,iussis obtemperat. oportet, vt is, qui præest, curam sollicitudinis, ac pietatis impendat.* hæc D. Gregorius, & D. Bernard.epist. 24. ità ait, ve tibi *Episco-*
22 *po, qui peccata popoli comedis, ac si propria tibi sufficere minus viderentur, dic mihi quantum desudas, vt gemitibus, orationibus, pœnitentia, & prædicatione diluas peccata illorum, quorum bona comedis? Venies miser ante Tribunal Christi, & audieris grauis quærela populorum; accusatio dura eorum, quorum vixere stipendijs, neque diluere peccata,quibus facti sunt duces cæci,*
23 *& fraudolenti mediatores*: Iure diuino tenentur Episcopi, ex illo Domini *pasce oues meas*, & al js locis Diui Pauli iam supra adductis; sicuti ex locis suprà allatis iure tenetur Ecclesiastico.

Ab hoc onere excusantur Episcopi,
24 eum legitimè impediti fuerint, vt non solum in eisdem Tridentini decretis expressè

Digitized by Google

preſsè cauetur, verum etiam in dicto Concilio Lateranenſi ſub Innocentio, prout legimus in eodem c. inter de officijs ordinarij ibi, vndè *cum ſæpè contingat, quod Epiſcopi propter occupationes multiplices, vel inualetudinis corporalis, aut hoſtilis incurſus, ſcù inuaſionis (alias, ne dicamus defectum ſcientiæ, quod in eis reprobandum eſt omninò, nec de cætero tolerandum) per ſeipſos non ſufficiunt miniſtrare verbum Dei, maximè per amplas Dio-*
25 *ceſes, & diffuſas*: Verum tamen debet eſſe impedimentum non fictitium, & imaginarium, prout quandoque ſibi perſuadent Epiſcopi, nullum credo eſſe poteſt impedimentum, quod retrahere poſſit Epiſcopos, illoſque excuſare ab hoc onere, præter infirmitatem, vel aliquod corporale, vt legitur in Concilijs Moguntino, & Aquiſgranen. citat. nam
26 multiplicitas negociorum non poteſt ità excuſare, quia negocia forentia expleri debent per idoneum Vicariũ, alioſuè miniſtros, Epiſcopus enim attendere debet præcipuè ad ſpiritualia, & ad curam animarum; habemus enim in lib. Exod. cap. 18. quod Ietro dixit Moyſes, vt pro cauſis forenſibus eligeret viros idoneos ex omni Tribu: ipſe verò
27 rebus religionis incumbere debuiſſet, *eſto tu populo in his, quæ ad Deum pertinent, dicens*: Inde Diuus Gregorius in paſtorali p. 2. cap. 7. ſcripſit, *ſæcularia igitur iudicia, ſi habueritis, contemptibiles, qui ſunt in Eccleſia, illos conſtituite ad iudicandum, vt ipſi videlicet diſpenſationibus terrenis inſeruiant, quos dona ſpiritualia non exornant, ac ſi apertius dicat, quia penetrare intima nequeunt, ſaltèm neceſſaria foris operentur. Hinc Moyſes, qui cum Deo loquitur, Ietro alienigenę reprehenſione iudicatur, quod terrenis populorum negocijs ſtulto labore deſeruiat, cui & conſilium mox præbetur, vt per ſe alios ad iurgia dirimenda conſtituat, & ipſe liberius ad erudiendos populos ſpiritualium arcana cognoſcat*. Di-
28 uuſque Petrus monebat Diuum Clementem, vt ſæcularibus negocijs non ſe implicaret, dicens, *impietatis crimen eſſe neglectis verbi Dei ſtudijs ſollicitudines ſuſcipere ſæculares, ſi enim mundialibus curis fueris occupatus. & te ipſum decipies, & eos, qui te audiunt: non enim poteris quæ ad ſalutem pertinent, plenius ſingulis quibuſcumque diſtinguere, & ex eo fiet, vt & tu tamquam qui non docueris quæ ad ſalutem hominum pertinent deponaris, & diſcipuli per ignorantiam pereant, idcirco tu quidem ad hoc ſolum vacato, vt opportunè, & ſinè intermiſſione doceas verbum Dei, per quod ſalutem conſequi poſſunt.* Ità ipſemet S. Clemens refert in eius 1. epiſt. ad Iacobum fratrem Domini: Petrus Bleſenſis in ep. 5. vehementer redarguit Ar-
29 chiepiſcopum Canturien. quia plus tẽporalibus, quam ſpiritualibus vacabat, *quæ vtilitas, dicebat, quod fimo, & creta ager lutionarius impinguatur, ſi in dominicæ meſſis cultura nec ſpina euellitur, nec extirpatur Tribulus, nec verbum Domini ſe-*
30 *minatur; numquid Deo cura eſt de bouibus, & aſinis, vt circà aſinos, & boues ità ſollicitus occupetur.*

Multiplices occupationes habuerũt
31 Sancti Priſci Epiſcopi actamen munus prædicandi numquam, inter miſerunt, multiplices curas habuerunt S.S. Norbertus Archiepiſcopus Magdeburgenſis, Carolus Borromeus Archiepiſcopus Mediolanenſis, Thomas de Villanoua Archiepiſcopus Valentiæ, Andreas Corſinus, Frãciſcus Saleſius, fuerunt occupationibus varijs implicati, & tamen huic muneri, tamquam principaliori, ſatisfacere enixè curauerunt. Quamplurimos alios cõmemorat Theatrum vitæ humanę loco citato. Scio ego quamplurimos Archiepiſcopos, & Epiſcopos hodiernos, qui ſcientes præfãtũ habere onus, illi ſatisfaciunt, quamuis negocijs onuſti. Vidi per plures annos Illuſtriſſimum Stephanum Quaranta, virum vndique egregium, Archiepiſcopum Amalphitanum, ſingulis diebus dominicis prædicare populo ſibi ſubiecto, ac de rebus neceſſarijs ad fidẽ eum-
32 dem inſtruere, præſertim in viſitatione. Amplitudo Diœceſis excuſat non ſimpliciter, ſed reſpectiuè, ſcilicèt, ne in tota Diœceſi prædicare debeat; verum non excuſat, vt in aliquo loco, vbi reſidet, hoc explere non debeat.

Neque dicat quis Epiſcopus, ego nõ
33 ſum Theologus, ſum vtriuſq; Iuris Doctor, quorum munus non eſt prædicare. Nam huic replicatur vtique, Do-

cto-

Digitized by Google

ctorē debere esse Episcopum, vt ait D. Paulus ad Thimoth.1: c.3. ideoq;talem vt populum doceat. Cæterum non viderur excusari posse Episcopus de prædicando populo Euangelium,nam illud vt Christum crucifixum, & non cum sublimitate sermonis, aut sapientiæ, vt dicebat idem Diuus Paulus scribens ad Corinth. in 1. sua epist. c.2. dicens, *& ego cum venissem ad vos fratres, veni non in sublimitate ingenij sermonis, aut sapientiæ, annuncians vobis testimonium Christi. Non enim iudicaui me aliquid scire inter vos, nisi Iesum Christum,et hunc crucifixum, & ego in infirmitate, & timore, et tremore multò fui apud vos, & sermo meus,& prædicatio mea non in persuasibilibus humanæ sapientiæ verbis, sed in ostentatione spiritus, & virtutis, vt fides vestra non sit in sapientia hominum,sed in virtute Dei, & in 2. ad eosdem Corinth. cap.2.*

34 *non enim sumus, sicut plurimi,adulterantes verbum Dei, sed ex sinceritate, sed sicut ex Deo,coram Deo,in Christo loquimur.*

35 Cum ergo Episcopus debeat prędicare Euangelium animabus sibi subiectis cū simplicitate sermonis, & instruere populum de necessarijs, non opus est ei,vt Theologus sit,cum quilibet legum Doctor, quinimo quilibet simplex Sacerdos, & quandoque etiā laicus,id potest præstare. Sanè Mytram bipartitam in

36 capite portat Episcopus, vt supra diximus, vt ostendat se debere vtriusque testamēti peritia esse instructum, cui quoque enim Episcopo in consecratione per consecrantem datur liber Euangeliorum, & dicitur, *accipe Euangelium*,& vade prędica populo tibi cōmisso, quæ verba valde, & sēper debet ante oculos habere quilibet Episcopus, mittitur.n. ad populum,vt ei prædicet Euangeliū.

37 Hinc patet, quod non possunt se excusare Episcopi illi, qui dicunt non habere hunc talentum, nàm qui non habet talentum, non debet hanc dignitatem suscipere, cui intrinsecè hoc onus est annexum, Episcopos doctos esse oportet, vt diximus, & egregiè Petrus Blesen. in epist.23. *vidi malum, ait; quod sub Sole est, stultum positum in dignitate sublimi, & sapientes sedere deorsum(Eccl. 10.) Sacra Scriptura prorsus exportes onus*

38 *importabile dignitatis vsurpant. Paulus ad Thimoteum 2. cap.2. tibi commendo fili Thimote, regere Ecclesiam Dei secundum quod noui te scientiam habere sacrarum Scripturarum, Episcopus illiteratus praco mutus. Prælati est erudire subiectos,reddere populum acceptabilem Deo, aperiendo mysteria scripturarum; Petro, & successoribus eius præcipitur ducere rete in altum, idest profundum sacræ Scripturæ intelligentiam, in capturam hominum aperire. Verumtamen hodiè sicut populus, sic sacerdos, sicut tenebræ eius, ità & lumen eius, erubesce Sion,ait,mare, erubescat, & doleatque Prælatus præesse populo, nec prodesse, docentis assumpsisse officium, & in doctrina populi mutum esse (Ier. 5.) grex perditus factus est populus meus,pastores eorum seduxerunt eos, canes muti non valentes latrare, lupos à gregibus suis arcere debuerant, sed ipsi Lupi sunt in suos, nec de sua salute curantes,se cum gregibus in foueam mortis æternæ præcipitant*, hæc ille: igitur Epi-

39 scopi prædicare, & docere debent, nec eos terrere debet, quod sublimibus humanæ sapientiæ verbis careant, quod sero ad sacrarum literarum lectionem accesserint, quod numquam cathedram ascenderint,accedāt, & faciant aliquid, potens enim est Deus eis augere gratiā suam, optimè Scolouius apud *Dian.p.3. resol.....*

Nec assentiendum puto Francis. qui *nu.*205. ait, quod cum hoc munus præ-

40 dicandi delegatum sit cuique Sacerdoti, præsertim Regularibus, & concessū sit per alios prædicare,talem obligationem personalissimam in Episcopis cessasse. & *num*206. tali obligationi satisfacere Episcopos, scribēdo, & in scriptis docendo. & *num.*191.decuit, enim olim in initio nascentis Ecclesiæ Prælatos Superiores per seipsos prædicasse, quia populus fidelis modicus erat, & vnde Episcopus ab omnibus de facili audiri poterant; crescente verò numero fidelium, rebusque Ecclesię compositis, Episcoporū iurisdictio creuit,qua de re, causis plurimis derimendis, ac indicandis, ac cęteris negocijs componendis, sæpè non sufficiebant, nec per se omnia obire poterant, maxmè residendo in Cathedralibus, in toto Epi-

sco-

Digitized by Google

scopatu audiri non poterant, ideo legistæ Episcopi creati fuerunt, & maxima ratione statutum fuit, vt per alios officium hoc obirent. Et ea de causa priuilegia regularibus in Clem. dudum, de
41 sepul. concessa fuerint. Ego enim (salua pace tanti Doctoris) recedo ab eius doctrina, quia munus prædicandi Episcopis est personalissimum, & præcipuum, vt legitur expressè in sacris Canonibus citatis signanter in Sacro Tridentino Concilio, à quo munere tantum excusantur, cum sunt verè impediti: & quãuis vsus inoleuit prędicãdi p regulares, vel per alios, non per hoc excusantur Episcopi, vt rectè adnotauit Squillan-
42 te loco cit. *n.* 2. Nec tali oneri satisfacere æqualiter poterũt in scriptis docẽdo, quia in scriptis docentur tantum habentes aliquam intelligẽtiam, & peritiam, non autem rudes personæ, quas æquè principaliter tenetur instruere
43 Episcopus; debitores sumus, ait Apostolus, sapientibus, & insipientibus; insipientes enim quomodo libris scriptis edoceri possunt? diximus enim nuper, quod cum Episcopus consecratur, traditur liber Euangeliorum, eique dicitur, accipe Euangelium, vade, & prædica, & quamuis in principio nascentis Ecclesiæ Summi Pontifices epistolas rescripserunt, leges condidere, variaque opuscula composuere, atque ita etiam plerique Episcopi varias homilias, & opera tum ad pietatem, tum ad doctrinam maximè conferentia, edidere, vt Diuus Augustinus, Ioannes Chrysostomus, Gregorius Nazianzenus, & cæteri, quos citat præfatus Doctor *n.* 208
44 & 209. attamen isti sancti Doctores, & Episcopi non ideo à prædicando, & annunciando populo verbum diuinum cessarunt, neque tantum initio nascentis Ecclesiæ Episcopi prædicabant, quia erat modicus populus fidelis, sed semper prædicauerunt, quia semper ad hoc tenentur: quando enim celebratum fuit
45 Concilium Tridentinum, in quo hoc præceptum renouatum est, nõ erat modicus populus fidelis, sed omnis fidelis. Neque verum est, quod dicit Francis. in vltimis verbis dicti *n.* 191. quod multiplicatis negocijs, legistæ creati fuerunt Episcopi ad dirimendas causas, & cęteris negocijs componendis, nam ideò nunc iurisperiti eligũtur Episcopi, quia iam fides est roborata; initio nascentis
46 Ecclesiæ hæreses pullulabant, & de Theologis pro illis dirimendis, erant prouidendæ Ecclesię, vt hęreticis resistere possent, & eorum dicta refellere, sicuti hodiè in Germania de Theologis est necessarium, in cętero autem orbe Catholico non ità de Theologis est ne-
47 cessarium, & ideò cum cęperunt iam hæreses cessare, cępit tunc Sancta Sedes iuristas ad Episcopatus promouere. Nec ad lites dirimendas, & contentiones, sed ad populum regendum, ac pascendum
48 gregem sibi commissum, verbo, & exẽplo, lites autem, & contentiones, cæteraque negocia forensia per Vicarios sunt terminanda. Episcopus verò rebus spiritualibus vacare debet. Contestor Deum omnipotentem, me scire multos
49 Episcopos Theologos in hoc Regno huic muneri non satisfacere, vice vero versa aliquos Iuris Doctores non omninò illud prætermittere: ac etiam scio quemdam in Theologia Magistrum, eximium verbi Dei præconem, à multis ab hinc annis Episcopum, in Ecclesia sua nullum sermonem habuisse, in aliena verò Ecclesia Quadragesimale integrum expleuisse, neque verum est, quod hodiè statutum est, vt per alios officium hoc expleatur; nam tunc per alios expleri poterit, cum adest impedimentum.

Sed cum illo temperamento, benignè
50 lector, accipe, quod scribo; me non intendere obligare Episcopos, ad sempèr prædicandum populo, neque integras quadragesimas, sed tantum in aliquo tempore proportionato, nempè in festiuitatibus solemnioribus Ecclesiæ vniuersalis, & propriæ suæ Ecclesiæ, vt expressè cauetur in Conc. Trid. sess. 24. cap. 4. de reformatione, cum visitatio-
51 nem peragit, Vgolinus *de potestate Episcopi p. 2. c. 42. §. Piasecius in praxi par. 2 c. 3. art. 1. c. 7. num.* 8. qui licet dicat, quod tempore quadragesimæ, & aduentus prædicare teneatur Episcopus, id ità intelligo, cum non adest alius prędi-
52 cator, communitèr enim solent in his tem-

Digitized by Google

temporibus prædicare alij, si tamèn nõ adsit concionator, tunc benè dicitur teneri Episcopos, nempè in subsidium, & si tempore visitationis Episcopus non
53 prædicat populo, peecaret Caietanum in summa verb. Episcoporum peccata. Genuensis in manuali cap. 39. Squill. loco cit. debet tunc dare monita salutis, præsertim rudibus. Item cum ali-
54 qua necessitas communis vrget, famis, pestilentiæ, belli, & similium, in quo tempore publicæ faciendę sunt pœnitẽtiæ, ad Dei iram placandam.

Cum autem Episcopus sermonem ha-
55 bet ad populum, cæteri verbi præcones silere debent, nec possunt prædicare. Clem. dudum, secunda de sepulturis, hęc enim reuerentia Episcopo, & proprio Pastori debetur, vt rectè aduertunt quamplurimi Doctores, præsertim Frãcef. *loco cit. cum seq. & n. 190. Squill. loco cit. n. 12. & alij* Sed an impediri possit Paro-
56 chus, tractat *Francef. loco cit. n. 170.* qui ità scribit, curatis exceptis, quibus cũ competat eadem facultas, & eamdem habeant obligationem, non possunt ab Episcopo prædicante in illa hora impediri, vt respondit Sacra Congregatio Episcoporum 20. Feb. 1601. Episcopo Comensi, teste Ricciullo *cap. 6. nu. 2.* vbi extẽdit ad parochias exemptas. Sed tamẽ nisi adesset tantorum Patrum authoritas, contrarium crederem verius,
57 saltèm Episcopo solemnitèr prędicante, nàm eo particulariter concionante, non intrat priuilegium Cardinalis in *d. Clem. 2. §. ab aliqua n. 11. Ricciullus c. 4. num. 14.* vnde patet differentia doctrinę & potestatis, simulque reuerentiæ, in quorum gratiam hoc priuilegium datũ fuit Episcopis: vndè cum omnia pendant à recta ipsius administratione; videtur, mentem fuisse Sedis Apostolicæ cæteris omnibus silentium imponere eo tempore, optima cum ratione præcipuè cum in Cathedrali prædicante Episcopo, quæ cum sit totius Episcopatus parochia, melius adimpletur præceptũ, & per idoniorem ministrum cibus spiritualis omnibus distribuitur, hæc Frãcef. cuius sententię me subscribo, præsertim, cum Episcopus prędicat in Ciuitate, nam si in illa adsunt aliæ Ecclesiæ
58 parochiales silere debent cæteri parochi, quia prædicat primus parochus, alij autem Parochi extrà ciuitatem prohi-
59 beri non possunt, maximè si adsit aliqua distantia, & commodè populus nõ potest interuenire in Cathedrali, seù loco, in quo Episcopus sermonem habet. In mea autem Patria, quæ cõstat ex pluribus oppidis, cum Episcopus solemnitèr celebrat, & habere vult sermonẽ ad Populum, dicerem cęteros Parochos silere debere. secus autem si priuatè cõ-
60 cionare velit, & hoc ità verum est, vt nec etiam Regulares possint prędicare, dum Episcopus prædicat, *Lezana tom. 1. c. 20. n. 6. Squill. loco cit. sub num. 14. vers. 4.* Dubitatur etiã, si vellent sermonari in Oratorijs, seù Congregationibus sæcularium personarum, nam in illa hora, qua Episcopus vult ipse prædicare, non possunt alij. Gauante in manuali, verbo *concio sacra, Squillante loco cit.* & non so-
61 lum Episcopi in proprijs Ecclesijs prædicare poterunt, sed etiam in Ecclesijs exemptis Regularium: vt omnia contra Tamburinum *de iure Abbatum to. 1. disp. 15. q. 15. n. 4.* dicunt alij, præsertim *Gauante, loco cit. Riccius in collect. p. 9. collect. 4171. Squillante loco cit. nu. 11.* qui ampliat etiã ipsis Regularibus inuitis, pos-
62 se Episcopum in eorum Ecclesia prædicare, citat *Dianam p. 3. tract. 2. ref. 89. ac Franciscum Cespedes c. 10. dub. 100.* sed certè Diana potiùs contrarium docere
63 mihi videtur, nam proposito dubio, an Episcopi possint in Ecclesijs Regulariũ ipsis inuitis prædicare; ità respondet: aliquì dubitant, quia actus videtur honoris; sed Peirinus *in priuileg. Minim. tom. 1. const. 26. Leonis X. §. 25. n. 47.* tenet quod non per doctrinam Cardinalis, *in clem. Archiepisc. §. si tamen num. 2. & 3.* quia exemptis, & priuilegiatis nõ præiudicatur in suo priuilegio, nisi quatenus exprimitur, hæc Diana; qui ibidem etiam docet, Episcopum in Ecclesijs Regularium non posse exercere, quę sunt actus iurisdictionis, benè tamèn poterit benedicere, & vti Baldachino.

Cum Episcopus velit in quadragesi-
64 ma prædicare, nullam mercedem exigere poterit, quia proprium est Episcoporum prædicare, vt Sacra Congrega-

tio

Digitized by Google

tio declarauit, prout refert *Squillante loco cit.n.7.Riccius loco cit.Francisc.loco cit. n.124.Gauante in d.rub.concio sacra*. Quidem tamèn Episcopus immemor proprij muneris, cum quadragesimale ex-
65 pleuisset in sua Cathedrali, & eleemosynam solitam dari prędicatori accipere non erubuit. Sed quis maiori censura censendus erit, hic, an ille, qui relicta propria Ecclesia Cathedrali, in aliena Ecclesia quadragesimale expleuit, mercede conducta? Certum est tamē quod omnes Episcopi in aliena Diœcesi non possunt prędicare absque licentia proprij Episcopi, & ita declarasse Clementem Octauum, testatur Genuensis in *praxi c.58.Squillante loco cit.n.4. Barbosa alleg.18 n.2.& alij, & Lelius Zaccheus dicit*, licere prædicare Episcopum in aliena Diœcesi, nisi prohibeatur, & satis esse dicit, si alter Episcopus non cōtradicat, quod est diuersum; & tunc si non prædicauerit, nullum habet priuilegium, vt optimè Francis. loco cit. *n.170.* Proprium igitur est Episcoporū prædicare, & cum legitimè impediti fuerint, alios sufficere, vt proprio muneri satisfaciat, sed quid hodiè illachrymor, & erubesco in principibus Ecclesiæ tam cernere auaritiam, non verentur, pro literis patentibus, quas Præconibus concedunt, pecuniam recipere; quibus ipsi de proprio subuenire alioquin tenentur. Quid ne inde sequatur? (Taceo) Abyssus abyssum inuocat.

SECTIO TERTIA.

De exemplo, quo pascere debet Episcopus gregem suum.

1 AT non tam verbo, quam bonorum operum exemplo, pascere debet Episcopus gregem suum, vt ait Tridētinum, sess.23.c.1. de reformatione, efficacius enim est prædicatio, quę exēplo fit, quam quæ verbo, vt ait S. Bernardus, quem citat Vgo Cardinalis in cap.10.S.Lucæ, S.Leo in serm. de ieiunio ait, *validiora sunt exempla, quàm verba, & plenius opere docetur, quam vo-*
2 *ce*; *Sanctusque Cyprianus, lib.de dup.mart. efficacius, dixit, est vita, quam lingua te-*
3 *stimonium*; *habent, & opera suam linguam, habent suam facundiam, tacente lingua.* & D.Gregorius lib.1.ep.24. ait, *illa namque vox libentius auditoris cor penetrat, quam dicentis, vita comendat*;
4 *quia loquendo, præcipit, ostendendo, admonet, vt fiat: loqui enim sine operibus, est veluti corpus sine anima, & sermo non coniunctus exemplo, vltrà aures non attigit. Egregiè insinuauit*, Diuus Isidorus Pelusita epist.202. dicens, *sermo actione distitutus non vltra aurem grassatur, at qui ab actione animatus est, aeris est effi-*
5 *cax, altè penetrat, animum attingit: Non potest, dixit Cassiodorus lib.11.ep.8. authoritatem habere sermo, qui non adiuuatur exemplo, dum iniquum sit bona præcipere, & illa non feciśe*: manu seminatur, non
6 ore, dixit Io:Cluniacensis serm.16.to.2 & D.Ambrosius, serm.86. ait, *melius docemus facto, quam voce benefacere, prima doctrina est, cessantibus autem verbis, hoc ipsum docet hominum opus, aptum, dum videtur, quod & si aures non excitet, vir-*
7 *tute tamen corda compugnat. Sonora vox Sacerdotis*, ait Oliua in lib.1. Esdr. c.1. fol.3.col.1. *est, si promat è scrinijs gratiā, vt depromit ex ore periodos, opus Domini frustra dumtaxat vocibus promoueri*, & c.7.fol.15.ait, *quis presbyterorum Esdræ*
8 *scholam frequentat: vt scilicet daturus legem alijs, cor expiet suum, & manus prius operi, laborisque aperient, quam os recludet ad docendum: mundities pectoris clamor est quouis tonitruo potentior, & si agis quæ iubes, euangeliū abundè populis euangelizas.*

Comprobantur hæc abundè ex diui-
9 nis sacr.s literis. *Iob Sāctus in cap.31.ait, seram, & alius comedat, & propagines meę eradicentur*, quæ verba exponens Gregorius Magnus in moralibus lib.21.c.8 ait, *Prædicator quippè, qui à suis vocibus moribus discrepat; ieiunus erit, quod alius manducet, quia suo semine ipse non pascitur, quando à verbi sui rectitudine praua actione vacuatur, & quia plerumque discipuli in casum bona audiunt, cum ex magistri vita operum exemplo destruuntur, rectè subiungitur, & propagines mea eradicentur. Doctores enim propagines eradicantur, quomodo is, qui per verbū nascitur, per exemplum necatur.*

Digitized by Google

De Christo Domino dixit S. Lucas, 10 ait, primo cepit *Iesus facere, & docere*, indè dixit S. Bernardus serm. 1. in festo Omnium Sanctorum, *memento voci tuæ dare vocem virtutis, vt opera verbis concinant, & verba operibus, & vt cures primum facere, quam docere. & Diuus Petrus Chrisologus serm. 103. ait, magisterium stat de scientia, sed magisterij authoritas constat ex vita docenda faciens obedientem, perficit auditorem, docere factis; sola est norma doctrinæ, doctrina in dictis, scientia in factis est virtus, scientia ergo illa est vera, quæ fuerit vnita virtuti, illa diuina est, non humana; Euangelista probante, cum dicit, quæ Iesus facere, & docere, præceptor cum docenda facit, & auditu instruit, & informat exemplo.* Ipse- 11 que ChristusDominus clarè insinuauit quod potentiora sunt opera, quam verba, cum dixit Iudeis, eum lapidare volentibus, *si non facio opera Patris mei, nolite credere mihi, si autem facio, & si mihi non vultis credere, operibus credite, Io:* 10. & cum venisset hora, vt transiret Ie- 12 sus Dominus noster ex hoc mundo ad Patrem, & lauasset discipulorum pedes; dixit eis, *scitis quid fecerim vobis. Vos vocatis me magister, & Dominus, & benè dicitis, sum etenim. Si ego lauaui pedes vestros, Dominus, & Magister, & vos debetis alter alterius lauare pedes, exemplum enim dedi vobis, vt quemadmodum ego feci, ità & vos faciatis. Ioan. 13. voluit enim Dei filius priùs exemplum, quam præceptum dare, & animare suos discipulos ad officia pietatis, charitatis, & humilitatis exẽ-* 13 *plo suo, discite à me, dixit, quia mitis sum, & humilis corde*: Matth. 11. Alloquens Christus Dominus cum Apostolis, *vocauit eos sal terræ, vos estis sal terræ, quod si sal euanuerit, in quo salietur, ad nihilũ valet vltrà, nisi vt mittatur foras, & conculcetur ab hominibus*, Matth. c. 5. quem locum exponens S. Gregorius in hom. in Lucam c. 10. ait, debemus namque pensare continuò, quod Sãctis Apostolis dicitur, & per Apostolos nobis *Vos estis sal terræ, si ergo sal sumus, condire mentes fidelium debemus, Vos igitur, qui Pastores estis, pensate quia Dei animalia pascitis, de quibus profectò animalibus Deo per Psalmistam dicitur, animalia tua habitabunt in ea; & sæpè uidemus, quod petra salis brutis animalibus anteponitur, vt ex eadẽ petra salis lambire debeant, & meliorari, & post pauca subdit D. Gregor. Sal etenim terræ nos sumus, si corda audientium non condimus; quod condimentum illud ueraciter proximo impendit, qui prædicationis uerbum non subtrahit; sed tunc alijs recta* 14 *prædicamus, si dicta rebus exemplis ostendimus*. Non solum sal vocauit Christus Dominus Apostolos; sed etiam Lucem dicens, ibidem, *Vos estis lux mundi, non potest Ciuitas abscondi super montem posita, neque accendunt lucernam, & ponunt eam sub modio, sed super candelabrum, vt luceat omnibus, qui in domo sunt; sic luceat lux uestra bona, & glorificent Patrem uestrum, qui est in Cœlis.* Vndè Gregorius lib. 7. epist 2. *lucem gregis Episcopos uocat,* & lib. 6. epist. 32. ait, *lux gregis flamma* 15 *sit Pastoris, decet enim pastorem, decet dominum sacerdotem, moribus, uita clarescere; quatenus eo, tamquam in speculo uitæ suæ plebs commissa, et eligere quod sequatur, & credere ei possit, quod corrigat.* & Diuus Bernardus serm. 88. super cãt. ait, *pudeat successores Apostolorum lucem non esse mundi, sed modij, mundi autem tenebras, dicamus eis, uos estis tenebræ mũdi. & Euthimius in Matth. c. 5. uobis bona opera facientibus, luceat ab eis lux uestra, quæ nullo alio publicante per se ipsum triumphare solet à bonis operibus prosilentes.* Isydorus Pelusiota lib. 1. epist. 32. ex- 16 plicat, dicens, *vt & dogmatum, & actionum ab omni caligine liberatum splendorẽ Ecclesiæ, fulgere instar afferat, quo nimirũ plebs viuifici fulgoris radios spectans, ad eos sese dirigat patris luminum, gloriam prædicat, hæc pecus Dei.* Sunt enim lux 17 Episcopi, lux autem in lumine videtur, & ad lumen omnes oculos dirigũt, vndè Diuus Hieronymus ad Heliodorum Episcopum epist. 3. dicebat, in te *oculi omnium diriguntur, quicquid feceris,* id sibi omnes faciendum putant; con- 18 sonat, quod scribit Plutarcus in libro de doctrina Principum, dicens, *sunt Principes, tàm sacri, quàm profani, instar lucentium gemmarum, atque adeò si quis in illis reus apparet detractioni, patet, & calumniæ.* & Sanctus Ambrosius ep. 82. ad Ecclesiam Vercellen. ait, *Sacerdos,*

idest

Digitized by Google

ideſt Paſtor populi, gregis forma Eccleſiæ lumen dicitur, cuius ſubditorum, vt ceram ſigillo, ſic ipſius moribus imprimi neceſſariũ
19 *eſt*. Optimè alludit, quod dixit Seneca lib.1.de clem. ſcribens ſuo Principi, *ſibi non magis, quàm ſoli latere contingit multa, circa te lux eſt, omnium in iſtam*
20 *conuerſi oculi ſunt* idem Diuus Ambroſius lib.de Noe.c.7. vtitur Solis, & Lunæ ſimilitudine, quibus cõparat Prælatos, *dicens, ipſum Cælum ſine Sole non habet decorem ſuum, triſtes enim ſine Sole dies ducimus, nocte ſine Luna non placent ipſi enim ſunt quidam mundi oculi, detrahe ſtellarum lumina, & quædam eſt in Cælo*
21 *ipſo cęcitatis deformatis*; Aſtra Cęli vocauit Epiſcopos Gregorius ep.ad Epiſcopum Coſtantinopolitanum, *quorum vita ſimul, & doctrina, inter peccata erroreſque hominum, quaſi inter noctis tenebras lucent.*

Idem dicere voluit Chriſtus Domi-
22 nus, cum Lucæ 12. dixit, *ſint lumbi veſtri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus veſtris*, vndè Diuus Gregor.hom. 13.in Euangelia, ait, *Lucernas quippè ardentes in manibus tenemus, cum per bona opera proximis noſtris lucis exempla monſtramus, de quibus profectò operibus Dominus dicit, luceat lux veſtra coràm hominibus, vt videant opera veſtra bona, & glorificent Patrem veſtrum, qui in Cælis eſt.*

Perfectos eſſe debere Apoſtolos iuſ-
23 ſit Chriſtus.Ioan. dicens, *eſtote vos perfecti, ſicut Pater veſter cæleſtis perfectus eſt*, Matth.c.5.cum hoc dixit Apoſtolis, nobis quoq; dixiſſe dicendum eſt, cum
24 locum Apoſtolorum teneamus; quid nàm eſt eſſe debere perfectos, niſi vt dicit Arnaldus tract.5.6.& 7. de verbis Domini; *Sacerdotium ad hunc apicem ſanctitatis attingere, vt totum ſe vir iuſtus, cæleſtem exhibet, moreſque ſuper nos, & diuinam exprimat formam*; & D.Gregorius Nazianzenus in oratione de
25 laudibus Diui Baſilij ait, *priuati quidam hominis virtutem in eo conſiſtere, vt vitio careat, & quodamodo probitatem colat; Principem, aut Antiſtitem ac præſertim huiuſmodi imperium gerentem improbitatis notam effugere non poſſe, niſi multum antecellat, & melior in dies exiſtat, paremque dignitati ſuæ, ac trono virtutem afferat, vix enim eſſe, vt per ſummum aſſequatur; ac per exuberantem pertrahat. & magnus ille* Saluianus in lib.2 ad Eccleſiam, dicebat; *cunctos, qui ſacri*
26 *altaris ſugeſtu eminent, tantum excellere oportet merito, quantum gradu.* & Spiridion Epiſcopus, quem citat Sperella tom.1.c.25. dicebat, *quantum præſtas cęteris, tantum te eſſe oportet virtute calſior*ẽ:
27 Facit ad noſtrum propoſitum, quod Deus dixit Abrahæ; *ambula coram me, & eſto perfectus.*Gen. c.17. quod exponens nouiſſimè Pater Oliua ſtromatum lib.3.fol.193.col.1. dicens *perfectus eſſe iubetur Abraham, non cum Sacerdotio fungitur filium immolando, ſed cum Paleſtinorum futurus Princeps deſignatur, dabo, inquit, non do, & tamen ſola vmbra Principatus futuri, non futuram exigit in deſignato principe ſanctitatem, ſed maturam tibi dabo, ſed eſto perfectus ſceptrum Regni efflorebit, ſed ſanctimoniæ germen & fol.192. idem Oliua dixit, quod ſi Abrahã, quaſi Deus eſſe debet domui ſuæ, vt vnius Iſaac alator, & Pater ſit; Epiſcopos, qui ſacerdotibus, & Eccleſiæ præeſſe debẽt, quales eſſe oportebit?*

Magna itaque ratione Chriſtus Do-
28 minus dixit, paſtores perfectos eſſe debere; quia Epiſcoporum, ſeù Paſtorum officium eo tendit, vt ad perfectionem dirigat oues ſuas, dicit enim *S. Thomas 2.2. quæſt.185. art.1. ad 2. requiritur, vt ſit perfectus aliquis, ad hoc vt poſſit alios ad perfectionẽ adducere*, ideò Epiſcopatum ſtatum perfectionis docet S.Thomas in
29 dicto articulo, ſiquidem dicebat Nazianzenus epiſt.37. *ÿ, qui Epiſcopatum nacti ſunt, non ſecus ac vniuerſæ philoſophiæ ſimulacrum ſpectandos ſe præbere debent.* Plin.in Pan.ad Traianum dicebat; *Vita Principis cenſura eſt, eaque per-*
30 *petua, ad hanc dirigimur; ad hanc conuertimur, nec tam imperio nobis opus eſt, quam exemplo.* Comprobat Marcus Cicero in primo de officijs, *quales in Republica Principes fuerint, tales, & ciues*; Caſſiodorus lib. 3. ep.11. Theodorici
31 dictum vſurpans, *facilius eſt quippe (ſi dicere fas eſt) errare naturam, quam diſſimilem ſui Princeps formare Rempublicam.* & Salamon in libro Eccleſiaſtici c. 10.
32 ait, *qualis eſt rector ciuitatis, tales, & in-*

Digitized by Google

habitantes in ea; explicat Nazianzenus in oratione ad Episcopos, *nimirum ipsius Antistitis factum pro lege, dicitur* enim vita Principis sæcularis perpetuam formam subditis, præstat benè viuendi, *quid ni, ait Maculer. de Monarch. eccleſiaſt. tom. 1. p. 2. lib. 5. c. 6. fol. 616. Paſtoris eccleſiaſtici vitam populi fidelis formam viuendi nominabimus*. vndè D. Auguſtinus in lib. de paſtoribus, ait, *ſi Præpoſitus meus ſic viuit, quis ego ſum, qui nõ faciam, quod ille facit?* & D. Gregorius in Paſtorali p. 2. c. 1. ait, *Tantum debet actionem populi tranſcendere præſulis, quãtum diſtare ſolet à grege vita paſtoris*, Simile docet D. Ioannes Chryſoſtomus lib. 2. de Sacerd. *quanta differentia homi-*
33 *nes rationem habentes, et bruta ratione carentia inter ſe diſſident, tantum certè diſcrimen inter eum, qui paſcit, & eos, qui paſcuntur, eſſe velim, vt ne maius etiam requiram.* Et Diuus Gregorius in eadem par. 2. paſtor. c. 3. *ſit rector operatione præcipuus, vt vitæ viam ſubditis niuendo denunciet, & grex, qui paſtoris uocem per uerba gradiatur, qui enim loci ſui neceſſitate exigitur, humana dicere hac eadem neceſſitate compellitur, ſumma monſtrare*, & inferius; *hinc diuina lege armum Sacerdos deſtrum in ſacrificium accipit, & ſeparatum, vt non ſolum ſit eius operatio utilis, ſed etiam ſingularis, ſtet inter malos tantum modum, quæ recta ſunt, faciat, ſed benè quoque æquales ſubditos, ſicut honore ordinis ſuperat, ità etiam morum uirtutem tranſcendat. Cui in eſu quoque pectuſculum, cum armo tribuitur, ut quod de ſacrificio præcipitur ſumere, hoc de ſemetipſo authori diſcat inuolare, & non ſolum pectore, que recta ſunt cogitet, ſed ſpectatores ſuos*
34 *ad ſublimia armo operis inuitet: nulla proſpera præſentis uitæ appetat, nulla aduerſa permiteſcat.* & idem Gregorius 3. p. paſtor c. 5. *uerbis uerò oris ſui illequeatus eſt, ac proprijs ſermonibus captus, quia dum commiſſi ſibi cogitur bona dicere, ipſum prius neceſſe eſt, quæ dixerit cuſtodire; illaqueat igitur verba oris ſui, dum ratione exigente conſtringitur, ne eius vita ad aliud, quam admonet relaxatur. vndè apud diſtrictum iudicem cogitur, tanta in opere exſoluere, quanta conſtat cum alijs voce præcepiſſe hæc Diuus Gregorius.*
35 debent enim Paſtores eſſe perfecti, ac in ſummo gradu recti, quia vt dicit Philoſophus, obliquum non poteſt eſſe menſura nec ſui, nec alterius, & rectè in Concilio Turonenſi 3. cap. 4. ſtatutum legitur, *Epiſcopus, vita, habitu, forma, & conuerſatione ſancta ſuis ſit ſubiectis exemplum.*

Inſuper Dominus apud Mattheum
36 c. 6. *dixit, lucerna corporis tui eſt oculus tuus, ſi oculus tuus fuerit ſimplex, totum corpus fuerit lucidum: ſi autem oculus tuus fuerit nequam, totum corpus tuum tenebroſum erit.* Oculus eſt Epiſcopus, corpus eſt populus, ſiuè grex, quaſi dicat Chriſtus, cum lucidus eſt Epiſcopus, ideſt rectus, populus lucidus erit, cum nequam, talis quoque populus, ità explicat D. Ambroſius c. 6. de Sacerdotio dicens, *ſi oculus tuus ſimplex erit, ideſt ſi Epiſcopus, qui lumen promouerit præeſſe in corpore ſimplicitate eſt ſancta, & innocentia decoratus, omnis Eccleſia ſplendore luminis radiatur: ſi autem oculus tuus nequã eſt, totum corpus tuum tenebroſum erit, ideſt ſi Epiſcopus, qui videbatur corpori ſubdito lumen præbere, obnubiletur nequitiæ cæcitate, quid cætera facient membra, quibus lux. ad empta eſt oculis, ideſt ſæcularis*
37 *factura eſt multitudo*. Mundus itaque à vitijs debet eſſe, qui præeſt, vt dicebat Beatus Iob. *quare detraxiſtis à ſermonibus veritatis, cum è vobis nullus poſſit me arguere*; Iob 6. quod explicat Diuus Gregorius lib. 7. moral. c. 16. ait, *mundus ip-*
38 *ſe eſſe à vitijs debet, qui curat aliena corrigere, vt terrena non cogitet, vt deſiderijs infimis non ſuccumbat, quatenus tanto perſpicacius alijs fugienda videat, quanto hæc ipſe per ſcientiam, & vitam verius declinat, quia nequaquam purè maculam in in membro conſiderat oculus, quam puluis granat, & ſuperiecias ſordes tergere non valet manus, quæ lutum tenet.*

Coincidit, quod idem Chriſtus Do-
39 minus dixit apud S. Lucam c. 6. *numquid poteſt cæcus cæcum ducere, nonne ambo in foueam cadunt*: cum Epiſcopus eſt cæcus in rebus ſpiritualibus, & diuinis, quod lumen præbere poterit ſubditis, quomodo gregem per viam ſalutis dirigere poterit, per quam viam ipſe incedit, per illam dirigit oues, & optimè di-

Digitized by Google

dictum locum explicat Lucubrenenſis, & ait, *inuitatus exemplum tuum, non relinquet vitium, quod in te viderit, locum habere, vel ex alio in aliud ex ſuo, in tuum vitium incurret, & quo ſe tutius putabit ambulare duce te eò certius peribit.* & D. Gregorius Nazianzenus in eumdem locum ait, *vobis potiſſimum, qui Eccleſiæ gubernacula tenetis, prouidendum cenſeo, ne oculus plenus tenebris ſitis, ne aliqui uitij*
40 *Antiſtitis ſitis.* Habere debent Epiſcopi oculos apertos retrò, & antè, & ſemper intentos, vt dixit Diuus Gregorius in d. admonit. 5. par. 3. paſtoralis; *admonẽdi ſunt itaque, ait, qui præſunt, ut per circumſpectionis ſtudium oculos peruigiles intus, & in circuitu habeant, & cæli animalia fieri contemnant, oſtẽta quippè cæli animalia in circuitu, & intus oculis plena habentur, & ſic deſcribuntur. Dignum quippe eſt, ut cuncti, qui præſunt, intus, atq; in circuitu oculos habeant, quatenus, & interno iudici in ſemetipſis placere ſtudeant, & exempla vitæ exterius præbentes, ac etiam quæ in alijs ſunt, corrigenda, deprehendat.*

Addidit in eodem loco Lucæ *Saluа-*
41 *tor, non eſt diſcipulus ſupra magiſtrum,* quę verba perbellè exponit Iãſenius dicens, quaſi dicat, *ſi igitur tu, qui doctorẽ te alijs præbes, ipſe fueris, in vitijs, non eſt ſpes meliorem te poſſe facere, quam docere paras; Subiungit Dominus in eodem loco, quomodò potes dicere fratri tuo, frater ſine eijciam feſtucam de oculo tuo, ipſe in oculo tuo trabem non videns, Hyppocrita eijce primum trabem de oculo tuo, & tũc proſpicies, vt educas feſtucam de oculo fratris tui.* Quomodò poterit Epiſcopus di-
42 cere populo ſuo, & gregi, eijcite feſtucam de oculis veſtris, ſi ipſe in proprijs trabem habet? quomodò poterit reprehendere vitia, ſi ipſe in illis miſerabiliter viuit? turpe enim eſt Doctori, cum culpa redarguit ipſum, nõ enim poteſt hoc rationabiliter dicere, poteſt enim eidem reſpondere, qui alium iudicas te ipſum, non iudicas? vt vtar eiſdem verbis S. Bonauenturæ in dicto loco S. Lucæ; *medice cura te ipſum, vnde talis monitio meritò potius deſpicitur, quam audiatur, cuius enim vita deſpicitur, reſtat, vt eius prædicatio contemna-*
43 *tur*; ſpretum mundi, & omnia mundana quomodò poterit Epiſcopus inſinuare ſubditis, ſi ipſe mundana quærit ardenter *quis obſecro*, dicebat B. Bernardus, in ſæpè citato ſermone ad paſtores, in Synodo congregatos, *quis inquam, obſecro laicorum auidius clericis, quærit temporalia, & ineptius vtitur acquiſitis, cum tantum faſtum videant laici in ſupellectili Clericorum, nonne per eos potius inuitantur, ad mundum diligendum, quam negligendum; medice cura te ipſum, ſi mundum prædicas contemnendum, contemne tu prius? & ad ipſum efficacius alios inuitabis hac voce tua, vocem virtutis tuę, conſonet vita verbis, & ſtatim erit in ore tuo vinus, & efficax ſermo Dei, penetrabilior omni gladio ancipiti,* & poſt pauca, *nõ ſic profectò. eſt, ſed ſicut laicus, ſi & Clericus, uterque cupit, uterque diligit mundum, & quæ ſunt in mundo, laicus tamen cum labore, ſed clericus ſine labore uolunt poſſidere totum mundum, communicare uolunt cupiditati, & ſuperfluitati hominum, ſed non labori, peccare uolunt, ſed non flagellari cũ hominibus, unde timendum quod flagelletur cum damonijs.* hęc Diuus Bernardus.
44 Prælatus, qui non ducit immaculatã vitam, habetque trabem in oculis, difficile poterit cognoſcere feſtucas in vita ſubditorum, ne dum eijcere. optimè Toletus in eodem Lucæ cap. 6. hoc refellens, ait *Dominus, inquit, quomodo poteſt dicere ſine eijciam feſtucam? quaſi diceret, tantum abeſt, vt eijciatis, quod nec poteritis dicere, ſine eijciam, qui trabem ſuum non conſiderat, difficillimè curabit alterius feſtucam eijcere.*

Quandoque Prælati portantes tra-
45 bem in proprijs oculis feſtucas ſubditorum non educunt, ſed pœna pecuniaria plectunt, vt loquitur B. Albertus Magnus in dicto loco S. Lucæ. Ideò
46 Epiſcopus, qui alios debet regere, in virtutum culmine debet eſſe potius, vt poſſit ſubditos abſque propria erubeſcentia redarguere, quod dixit Dominus per Iſaiam, ſupra *Montem excelſum, aſcende qui euangelizas Sion.* indè Saluianus Epiſcoporũ ſui temporis magiſter, in lib. 2. ad Eccleſiam ſcripſit, *Sacerdotes exemplo eſſe debent omnibus, & tanto ante ſtare cæteris oportet deuotione, quanto aſteſtant omnibus dignitate, nihil enim*

eſt

Digitized by Google

est turpius, quam excellentem esse quemlibet culmine, & despicabilem vtilitate, quid enim est aliud principatus sine meritorum sublimitate, nisi honoris titulus, sine homine? aut quid est dignitas in indigno, nisi ornamentum in luto? & ideo cunctos, qui sacri altaris sugestu enitent, tantum excellere oportet merito, quantum gradu, nec ille tamen vita, quàm doctrina clarere debet Ecclesiasticus Doctor; nam doctrina sine
48 *vita arrogantem reddit, vita sine doctrina inutilem*, dixit Isidorus lib. 3. de summo bono c.36.

Præterea eadē Diuina veritas apud
49 Ioannem 10. describens bonum pastorem, ait, *& oues eum sequuntur, quia sciunt vocem eius*. Quid nàm est hoc Pastorem ire ante oues, nisi exemplo vitę, insinuat egregiè D. Gregorius in pastorali p.2.c.3. dicens *sit rector operatione præ-*
50 *cipuus, vt vita viam subditis viuendo denunciet, & grex, qui pastoris vocem, moresque sequitur, per exempla melius, quam per verba gradiatur, hæc & alia ibi Gregorius*. Pastor ante oues post ire debet, &
51 si pastor non per viam rectam ibit, nōne oues omnes periclitantur? egregiè idem S. Gregorius in pastorali lib. 1. cap.2. *dicens, Vnde fit, vt cum pastor per abrupta gradiatur, ad præcipitium grex se-*
52 *quatur*: pastoris enim vestigia sequuntur oues, vndè dicebat D.Bern.ep.202. *in his duobus mandatis verbi, & exempli, nomen tui officij ad conscientia serenitatē,*
53 *fundare intellige. Nulli enim dixit D. Ambrosius serm.40. iam illicitum esse videtur, quod ab Episcopo quasi licitum perpetratur, sed ipsum magis credunt homines esse laudabile, quicquid Episcopus habuerit delectabile, nec quisquam quid agere Pontifex non dubitat, se indubitanter agere dicat.*
54 Dicebat strenuus ille Miles Gedeon, quando cum paucis viris victoriam reportauit inimicorū; *quod me videtis facere, hoc facite*. Iudicum cap.7. Sic Episcopus si victoriam generis humani cupit reportare, & populum electum ab
55 eius seruitute liberare, & ad superna ducere velit, oportet, vt prius ipse faciat, bonorum operum exemplo certando, *quod enim agitur à Prælatis, facilè trahitur à subditis in exemplum*, vt dixit magnus ille vir Innoc.3. in cap. magnę de voto, & voti redemptione. Optimè Claudianus in suis versibus, componitur orbis Regis ad exemplum; nec sic inflettere sensus humanos edicta valent, vt vita Regentis: Nobile inuitatur semper cum Principe vulgus, in nos Episcopos oculos tamquam in
56 speculum conijciunt subditi nostri, à nobis sumunt, quod imitentur, vt ponderarunt Patres Oecumenici Concilij sess. 22. c.1. de reformat. & Gregorius in pastorali p.3.c.5. *scire*, ait, *etenim Prælati debent, quia si peruersa vnquam perpetrant, tot mortibus digni sunt, quot ad subditos suos perditionis exempla trāsmittunt, vnde necesse est, vt tanto se cautius à culpa custodiant, quanto per praua, quæ faciunt, non soli moriuntur*. hac eadem Gregorij doctrina vsus fuit Nicolaus Papa in epist. ad Lotarium Regem habetur in can. præcipue 11.q. 3. & B. Ber-
57 nardus epist.127. Principis *error multos inuoluit, ac tantis obest quanti præest.*

Consonat his Antistitis nomen, quo
58 vocitantur Episcopi, Antistitis ethimologia, sonat, ante stans, stat ante exemplo, & si *tenet in manu virgam, in opere disciplinam, vt subiectos suos exemplo magis instruat, quam verbo*, vt vtar eisdem verbis D. Bernardi in lib.sent. c.5. nauis quippè, quæ à Rectore acto-
59 nito, & vomitante regitur, periclitatur, vt dicebat Seneca ep.109. *quid me putatis iuuare, rector nauigij actonitus, & vomitans, non est loquendum, sed gubernandum*; sic grex quæ ab actonito, & vomitante Episcopo gubernatur, peribit, & magis gubernandum est exem-
60 plo, quam verbo, *cum exemplum, et vita Prælatorum sit lex animata populi* ad Pelusitæ placitum epist.216. lib.3. *perpetuum prędicandi genus* ait Trid.sess.25. cap.1. de reformat. & Diuus Gregorius scribens Episcopo Augustodunensi lib.
61 7. epist.32. dicebat circa subditos, *actus sit cura vigilans, vt vestrum illis exemplum instructio, & magistra sit*, & ep.56. lib.5. *Præpositorū, ait, bonitas subiectorum salubris regula*. Dixit enim Deus in Leuitico cap. 4. *si Sacerdos, qui vnus est,*
62 *delinquere faciens populum, quia peccante Prælato, totus populus inducitur ad peccandum, vt explicat ibi Abulensis*; Vitium nam-

Digitized by Google

63 namque Prælatorum in ſubditos tranſfunditur, peſtis eſt, quæ citò ſerpit, & magna cum difficultate curatur, vt rectè docuit Nazianzenus oratione 1. *Neque enim, ait, vel indelebilem tinturam pannus, vel fœtidum, aut ſuauem odorem res admota ità contrahunt, vel exitialis quidam vapor tàm facilè in aerem diffunditur, ac per aerem animalia occupat (quod quidem peſtis eſt, & appellatur) quam ſubditi antiſtitis improbitate celerrimè impleri ſolet, & quidem multò facilius*. Vitę
64 namque ſplendor, ac claritas, pleroſque eorum, qui proni, ac lubrici ſunt, ad peccandum, ad conſimilem emulationem inuitat, vt vtar *Verbis Baſilij Ma-*
65 *gni, in pſalm.* 1. Vt enim in corporibus ſic imperio grauis nimis eſt morbus, qui à capite diffunditur, dicebat *Plinius lib. 4. epiſt.* 22. quare perſuadebat Seneca
66 ſuo Principi lib. 1. cap. 8. de clementia *veſtra facta, dictaque rumor excipiat, & ideò nullis magis cauendum eſt, qualem formam habeant quam qui qualemcumq; maruerint magnam habituri ſunt*, & Anchil-
67 les lib. 1. clitoph. nam & ſi inquit ad *temperantiam aliquis benè comperatus eſt exemplo tamen ad imitandum trahitur, eoque facilius, quo nobilius proponitur exemplum. Nam pudor, qui à peccando reuocabat præſtantioris alicuius dignitate loco, pulſus,*
68 *in licentiam commutatur*, & Egiſippus in 2. de excid. Hieroſolymę c. 5. dicebat. *ſicut enim boni Principis vita probitatis quædam præſcriptio, & per vniuerſos forma viuendi eſt, ità Imperatoris colluuio, lex*
69 *flagitiorum eſt*. Alphonſuſque Aragoniæ Rex dicebat ſuis. Vt theatrum vitæ humanæ in litt. E. verba, & exemplũ teſtatur atque Cochier. in theſ. politico lib. 1. cap. 9. *veluti herbæ quædam ad Solis motus, ità populares ſemper vertuntur, atque confirmantur ad Principum mo-*
70 *res*; quod confirmat Damaſcenus in opuſcul. de S. Barlaam cap. 13. ſcribens, *huiuſmodi principatus, atque imperij natura eſt, vt ſemper ſubditi ad eos, qui rerum potiuntur ſeſe componant, eaque amare, & conſectari ſolent, quibus Principem dele-*
71 *ctari ſentiunt*. Docendũ ergo eſt exemplo, & moribus, vt dicebat D. Gregor. Nazianzenus in theitaſtichis, *ne una manu trahas, altera repellas auditorem, ma-*

ius oportebat loqui, ſi quæ oportebit; feceris. Sanctuſque Leo in ſerm. de S. Laurentio dicebat, *facilius ad exhortandum ſit ratio efficax ad ſuadendum, ualidiora tamen ſunt exempla, quàm uerba, & plenius eſt opere docere, quàm uoce.*

Paſtor eſt Epiſcopus, oues ſunt ſub-
72 dit, oportet ergo paſtorem, & oues nõ eſſe diſſimiles, vt ſcribebat Diuus Bernardus Archiepiſcopo Sennonen. *enim verò ait, ſi Sacerdos Paſtor eſt, & populus oues, dignum eſt, ut in nullo appareat ouibus paſtor diſſimilis, ſi inſtar mei, qui ouis ſum, paſtor meus, & ipſe incuruus gradiatur, uultum gerens deorſum, & terram sẽper aſpiciens, & ſoli uentri, mente ieiunus, pabula quæritans, in quo diſcernimur? Veh ſi uenit Lupus, non erit qui prœuideat, qui occurrat, qui eripiat; Decet ne paſtorem more pecorum ſenſibus incumbere corporeis, hœrere infirmis, inhare terrenis, & non potius erectum ſtare, ut hominem, cœlum mente ſuſpicare, quę ſurſum ſunt quœrere, & ſapere, non quę ſuper terram.*

Comprobantur hactenus cumulata,
73 ex alijs ſacræ Scripture locis, præſertim ex eo, quod ſcripſit D. Petrus in 1. epiſt. c. 2. ibi. *Cariſſimi obſecro uos tamquam aduenas, & peregrinos, abſtinere uos à carnalibus deſiderijs, quæ militant aduerſus animam, conuerſationem veſtram inter gentes habentes bonam, vt in eo, quod detractant de vobis, tamquàm de malefactoribus ex bonis operibus vos conſiderantes, glorificent Deum in die viſitationis:*
74 *Et in 2. epiſt. cum igitur hæc omnia diſſoluenda ſunt, quales oporteat vos eſſe in ſanctis conuerſationibus, & pietatibus, expectantes, & properantes in Aduentum Dei Domini, &c. & D. Iacobus, in ſua epiſtola c. 3. ait, quis ſapiens, & diſciplinatus inter vos oſtendat ex bona conuerſatione operationem ſuam in manſuetudine ſapientiæ, &c.* Fortius ſtringit Paulus Apoſtolus in 1. ad Thimotheum c. 3. *(fidelis ſermo) ſi quis Epiſcopatum deſiderat, bonum opus deſiderat. Oportet ergo Epiſcopum irreprehenſibilem eſſe.* Notandum maximoperè eſt hoc, quod dixit Apoſtolus, oportet Epiſcopum eſſe irreprehenſibilem, *hoc vnico verbo*, ait ibidem Ioannes Chryſoſtomus, *genus omne virtutis expreſſit,*
76 *itaque qui ſibi, vel leuis culpæ conſcius eſt,*

malè

Digitized by Google

malè profectò facit, non enim decet huiusmodi regere, sed potius regi, cum quippè qui regendos alios suscipit, tanta decet gloria uirtutis excellere, ut instar solis, cæteros ueluti stellarum igniculos in suo fulgore obscuret. & Diuus Petrus Damianus lib.2.ep.1. explicans supradicta verba, 77 ait; *Hic tanta uult esse perfectionis Episcopum, ut penè extrà naturam loquitur Apostolus, quis enim in carne constitutus tàm cautè uiuat, tàm se sollicitè undique circumspiciat, ut reprehendi aliquando nequeat, uel his, qui reprehensibiliter uiuunt, & locum irreprehensibiliter uiuendi adhùc reprehensibilis concupiscunt.* & D.Gregorius 78 in pastorali lib.1. c.8. *plerumq; uerò ait, qui præesse concupiscunt, ad usum suæ libidinis instrumentum Apostolici sermonis arripiunt, quo ait, si quis Episcopatum desiderat, bonum opus desiderat; qui tamen laudans desiderium, in panorem vertit protinus, quod laudauit, cum repentè subiungit, oportet autem Episcopum irreprehensibilem esse, cumque virtutum necessaria subsequenter enumerat, qua irreprehensibilitas ipsa manifestat, & fauet, ergo ex desiderio, & terret ex præcepto, ac si apertè dicat, laudo quid queritis, sed prius discite quid quaritis*: quod repetijt c.10. ex D. Gregor. D. Thoma 2.2. q.185.art. 1. ad primum, & alibi idem Gregorius dixit, *omnes virtutes vno sermone comprehendit Apostolus, & penè rem contrà naturam exigit; Si enim omne peccatum etiam in otioso verbo reprehẽsione dignum est, quis est ille, qui absque peccato, ideſt sine reprehensione versetur in mundo.* hæc 79 Gregorius: qui vitia non habet, qui virtutibus ornatus est, irreprehensibilis est, dicebat Hieronymus epist. 3. ad Ocean. quare naturam potius Angelicam, quam humanam Episcopus habe- 80 re debet, vt explicauit Diuus Laurentius Iustinianus de compunct.Ec. contemplatione; *oportet Episcopum, inquit, irreprehensibilem esse, sobrium, prudentem, pudicum, ornatum, hospitalem, doctorem, scilicet angelicam potius, quam humanam debent habere conuersationem populorum Pastores.*

Idem voluit insinuare S.Paulus, cum ad Titum scripsit cap.1. dicens, *oportet enim Episcopum sine crimine esse, sed* quare irreprehensibilem, quare sine crimine? vt eos, qui contradicunt, pos- 81 sit arguere, alioquin, dixit idem B.Laurentius Iustinianus ibidem, *infrenabunt os suum, ne audeant loqui.* Audi benignè lector Diuum Hieronymum in epist.ad Titum, cap.1. *Primum itaque sine crimine iubetur esse Episcopus, quod puto alio uer-* 82 *bo ad Thimoteum irreprehensibilem nominatum, non quod eo tantum tempore, quo ordinandus est, sine vllo sit crimine, & prateritas maculas noua conuersatione diluerit; sed quod ex tempore, quo in Christum renatus est, nulla peccati conscientia remordeatur, quomodò enim Præses Ecclesia auferre malum de medio eius, qui in delicto simili corruerit! aut qua libertate corripere peccatum potest, cum tacitus sibi ipse respondeat, eadem admisisse, qui corripitur! hæc* Diuus Hieronymus ibi, & transtulit Grati.in cap.1. finale 25.dist. *qua fronte* dicebat Basilius Imperator 83 ad filium; *eos, qui tua dominationi subiecti sunt, ad prudentiam, & cæteras virtutes seruandas, cohortaberis, si eas ipse non seruaueris? nam qua faciente te viderint, eadem quoque permitti sibi interpretabuntur, solent enim ad exemplum Principis mutari subiecti.* Refert Ioan. à Cochier. in Theatro Politico cap. 9. in- 84 exemplis, n.14. & egregiè Iustinianus Imperator in l.31. c. de Episcopali audientia, loquens de Episcopis ait, *si enim hi pratulerint vitam honestam, & vndique irreprehensibilem, & reliquum populum instruxerit, vt hic ad illorum honestatem respiciens, multis peccatis abstineat, planum est; quod inde, & vnione omnibus meliores erunt, & facilè nobis tribuitur à maximo Deo, Iesu Christo clementia conue-* 85 *niens*; oportet ergo irreprehensibilem esse Episcopum, vt in eo Dominus excolatur; vt dicit Oliua stromatum lib.4 fol.319.col.2.& quamuis Episcopus reprehensibilis quoque coli debeat, & ei obediendum iuxtà Apostoli Petri præceptum, quia Christi imago est; sed ma- 86 lè coloratam tabulam, ait Oliua loco cit. quamuis Christum exprimat submouemus ab oculis.

Irreprehensibilitatem ostendit Pau- 87 lus Apostolus ex virtutibus, quibus pollere debet Episcopus, subdens in-

dicto

Digitized by Google

dicto cap.3.ad Thimoteum, *vnius vxoris virum, sobrium, prudentem ornatum, pudicum, hospitalem, Doctorem, non vinolentum, non percussorem, sed modestum, non litigiosum, non cupidum*. eadem quippè fere repetijt ad Titum dicto cap.1. dicens, *non superbum, non iracundum, non violentum, non percussorem, non turpis lucri cupidum. Sed hospitalem, benignum, sobrium, iustum, sanctum, continentem, amplectantem eum, qui secundum doctri-*
88 *nã, est fidelem sermonem*, quæ omnia explicant quamplurimi Doctores, præsertim Barbosa in q.1.de potestate Episcopi, ac etiam Pax Iordanus in p.1.lucubrat.quos vide,ne eorum scripta trãscribam. Insuper Diuus Paulus in eodẽ
89 cap.3. ad Thimoteum ait; *oportet autẽ illum testimonium habere bonum, ab ijs, qui foris sunt, vt non in opprobrium incidat, & laqueum diaboli*: & in eodem ad Titum, in epist.c.2. *in omnibus te ipsum præbe exemplum bonorum operum, in doctrina, in integritate, in grauitate, verbum sanum, irreprehensibile, vt is, qui ex aduerso est veratur, nihil habens malum dicere de nobis, &c.* S. Anselmus exponens hęc
90 verba Pauli ait, *qui te viderint, legant in operibus tuis, veluti in libro legis, quid agere debeant*. & idem Paulus ad Corint.2. cap.6. *neminem dantes vllam offensionem, vt non vituperetur ministerium nostrum*. Exempla non desunt in sacris litteris, quæ adducere fas non est, videat benignus lector *apud Theatrum vitæ humanæ in verbo exemplum, & apud Ioannem à Cocchier.in thesauro politico p.1 c.9*.Illud tantum afferam de Eleazaro Machabeo, qui potiùs mori voluit, quã simulare edere carnem porcinam contrà præceptum antiquum legis Iudeorum, *non enim ætati dignum est, inquit, fingere, vt multi adolescentium arbitrantes Eleazarum nonaginta annorum transisse ad vitam alienigenarum, & ipsi propter meam æmulationem, & propter modicũ corruptibilis vitæ tempus decipiãtur, & per hoc maculam, atque execrationem meę senectuti requirant*, & paulò post, *quamobrẽ fortiter vitæ excedendo senectutem quidem dignus apparebo adolescentibus autem exẽplum fortè relinquam, si promptu animo, ac fortiter pro granissimis, ac sanctissimis legibus honesta morte perfungar.*

Oh quam dura mihi sunt ista, quæ
91 scribo, quia memetipsum scribendo, ferio, vt vtar verbis D. Gregorij hom.11. in Ezechielem, heu, heu? si vera sunt, prout verissima, quæ cumulaui ex sacra Scriptura, & Sanctorum Patrum doctrina, quare à nobis Episcopis procul, atque longissima sunt? Pascere debemus gregem, & verbo, & exemplo, vt incedat per viam salutis æternę, sed pascimus, & verbo, & exemplo in viam interitus: & verbis, & exemplis nostris incitamus oues ad peccandum, ad luxuriam, auaritiam, superbiam, & cætera peccata. Vtinam, & vtinam falsam pro-
92 merem: Verum dicit Gregorius Magnus homil. 17. in Lucam 10. *nullum puto, fratres carissimi, ab alijs maius præiudicium, quam à Sacerdotibus (seù ab Episcopis) tolerat Deus, quando eos, quos ad aliorum correctionem posuit, dare de se exempla prauitatis, cernit, quando ipsi peccamus, qui compescere peccata debuimus.*

Sed hoc deuitemus, ne quis nos vi-
93 tuperet in hac plenitudine, quæ ministratur à nobis, vt suadit D. Apostolus in 2. Corinth.cap.8. *& prouideamus bona non solum Deo, sed etiam coram hominibus*, eligit nos Deus de mundo, vt fructum afferamus, & fructus noster maneat, Ioan.17. deditque potestatem in ædificationem, non in destructionẽ, vt testatur Paulus Apostolus 2. ad Corinth.c.10. & 11. debemus enim ædificare vineam suam, atque fructum in ea facere, salutem scilicet animarũ, & verbo, & exemplo procurando; nam Dei adiutores sumus, Dei agricultura sunt populi, vt dicebat Paulus 1.ad Corint. c.3. solicitè curare debemus nos ipsos *probabiles exhibere Deo operarios incõprehensibiles, rectè tractantes verbum veritatis*, vt idem Paulus 2. ad Thimot.cap.2 alioquin si fructum non afferimus, nec
95 dignè operemur, excisi erimus, nam non vult Deus, vt terram occupemus, alijsque impedimentum potius demus, Lucæ c.8. Et aduertendum est, prout considerauit Petrus Blesen.ep.16.quod
96 Dominns *in Euangelio seruum non solum malè operantem, sed à bono opere torpentem damnat*, non enim solummodò arbor, quæ malos fructus facit, sed quę

Digitized by Google

bonos fructus non facit, excidetur, & in ignem mittetur. Exeamus in agrum Domini nostri, & videamus quanti silueſcent ſpinis, & tribulis, accingamus gladio; quod eſt verbum Dei, faciamus vindictam in nationibus, & increpationes in populis, & felix, qui dicere po-
97 tuit plus omnibus laboraui, & ſi labor terret, mercès inuitet, vt ſcribebat D. Bernardus ad Eugenium lib. 1. de conſideratione, oportet ergo nos operari, non ſolum docere, ne Scribarum, & Fariſeorum nomine vocitemur, illi enim dicebant, ſed non faciebant, vt dixit diuina veritas apud Diuum Mattheum cap. 23. ſi ſicuti illi ſederunt, & nos in Cathedra ſedemus: debemus nos ſicuti illi, qui malè ſedebant, ſed be-
98 nè ſedere, *, is enim benè ſedet*, vt dixit Origenes tract. 24. in Matth. *qui prius portat onus, quam alijs imponat*. Poſuit enim nos Deus, vt lux, vt ſpeculum, non debemus tamquam tetrum ſpeculum vniuerſorum oculis noſmetipſos demonſtrare, vt vtar verbis Diui Ambroſij lib. 6. de dignitate Sacerdotali, itaut nō poſſint obſcuritate noſtra ſubditi noſtri ſe aptius exornare: Poſuit enim nos Epiſcopos in Eccleſia ſua, vt eſſemus Paſtores, non fures, non mer-
100 cenarios: at non paſtor, ſed mercenarius vocatur, qui non pro amore intimo oues dominicas, ſed ad temporales mercedes paſcit; mercenarius quippè eſt, qui quidem locum Paſtoris tenet, ſed lucra animarum non quærit: dixit Diuus Gregorius hom. 14. in
101 Euangel. commiſit enim nobis Chriſtus Dominus curam ſui gregis, ne demoliamur hæreditatem ſuam, quam acquiſiuit à patre ſuo. Honorauit nos coram populo ſuo, ne cum contemnamus, & ab exemplari noſtro recedа-
102 mus, qui pro ouibus ſuis animam poſuit: Bonum opus deſiderauimus, qui Epiſcopatum deſiderauimus, teneat nos boni operis deſiderium, non amor re-
103 dituum, ſecundum hominum exiſtimationem, qui argentum theſaurizant: ſi quis Epiſcopatum deſiderat, bonum opus deſiderat; *ipſe ergo ſibi teſtis eſt, vt utar verbis* Gregorij Magni in paſtorali
104 p. 1. c. 8. *quia Epiſcopatum non appetit qui non per hunc boni operis miniſterium, ſed honoris gloriam quarit. Sacrum quippè officium non ſolum diligit omninò, ſed neſcit qui ad culmen regiminis anhelans in occulta meditatione cogitationis cęterorum ſubiectione paſcitur, laude propria lętatur, ad honorem cor eleuat; rerum affluentium abundantia exultat. Mundi ergo lucrū quæritur ſub eius honoris ſpecie, quo mūdi deſtrui lucra debuerāt.* hęc Gregor. Sanctus.

105 Veh nobis paſtoribus Iſrael, qui amore honoris, & dignitatis ad prælationē aſcendimus, in ſtatu perfectionis nos eſſe conſtitutos aſſerentes, & numquam perfectionem aſſequimur, neque ſecundum perfectionis regulā viuimus, quod abiectum non reducimus, quod infirmū non confirmamus, quod fractum non conſolidamus, quod maculoſum non emendamus; noſmetipſos paſcimus, & ouium velleribus veſtimur, oueſque perire facimus, ac ſi ſanguine prętioſo Chriſti redemptæ non fuerint: omnes
106 nos manifeſtari *oportet ante Tribunal Chriſti, vt referat vnuſquiſq; propria corporis, prout geſſit ſiuè bonum, ſiuè malum*: vt dicit Apoſtolus 2. ad Corinthios c. 5. Eia ergo fratres, paſcamus oues Chriſti nobis ab ipſo maxima benignitate datas, & Apoſtolico lacte nutriamus forma gregis ex animo facti, bonum exē-
107 plum de nobis præbeamus, quia ſpectaculum facti ſumus mundo, & Angelis, & hominibus, vt dixit Apoſtolus 1. ad Corinthios cap. 4. eiſque debitores
108 ſumus, ſecundum eumdem Apoſtolū, oues noſtræ exiſtiment nos miniſtros Chriſti, & diſpenſatores miniſteriorum Dei, vt ibidem monet idem Apoſtolus, in omnibus honorificemus noſtrū miniſterium, miniſterium, inquam, vt dicit D. Bernardus ep. 42. ad Archiepiſcopum Sennonenſem, non dominium
109 ipſum, itaque honorificare debemus non nos, nam qui quærit quæ ſua ſunt, ſe cupit honorare, non miniſterium: Omnia ad ædificationem faciamus, vt
110 præcepit Apoſtolus 1. ad Corinth. cap. 10. & dumtaxat Dei honori, ſalutique animarum totis viribus intendamus. Vt dicebat Gregorius ep. 15. ad quemdam Epiſcopum lib. 2. ſeù 4. di-
111 cens *animarum lucrum Deo noſtro tota men-*

Digitized by Google

mentis intentione facere festinate, quia nomen Pastoris, non ad quietã, sed ad laborem susceptimus, exhibeamus ergo in opere,
11 si quod significamus in nomine, & tamẽ semper considerate illud, quid prodest homini, si vniuersum mundum lucretur, animæ vero suæ detrimentum patiatur. Causas Ecclesiæ sponsæ Christi
113 vt fidelissimi amici tractemus, vt nomina nostra sint scripta in cęlis, & vt ipse Rex glorię Christus reddat nobis coronas virides, quæ nunquam marcescent, & cum habitatoribus supernæ ciuitatis suæ duplici stola indutos sedere faciat in fęliciſſimo Regno suo in æternum: Nam qui fecerit, & docuerit hic magnus vocabitur in Regno Cęlorum.

SECTIO QVARTA.

De eleemosyna eroganda, atque diuitijs, & pompis fugiendis.

1 NOn tantum animas verum, & corpora pascere debet Episcopus, & adalendum oues suas maximopere tenetur. *Prædicatio nimirum plerumque despicitur*, dicit Gregorius in pastorali p. 2. cap. 7. *quia subditis necessaria pro vita temporali non tribuunt, & agentis enim mentem sermo prædicantis nõ penetrat, quẽ misericordia eius non rigat, sic ergo oues oportet interno pastu saginare, vt etiam eis exteriora prouideantur.*

Verum vt rem à suis principijs repetamus sciendum est, eleemosynam enixè in sacra Scriptura commendatam esse. Exod. cap. 23. nu. 11. *dicitur anno autem septimo dimittes eam, & requiescere facias, vt comedant pauperes populi tui.*
3 Leuitic. 19. num. 10. *neque in vinea tua racemos, & grana decidentia congregabis, sed pauperibus, & peregrinis carpenda dimittes*, quod repetitur cap. 23. n. 22
4 Deuteron. cap. 20. n. 9. *si vnus de fratribus tuis, qui moratur intra portas Ciuitatis tuæ in Terra, quam Dominus Deus tuus daturus est tibi, ad paupertatem venerit, non obturabis cor tuum, nec contrahes manum, sed aperies eam pauperi, & Num. 11.*
6 *non deerunt pauperes in terra habitationis tuæ, idcirco ego præcipio tibi, vt aperias manum fratri tuo, egeno, & pauperi, qui tecum versatur in terra. Iob. cap. 4. num. 7. ex*
7 *substantia tua fac eleemosynam, & noli auertere faciem tuam ab illo paupere; & Esth. cap. 9. n. 22. ibi, & mittent sibi inuicem*
8 *ciborum partes, & pauperibus munuscula largientur. Dauid. in psal. 81. eripite*
9 *pauperem, & egenum de manu peccatoris liberate. Prouerb. c. 22. n. 9. dę panibus enim*
10 *suis dabit pauperi, & cap. 31. n. 21. manũ suam aperuit inopi, & palmas suas exten-*
11 *dit ad pauperes, Ecclesiast. cap. 4. Filij eleemosynam pauperi ne defraudes, & oculos tuos ne transuertas à paupere, animam esurientem ne despexeris, & non exasperas*
12 *pauperem in inopia sua, & c. 29. n. 11. verum tamen super humilem animo fortior*
13 *est; & pro eleemosyna non trahas illum. Isai. cap. 58. num. 7. frange esurienti panem tuum, & egenos, vagosque induc in domũ tuam, & cum videris nudum operi eum, &*
14 *carnem tuam ne despexeris. Matth. c. 6. n. 3 ibi Te autem faciente eleemosynam, nesciat sinistra tua, quid faciat dextera tua, vt sit eleemosyna tua in abscondito, cap. 19. si vis*
15 *perfectus esse, vade, & vende qua habes, et da pauperibus. Lucæ c. 3. num. 11. qui habet*
16 *duas tunicas det non habenti, & qui habet escas similiter faciat, & cap. 6. estote misericordes, sicut Pater vester misericors*
17 *est, & c. 11. n. 41. quod superest, date elee-*
18 *mosynam, & c. 12. n. 33. Vendite qua possidetis, & date eleemosynam, facite vobis sacculos, qui non veterascunt. Thesaurum non deficientem in cælis, quo fur non appro-*
19 *priat, & cap. 14. n. 13. sed cum facis conui-*
20 *uium, uoca pauperes, Act. c. 10. ibi faciens eleemosynas multas plebi. Paulus Apostolus ad Rom. cap. 25. ibi enim probauerunt*
21 *Macedonia, et Achaia collationem aliquam facere in pauperes; et ad Thimot. 1. c. ulti-*
22 *mo, ibi diuitibus huius sæculi præcipuè non sublimè sapere, neque separare in incerto diuitiarum; sed in Deo uiuo, qui præstat nobis omnia abundè ad fruendum benè agere diuites fieri in bonis operibus facilè tribuere ad Ephes. c. 4. n. 28. magis autem la-*
23 *boret operando manibus, quod bonum est, ut habeat undè tribuat necessitatem patien-*
24 *ti, ad Hebræos cap. 13. nu. 16. beneficentiæ*
25 *autem, et communionis nolite obliuisci, etc.*
Sanctus Iacobus epist. 1. cap. 2. nu. 15. *si autem frater tuus, et soror nudi sunt, et*

Digitized by Google

indigent victu quotidiano, dicat autem aliquis, ite in pace, calefacimini, & saturamini, non dederitis autem eis, quæ necessaria sunt corpori, quid proderit? & S. Ioānes ep. 1. c. 3. *qui habuerit substantiam huius mundi, & viderit fratrem suum necessitatem habere, & clauserit viscera sua ab eo, quomodò charitas Dei manet in illo, &c.* quapropter S. Thomas omnium scholasticorum magister in 2. 2. q. 32. art. 5. in corpore, docet elargitionem eleemosynæ cadere sub præcepto diuino, quia pertinet, & reducitur ad dilectionem proximi, quem diligere debemus secūdum diuinum præceptum: & secūdum Diuum Ioannem in loco cit. *non debemus diligere lingua, & verbo, sed opere, & veritate.* & fusiùs Diuus Thomas loco cit. quem sequuntur ibi Caietanus, & in opusc. de eleemosyna, & relictis alijs Theologis, Medina *de eleemos. q. 2. Azor. p. 2. lib. 12. c. 7. q. 7. Reginaldus in praxi to. 1. lib. 4. c. 20. & alij*, qui, præceptum hoc iuris naturalis, & diuini esse, dicunt, nō enim controuertitur de hoc præcepto inter Catholicos, *qua de re Filiuc. tract. 28. c. 3. num. 62. Bonac. disp. 3. q. 4. punct. 6. Layman. lib. 2. tract. 3. cap. 6. Leandrus in quæstionibus moralibus tract. 5. de eleemosyna disp. 2. q. 1.* vbi dicit, hoc certum est apud omnes, est tamen dubium inter Doctores, ad quod præceptum Decalogi reduci possit; vide Leandr. loco cit. q. 3. quia hoc parum ad nos refert. Supposito tamen hoc diuino præcepto; dubium est inter Doctores maximū, quando illud vrgeat, & teneantur fideles ad eleemosynam sub peccato mortali.

Asserunt multi, tunc obligare hoc præceptum, quando duo copulatiuè concurrunt, nempè superfluitas in dante, scilicet quando quis habet superfluum vltrà sui status conditionem, & necessitas in recipiente, quando scilicet qui petit eleemosynam, est in necessitate, miseria, siuè extrema, siuè quasi, vel valdè graui; his duobus non concurrentibus coniunctim, non esse locum, neque obligare hoc præceptum. Hæc sententia suadetur *ex Sancto Thoma loco cit. vbi dicit, quod aliquid* considerandum est ex parte dantis, *& aliquid ex parte eius, cui est eleemosyna danda: ex parte quidem dantis, considerandum est, vt id quod est in eleemosynas erogādum, sit ei superfluum, secundum illud Lucæ 11. Quod superest date eleemosynam. Et dico superfluum, non solum respectu sui ipsius, quod est supra id, quod est necessarium indiuiduo, sed etiam respectu aliorum, quorum dicitur necessarium persona, secūdum quod persona dignitatem importat, quia prius oportet, quod vnusquisque sibi prouideat, et his quorum cura ei incumbit, & postea de residuo aliorum necessitatibus subueniatur. Sicut et natura primò accipit cibum ad substentationem propriÿ corporis, quod est necessarium ministerio virtutis nutritiuæ, superfluum autem erogat ad generationem alterius per virtutem generatiuam. Ex parte autē recipientis requirit, & quod necessitatem habeat, alioquin non esset ratio, quare eleemosyna ei daretur, sed cum non possit ab aliquo vno omnibus necessitatem habentibus subuenire, non omnis necessitas obligat ad præceptum, sed illa sola, sine qua qui necessitatem patitur, substentari non potest. In illo enim casu locum habet, quod Ambros. dicit, pasce fame morientem, si non paueris, occidisti. Sic ergo dare eleemosynam ei, qui est in extrema necessitate, alias autē eleemosynas dare est in consilio, sicut, & de quolibet meliori bono dantur consilia.* hæc Sanctus Thomas, ex cuius doctrina dicunt apertè colligi hanc sententiam, ipsamque tuentur Panorm. in c. si verò de iureiurando, Sanctus Antoninus in summa p. 2. tit. 1. cap. 25. §. 5. Rosella in verb. eleemos. n. 1. Medina q. 3. de eleemosyna, & alij.

Contrariam verò sententiam, nempè sufficere vnum ex duobus, vel vt quis sit in necessitate vrgenti, vel vt quis habeat superflua, vt teneatur præstare eleemosynam etiam ei, qui est in necessitate communi, licèt non sit in extrema, seù vrgenti, docent quamplurimi Doctores, & Theologi, præsertim *Caietanus in tract. de eleemosyna, quem tractatum composuit ad intelligentiam dictæ doctrina Diui Thomæ*, quam falsò, & contrà D. Tho. mentem asserit explicatam. Caietanum sequuntur quāplurimi Doctores, præsertim *Sotus de iust. lib. 5. q. 3. art. 4. Azor. p. 2. lib. 12. cap. 7. q. 4. vers. altera sententia, Armill. in verbo eleemos. n. 3 Sylue-*

Digitized by Google

Syluester eodem verbo q.1.& ceteri summiste in eodem verbo. Layman. d.tract.3.c.6.
36 *sub num.5. vers. controuersum autem est.* & citat Diuum Thomam loco cit.& sic ait, sed contraria sententia est S. Thomæ 2.2. q.66. art.7.& citata q.32.art.5. vbi concludit dare eleemosynam de superfluo,est in præcepto, & dare eleemosynam ei, qui est in extrema necessitate, quæ verba non copulatim, sed copulatiuè accipienda sunt,vt duobus casibuspræceptum eleemosynæ obligat, sicuti clarè indicat idem Sanctus Thomas 2.2. qu.108. art.4. ad secundum, & in 4.dist.15. q.2. art.1. q.4. primò si quis habeat superflua, quo casu numquam deesse solent pauperes, si non extrema, aut graui,saltèm communi, seù ordinaria penuria laborantes, quibus subueniri possit: secundò si proximus in extrema necessitate constitutus sit, quo casu ex bonis etiam non superfluis, quæ tamèn absolutè necessaria non sunt, subueniendum est; hæc Layman. hanc etiam sententiam sequitur, & probat *latissimè Sarmientus de redd.p.4.cap.5. per totum, multisque ratio-*
37 *nibus etiam probat Caietanus in d. tract. per plura capita, ipsum, & alios* adeat lector; ego non audeo reprobare primã,
38 nec recedere à secunda. Illud etiam pro indubitato tradit Layman loco cit. sub n.4.vers.2. quod de necessarijs personæ, siuè statui conseruando, facienda est eleemosyna homini extremam naturæ necessitatem patienti, nam ordo charitatis postulat per se loquendo, & cæteris paribus, vt proximi vitam pluris faciemus, quam dignitatem propriam. hæc Layman, qui citat quã plurimos Doctores, & hanc etiam opinionem tenent *Azorius loco cit.qui communẽ dicit in 5.q.Medina de eleem. qu. 3. dub.1. Sotus de iust.lib.5.q.1.art.7.Filiuc. trac.28 n.64.Diana par. 5. tract.8. resol.7. qui citat alios.*

Sed desunt alij, qui docent contra-
93 rium præsertim *Molfes.in summa tom.1. cap.16.n.28. & alij, quos citat.& sequitur Leand.d.tract.5. de eleem.qu.17.vers. sed nihilominus.* Loquitur tamèn Leandrus de necessarijs simpliciter ad conseruationem status, sine quibus omninò admittitur status, & in hoc credo, quod non abs re loquatur, & benè citat *Dia-*
40 *nã d.resol.7* qui proposito dubio: an adsit obligatio ex bonis necessarijs ad statum opitulari extremè indigenti, respondet affirmatiuè,tamèn postea dicit, notandum est tamèn, quod licèt suprædicta opinio sit vera, tamen nullus tenetur statum suum absolutè deijcere, aut deprimere ob proximi necessitatẽ extremam. hæc Diana, qui citat Hurtadum de Mẽdozza, Coninch.Castrum Palaum, & Baldellum,assignant rationem isti Doctores, quia Republicæ vti-
41 lior est opulentus ciuium status, quàm vita priuati; item defectio status est grauissimum damnum, quàm quis non tenetur pati, sed ego considero quod difficillimè contingi potest depressio status alicuius, ex quo subuenit patienti extremam necessitatem, quia vt huic
42 opitulari possit, non requiritur tanta quantitas pecuniæ, sed sufficit, vt succurrat miseriæ; supponimus autem facultatem competentem in homine, qui est in aliquo statu.

Sed relictis his,& alijs quęstionibus, de quibus agitur apud Doctores cita-
43 tos, descendamus ad indiuiduum nostrum: Si enim adest præceptum, quod omnes obligat ad præstandam eleemosynam; arctius tamen ligat Ecclesiasticos, vt docent communiter Doctores, præsertim *Azor.d.lib.12.cap.11.* in principio, & alij quos citant, & sequuntur *Leand.d.disp.3.§.2.q.45. Bardus lib.3. qu.10. lect.4.n.15. in selectis moralibus,* nam
44 vltrà ius naturale, & diuinum, quibus omnes obligantur fideles, Ecclesiastici autem etiam Ecclesiastico iure, quo nõ sunt adstricti sęculares, tenentur enim Clerici ad eleemosynam, naturali, Diuino, & Ecclesiastico iure; & hoc certũ puto, quamuis *Sotus lib.10. qu.4. art.3. Lessius lib.2.cap.4.dub.6.num.47.* contrarium videatur dicere:dicendũ est enim, quod tenetur de iure diuino, & naturali, vt cæteri fideles, quod negauit So-
45 tus, & tenentur Ecclesiastico Iure,quo ipsi specialitèr ligantur,& strictius quã sæculares.vide Leandrum loco cit.q.44. & 54. & Bardum loco cit.

Sed doctrina Soti, & Lessij, & etiam Azo-

Digitized by Google

46 Azorij ſaluari poteſt, illos intelligendo, vt tantum præceptum Eccleſiaſticũ ſit, quod ſtringat Eccleſiaſticos peculiaritèr faciendi eleemoſynam, & erogãdi in pios vſus reditus Eccleſiaſticos, ideſt, quod eis ſupereſt vltra dictum, cũ nullum adſit diuinum ſpeciale de his bonis, & quod ſpeciale ſit pro Eccleſiaſticis, ſed tantum generale, quod omnes fideles obligat in vniuerſum reſpectu omnium bonorum eo modo, quod dictum eſt, & cum illi Doctores dicant, iure tãtum Eccleſiaſtico teneri ad eleemoſynam redditumEccleſiaſticorum, qui ſuperſunt; ſupponũt cõmune naturale, & diuinum, quo omnes obligãtur, vti Chriſtiani, quibus etiam ligantur clerici reſpectu patrimonij, etiam ſi nullum habeant beneficium Eccleſiaſticum; quaproptèr cum dixerunt iure tantum poſitiuo teneri Eccleſiaſticos, intelligendum eſt reſpectu bonorum Eccleſiaſticorum, eo tamèn modo, quo dictum eſt, non negando commune ius naturale, & diuinum; Eccleſiaſticum enim ius, quo ſpecialitèr obligantur beneficiati, magis ſtrictum eſt, quo ſpecialitèr obligantur, vt iam abundè patet, cum hoc non ſemper, ſed quando ex Eccleſiaſticis reditibus aliquid ſupereſt vltrà ſubſtentationem obliget, quarè reſpectu huius ſtrictioris vinculi, & erogationis dici poteſt, ex iure dumtaxat poſitiuo Eccleſiaſtico obligationem naſci.

Hoc autem præceptum Eccleſiaſticũ
48 non tàm lucidum apparere, dicit Cardinalis Lugo diſp. 4. ſect. 2. equidẽ ego conſidero, quod priſcis illis temporibus, quo bona erant communia, præceptum Eccleſiaſticum nõ vrgebat Clericos, ſed Epiſcopos, qui erant diſpenſatores harum rerum Eccleſiaſticarum, qui retẽta portione pro proprio victu, cætera diſtribuere tenebantur, & ipſis Eccleſiaſticis, quantum eis neceſſarium erat, & pauperibus, & Eccleſiæ, tunc enim omnia erant communia, vt alibi me dixiſſe reminiſcor, quare dixit Apoſtolus ad Thimoth. 1. c. 6. *habentes alimẽta, & quibus tegamur contenti ſumus*, ſic etiam legitur in can. 41. Apoſtolorum tom. 1. concil. fol. 21. quod omnia debẽt eſſe in poteſtate Epiſcopi, qui cæteris indigentibus per Presbyteros, & Diaconos in omni tempore adminiſtret, & ſumat pro ſe ad ſuas neceſſitates: & notauimus cũ Bar. in altero tractatu, quod Clerici, qui portabant ea, quæ indigebant ãlijs Presbyteris ſingulis menſibus, vocabantur Clerici portulantes, de hoc etiam præcepto fecit mentionẽ Diuus Clemens lib. 5 ſuarum inſtitutionum *cap. 1. & lib. 7. cap. 13 ſic etiam habetur in Epiſt. Vrbani Papæ, de qua in cap. videntes* 12. *q.* 1.

Poſt verò in dictam diuiſionem bo-
49 norum in quatuor partes, quam nos diximus factam in Synodo Romana ſecunda tempore Diui Sylueſtri, non autem tempore Hieronymi, & Auguſtini *vt dixerunt Sotus de iuſt. lib.* 10. *q.* 4. *art.* 3. *circa principium verſ. quare videntes, & Facundez de iuſt lib.* 6. *cap.* 10. *nu.* 3. & alij: etiam præceptum eſt Epiſcopis, vt bo-
50 na, & reditus Eccleſiæ piè expendant, nec pauperes fraudent, vt in Concilio Antiocheno c. 25. ſic dixit Diuus Gregorius reſcribens Auguſtino Epiſcopo Anglorum, quod illa portio, quę Epiſcopo fuit data, propter hoſpitalitatem & ſuſceptionem etiam fuerit aſſignata, non tantum propter propriam ſubſtentationem, vt clarè legitur ibidem: & habetur in c. mox 12. q. 2. & in Concilio Oxim. in Anglia ſtatutum fuit, vt
51 ſinguli Prælati eleemoſynarios honeſtos habeant: legituruè hoc præceptum obligantes Epiſcopos, quaſi tota 12. cauſa quæſt. 1. & 2. pro Clericis verò poſt diuiſionem, ſi huiuſmodi præceptũ
52 lucidè, & rotundis verbis forſan inueniri nequit, vt dicit Cardinalis de Lugo, at ſi non ità clarè, non tamen tàm
53 obſcurè, vt ſaltem implicitè deducatur. nàm vltrà quod Sanctus Hieronymus reſcribens Diuo Damaſo Papæ, ait *quoniam quidquid habent Clerici pauperũ eſt, & Domus illorum omnibus debent eſſe communes, prout legitur in c. quoniam* 16. *q.* 1. & Vrbanus Papa ante ipſum dixit, *res Eccleſiæ, non quaſi propriæ, & Domino oblatæ cum ſummo timore, non alio, quam in prefatos vſus, ſunt fideliter diſpenſandæ.*
54 *in cap. ref.* 12. *q.* 1. & vltrà id, quod docet idem Lugo loco cit. *num.* 20. ſcilicet bona

Digitized by Google

bona cum fuerint assignata Clericis, fuerunt cum eadem obligatione antecedente assignata erogandi in pauperes si quid superfluum, non tantũ pro propria substẽtatione in prẽmium laboris, & mercedis, quia certa erat facienda assignatio, vt etiam de portione Episcopis assignata, nuper dictum est. Id etiam probatur ex Diuo Gregorio in d. Epistola ad Augustinum Anglum Episcopum in 1. & 2. resp. & habetur in cap.quia tua fraternitas 12.q.1. ibi *omne, quod superest in pijs causis, ac religiosis erogandum, Domino, & magistro omnibus dicente, quod superest, date pauperibus*
55 *eleemosynam. Ecce omnia munda sunt nobis*, loquitur ibi Gregorius de omnibus Presbyteris, & regulam viuendi tradidit Anglicanæ Ecclesiæ, & Diuus Augustinus ante Gregorium in cap. quod autem. 23.q.7. *ibidem, qua tamen si pauperum compauperes sumus, & nostra sunt, & illorum, si autem priuatim quæ nobis sufficiant possidemus, non sunt illa nostra, sed pauperum, quorum procurationem quodammodo gerimus*. loquitur enim Augustinus generaliter de Clero, sic idem Augustinus dixit, decimas fuisse *tributa agentium animarum*, c.decimę 16. qu. 1. Ità etiã habemus in sacris Canonibus,
56 quod quæ Clericus acquisiuit intuitu Ecclesię, non posse alio transferre, quã in Ecclesiam eamdem *cap.cum in officijs, & cap.quia nos de testamentis*, cum alijs concordantibus, vel tantum in pauperes, vt in *cap.relatum il 2. eodem tit.* de testam. ibi. consuetudinis tamen est nõ improbandę, vt de his pauperibus, & religiosis locis, &c. Item facit, quia Ge-
57 lasius in epist.ad Episcopos per Lucaniam, postquam dixit, *cum de rebus Ecclesia quæritur portiones esse faciendas, sicut dudum fuit decretum, iubet pauperibus suam portionem omninò tribui, & Ecclesiasticos, siuè Episcopos, siuè Presbyteros, in hoc non contrafacere, vt ibidem habetur*:
58 quare semper fuit Ecclesiæ mos dandi ab Ecclesiasticis, & de Ecclesiasticis rebus pauperibus eleemosynam: insuper, vt considerat idem Lugo, sacri canones prohibent bonorum Ecclesiasticorum dissipationem, , ac iubent optimam, ac
59 fidelem applicationem illorũ ad vsus pios, ad Ecclesiæ vtilitatem, sed quæ maior fidelis dispensatio, quam erogatio in pauperes? id ergo implicitè sta-
60 tuerunt: prohibentque etiam in consanguineos, nisi illi pauperes existãt, bona Ecclesiastica elargiri; Igitur quamuis ius scriptum de hac re expressum non habeatur, (quod negatur expresse)
61 tacitum, & non scriptum, certum est; nam semper talis fuit in Ecclesia obseruantia continuata ab incunabulis, & ab omnibus sanctis Patribus seruanda enixè commendata fuit, ius enim non scriptum ius est; scripto, & non scripto iure vtimur, ait iurisperitus, de qua etiam consuetudine in Ecclesia, testatur etiam Alex.3.in cap.d.relatum de testamentis, quæ consuetudo, cum ab Eccle-
62 siasticis fuerit introducta, Ecclesiasticum ius omninò dici, nominarique debere fatemur.

Illud etiam optimè facit, quia sem-
63 per quod Clerici fructus suos non fecerunt, hos pauperibus erogare coacti sunt; vt puta, quando officium diuinũ non recitauerint, prout in Concil.Lateranen. sub Leone X. sess.9. in Bulla reformationis Curiæ, & alibi.

Tandem verò Tridentinum Conci-
64 lium expressis, & rotundis verbis prẽceptum erogandi eleemosynas in pauperes, non solum Episcopos, verum omnes beneficia Ecclesiastica obtinẽtes, obligare; dixit, vt in sess.25.cap.1. de reformatione.

Vnde autem oriatur hoc prẽceptum
65 erogandi, quod superfluum est, & eleemosynas faciendi de eo, quod supereſt; dicemus in proprio loco in secundo opusculo, cum de reditibus Ecclesiasticis agemus; nunc autem suppositio hoc præcepto, tantum hic dicimus, Episcopos, vti Ecclesiasticos, teneri ad eleemosynas præstandas artiori vinculo, quam cæteri tenentur.

Huc vsq; attulimus quæ passim Do-
66 ctores circa elargitionem eleemosynæ scripserunt, sed hanc obligationem in Episcopis ex sacris literis Patrum sententijs comprobare non tædeat; siquidem Christus Dominus Lucæ 12. dixit suis dilectis Apostolis, atque discipulis, *vendite quæ possidetis, et da-*

te

Digitized by Google

te eleemosynam, facite vobis saeculos. qui non veteraſcunt. Thesaurum non deficientem in cælis, quo fur non appropriat, neque tinea demolitur, aut corrumpit. & Matth. 19. *dixit, ſi vis perfectus eſſe, vade vende, qua habes, & da pauperibus, & habebis theſaurum in cœlis*, &c. quaſi inſinuare velit diuina veritas, quod perfectio in elar-
67 giendo eleemoſynas conſiſtat, ſicuti apud Matth. c. 25. non obſcurè oſtendit, quod cum veniet ad iudicandum omne humanum genus in nouiſſimo die, totũ
68 iudicium de miſericordia, & eleemoſyna præſtita, vel non præſtita ſit facturus, nàm electis à dextris poſitis dicet, *venite benedicti patris mei, poſſidete paratum vobis regnum à conſtitutione mũdi, eſuriui enim, dediſtis mihi manducare ſitiui, & dediſtis mihi bibere, hoſpes eram, & collegiſtis me, nudus eram, & cooperuiſtis me, infirmus, & viſitaſtis me, in carcere eram, & veniſtis ad me*, & dicentib. electis ad Chriſtum, quando illum eſu-
69 rientem, ſitientem, nudum, infirmum, aut in carcere viderunt. Reſpõdet Chriſtus Dominus, *quod quamdiù vni ex his fratribus meis minimis feciſtis, mihi feciſtis*: & vice verſa reprobis in ſiniſtra
70 collatis dicet, *diſcedite à me maledicti in ignem æternum, qui paratus eſt diabolo, & Angelis eius, eſuriui enim, & non dediſtis mihi manducare, ſitiui, & non dediſtis mihi potum, hoſpes eram, & non collegiſtis me, nudus, & non cooperuiſtis me, infirmus, & in carcere, & non viſitaſtis me*; tunc reſpondent, & ipſi dicentes: Domine, quando te vidimus eſurientem, aut ſitientem, aut hoſpitem, aut nudum, aut infirmum, aut in carcere, & nõ miniſtrauimus tibi; tunc & reſpondebit illis, *quamdiù non feciſtis vni de minori-*
71 *bus his, nec mihi feciſtis*. Hinc D. Cyprianus in tractatu de eleemoſyna ait,
72 quid potuit nobis maius Chriſtus dicere? *Quomodò potuit magis iuſtitia, & eleemoſyna noſtra operam prouocare, quã quod præſtari id, ſibi, dixit, quidquid egenti præſtatur*. ac Diuus Paſcaſius lib. 11. in Matth. ait, *hodiè nemo eſt, qui ignoret*
73 *Deo, ſe præſtare quidquid in pauperes Chriſti tribuit*? Diuuſq; Chriſologus ſer. 8. de Eleemoſ. dixit, *manus pauperis Gaza-*
74 *philacium eſt Chriſti, quia quicquid pauper accepit, Chriſtus accepit*. & Diuus Grego-
75 rius hom. 4. in euang. hoc quod facienti in terra *porrigitis ſedentis in Cælo datis*; & Sanctus Valerianus hom. 5. de
76 miſericordia c. 5. *hoc vnum eſt, ait, in quo poſſit homo gloriari iuſtè in hac vita, nempè refectio pauperum, & quod Chriſtum veſtire quotidiè poſſit, & portiuncula panis ſaturare, nàm ſibi factum imputat*: ſubiungit Ianſenius in dicto loco Matth.
77 25. *quod alijs Deo nomine impeditur beneficij*. atq; S. Ephrem Syrus in ſermone de paupertate ait, *tenebit illũ Chriſtus coram Angelis, & ſanctis, ſtatuens in medio pradicabit illum, & oſtendet, & dicet, hic homo eſurientem me potauit, recreauit, cooperuit, propterea dico ipſi, Euge ſerue bone, & fidelis intra in gaudium Domini tui, & in vitam æternam*: Lucubrenſis. exponens eumdem Matth. *Locum*
78 *dediſtis mihi Redemptori Saluatori Domino, & Regi noſtro, vrget pronomen mihi, vt intelligatur, quare huiuſmodi operibus per ſe paruis, ac vilibus retribuet mercedem Regnum Cælorum*. Et Diuus Gregorius Nanzianz. oratione de paupertate ait
79 *nihil tam diuinum homo habet, quam de alijs benè mereri fore calamitoſo ſis Dei mi-*
80 *ſericordiam imitando*. atq; D. Io: Chryſoſtomus, *Beatus homo, ait, qui habet Deũ debitorem, pignus pro paupere, et hypothecam, et ſponſorem*: & hom. 32. ad Hebr. ait, *eleemoſyna ſui operatores intrà thronũ Dei conſtituit, amat illum Deus, &c.* & D. Bonauentura ſerm. 5. in dominicam 8. poſt Pẽtecoſten. ecce, *ait, non gratis pauperi eleemoſynam dediſti, ſed hoſpitium æternum tibi conduxiſti, præbe tectum, & accipe cælum, præbe calicem aqua frigida, accipe torrentem voluptatis æternæ*: ars ar-
81 tium potentiſſima eſt eleemoſyna, *non enim domos nobis fabricat luteas, ſed vitam æternam*. Impendit, vt dixit Lucubrenſis in Lucam c. 16. Benefacere enim alteri, naturæ conſonum eſt, na-
82 tura ipſa humana docet, hoc à brutis diſcimus, ideò Dionyſius Carth. ſupradictum locum Matth. 21. ait, *nihil enim naturalius quam benefacere conſoni naturæ; hoc gentiles & cognouerunt*; legito Ciceronem, legito Senecam, præſer-
83 tim lib. 6. de beneficijs c. 3. qui introducẽs Marcum Antonium in extremis,

atque

Digitized by Google

atque dicentem: *Hoc habeo, quodcumque dedi*, ait Seneca, *ò quantum habere potuit, si voluisset? hæc sunt diuitiæ certæ in quacumque sortis humanæ leuitate vno loco permanscre, quæ quo maiores fuerint; hoc minorem habebunt, inuidiam quæris, quomodo tua illa facias? donando, consule ergo rebus tuis, & certam sibi eorum, atque inexpugnabilem possessionem parat.* Quid plus dicere potuit Gentilis homo! & lib.4. de beneficijs subiungit: *Nihil esse beatiùs, quàm multos sibi donis, & muneribus adstringere.* Et Cicero de officijs: *Vt* 84 *maior, & propensior sit liberalitas, nullum est imperium, tamen nisi benevolentia munitum.*

Constituit Dominus Episcopos, di- 85 spensatores super familiam suam, Lucę c.12. *Sic nos existimet homo, vt ministros Christi, & dispensatores ministeriorũ Dei; hìc iam quaritur inter dispẽsatores, vt fideles quis inueniatur.* Dicebat Paulus ad Corinth. c. 4. & ad Titum c. 1. *Oportet enim Episcopum sinè crimine esse, sicut Dei dispensatorem.* Dispensatores quippè 86 bonorum, & reddituum Ecclesiasticorum vocantur Episcopi, vt dixeruut Patres Concilij Antiocheni in c. 25. quod habetur in c.Episcopus 12.qu.1. *Episcopus ibi dicitur Ecclesiasticarum rerum habent potestatem ad dispensandum erga omnes, qui indigent cum summa reuerentia, & timore Dei.* Idem dictum fuit in Cõcilio Martini Papæ c. 19. vti legitur in *c.Episcopus* 10. *quæst.* 12. *idem Vrbanus in c.videntes* 12. *quæst.*1. & sæpè sæpius legitur *in tota* 12. *quæst.* 1. *& alibi*. Vndè Gregorius in pastorali par.3. c. 21. *Ad-* 87 *monendi sunt igitur, qui iam qui possident, misericorditèr tribuant, vt à Cœlesti Domino dispensatores se positos subsidiorum temporalium, agnoscant, & tantò humilitèr præbeant, quanto & aliena esse intelligant, quæ dispensant, cumque in illorum ministerio, quibus accepta largiuntur constitutos sese esse, considerant, nequaquam eorum mentes subleuet, sed timor præmat, vt so-* 88 *let*. Et Diuus Bernardus ser. 10. super Cant. *Fidelis seruus, quem constituit Dominus super familiam suam, vt det illis in tempore tritici mensuram, ideſt illi cibum in tempore, vide, quia constitutus est, non ad imperandum, sed ad dispensandum.* Et Dionysius Cartusianus in Lucam 16. 89 *Omnia, quæ habemus*, ait, *dona Dei sunt, & eorum dispensatores, potiùs quam possessores, & Domini sumus, vtpotè rationem* 90 *de eis reddituri.* Bonaque Ecclesiæ pauperum esse dicuntur, D. Hieronymus scribens Damaso Papæ, vt legitur in c. quoniam: *Quidquid habent Clerici, pauperum est.* Et Diuus Ambrosius ad Mar- 91 cellinam sororem epist. 33. de scipso Episcopo, ait; *Quamquam quæ sunt essent pauperum*: habetur in *c.cõuenior* 23.*quæst.* 8. & Diuus Augustinus dicebat: *Non sunt illa nostra, sed pauperum, quorum procurationem quodamodò gerimus, non proprietatem, nobis vsurpatione damnabili* 92 *vindicemus.* habetur in *c.quod autem* 23. *quæst.* 7. Vndè etiam Diuus Gregorius, *lib.2. epist.2. Pondera, ò Pastor, non largi-* 93 *ris tua, sed aliena, quid ergo mirum? tota die lustrent domum Episcopi, pauperes, cum sit ea domus dispensationis verum ipsorum, possent enim vociferari ad valuas, imò ad secretum cubiculum, dicentes, da nobis nostra, alioquin contra te vociferabimur ad Dominum, rerum tua dispensationi commissarum, dicentes, Domine non vult nobis dare, quæ illi, vt nobis detur, dedisti.* Atque Diuus Basilius in Lucam 12.c.18. 94 *At tu nonne spoliator es, qui dispensanda suscepisti, propria reputando? est panis famelici, quem tu tenes, nudi tunica, quam in conclaui conseruas, discalceati calceus, qui penes te marcescit, indigentis argentum, quod possides inhumatum; quo circa tot iniuriaris, quot dare valeres.* Idem pro- 95 tinus dixit D.Ambrosius, in *c.sicut*, 47. *dist. Amico quicquam rapere, furtum est.* Dicebat Diuus Hieronymus ad Nepotianum de vita Cler. prout legitur in *c.gloria* 12. *quæst.*11. *Ecclesiam fraudare, sacrilegium est; accepisse, quod pauperibus erogandum sit; & exurientibus plurimis, vel cautum esse, vel timidum (aut quod apertissimi sceleris est) aliquid indè subtrahere, omnium prædonum crudelitatem superat.* 96 Diuus Gregorius *par.* 3. *c.* 22. *incaßum*, ait: *Se, innocentes putant, qui communem Dei munus sibi priuatim mendicant; qui cũ accepta non tribuunt, in proximorum nece grassantur, qui tot penè quotidiè præmunt, quot morientium pauperum, apud se subsidia abscondunt.*

Digitized by Google

Præcipitur itaque a Sacris Canoni-
97 bus Episcopis, vt de redditibus Ecclesiasticis, non fraudentur pauperes, vt in dicto Concilio Martini, quod refertur in allegato Canone Episcopis 10. *qu.* 1. ibi: *Sin autem Episcopus, vel qui cum eo sunt Presbyteri, aut Diaconi accusent, quia ea, quæ vel ex redditu, vel ex quolibet actu Ecclesiæ veniunt in sinus suos, colligunt, & pauperes fraudant, & fame conficiunt; hos corripi oportet, secundum quod ordinatum fuit à Concilio.* Et in Concilio Aurelia-
98 nensi 1. c. 18. ita statutum fuit: *Episcopum, pauperibus, vel infirmis, qui debilitate faciente non possunt suis manibus laborare, victum, & vestitum, in quantum sibi possibile fuerit, largiatur.* Habetur in *c. Episcopis* 82. *dist.* Episcopus quippè misericordiam erga pauperes semper ha-
99 bere debet, illisque benefacere, aliàs in vacuum nomen Episcopi tenet, vt dicebat Diuus Gregorius *lib.* 5. *epist.* 29. *seù epist.* 129. prout refertur *c. fratrem nostrum* 86. *dist.* ita scribens: *Fratrem nostrum Marinianum Episcopum verbis, quibus vales, excita, quia obdormuisse eum suspicet; dic ergo ei, vt cum loco mutat & mentem; non sibi credat lectionem, & orationem sufficere, vt remotus studeat sedere, & de manu minimè fructificare, sed largã manum habeat, necessitatem patientibus cõcurrat; alienam inopiam suam credat, quia si hac non habet, vacuum Episcopi nomen tenet;* hæc ibi, sedulò considerandæ sunt
100 hæc verba; Verè enim in vacuum nomen Episcopi tenet, qui erga pauperes non habet manus semper apertas, quoniam Episcopus pauperum Patris nomen sortitus est; si calamitatibus filiorum non succurrerit, certè Pater non est, non est Episcopus; quis vnquam Pater filium in necessitatibus eius non subleuat, non opitulatur, eisque pro omne posse succurrit? quæ Pater prætermittit pro filijs? omnia, quæ habet, filijs egentibus tribuit, relicto sibi, quod
101 sufficit ad vitam substentandam; Si ergo hoc faciunt Patres carnales, eo magis, & spirituales, prout Episcopi sunt; nam si hoc facit natura, tãto magis vbi gratia; sunt enim subditi filij per gratiam, vt optimè Ioannes Chrysostomus *serm.* 1. *ad Corinth. Oportet enim naturales Patres dilectione, & inflammati vi amoris transcendere,* vt dicebat idem Sanctus *homil.* 2. *ad Timoth.* fusiùs hoc probat Thomas Bozius de iure status *lib.* 3. *cap.* 4.

Hæc, quæ cumulaui, vera, & verissi-
102 ma sunt, sed non ita obseruantur à nobis Episcopis insensatis: & quis nos fascinauit, non obedire veritati? multa colligimus à populo, pauca largimur, & ferè omnia consumimus, nos sumus illi, de quibus scriptum est: *Qui deuorant plebem meam, sicut escam panis.* sunt verba Diui Augustini, non mea, *ser.* 52. *O diligentissimi* (sequitur Augustinus) *exactores decimarum, primitiarum, & votorum, & negligentissimi datores Verbi Dei; dicite quæso, quomodo in morte fiducialitèr commendabitis animas vestras Domino, qui hic pauperes eius non pauistis? omnis vestra cura est, vt redditus Ecclesiæ non minuantur, de diminutione verò fidei, & charitatis, minor est sollicitudo.* Quod etiam dixit D. Ambrosius *lib.* 16. *de Naboth. c.* 13. *Parietes vestistis auro, homines denudatis, clamat homo nudus, & tu sollicitus es, quibus marmoribus pauimenta vestias; pecuniam pauper quærit, & non habet, & equus tuus aurum sub dentibus madit.* Omne
103 quod possidemus, pretium est sanguinis Christi Domini, ipse enim Christus benedictus in ara crucis thesauros hos acquisiuit pro suis membris pauperibus, scilicèt erogandos; nos autem damnabilitèr nobis ipsis appropriamus. Audite, quę dicit Christus Dominus per
104 os Diui Laurentij Iustiniani *serm. de triumphis Christi; Scito, crucifixores meos, hoc in loco Pastores animarum rectores, & Ecclesiæ significare ministros, sua non mea quærentes; isti thesauros meos, quos in cruce confixus acquisiui membris meis pauperibus erogandos, consumunt, & deuorant; tanquam patrimonio proprio, meis abutuntur diuitijs, inter se vestimenta mea diuidentes.*

Gemunt pauperes fraudati à nobis
105 portionibus sibi debitis, & in miseria viuunt, deficitque eis victus quotidianus: *At propter gemitum horum pauperum, & miseriam inopum, nunc exurgam*, dicit Dominus, vt loquitur per Prophetam,
106 *psal.* quod autem me terret, est,

quia

Digitized by Google

quia idem Propheta in ſpiritu cognouit, quod *Dominus faciet iudicium inopis, vindictam pauperum*, vt teſtatur in pſal. Et quando faciet vindictam, & iudicium? in hac vita, & in futuro iudicio; in hac vita, quidem faciet vindictam, quia bonis, quę pauperibus fraudamus,
108 non permittet, nos vti felicitèr; illa alijs fruenda, tradet, iuſtè permittet; in iudicio autem nouiſſimo, quando iudicium finale faciet, quam ſtrictè iudicabit; ſi cunctis dicit, quod vni ex meis minimis feciſtis; & quamdiù illis non
109 feciſtis, mihi non feciſtis; Quid nobis dicturus erit, qui fuimus bonorum eius diſpenſatores? ſi qui non fecerunt elemoſynam, & miſericordiam pauperibus, & ægenis, ibunt in ignem æternũ, & nos quò ibimus? Audi benigne Le-
110 ctor Patres in Conc. Tolet., 4. c. 66. *Et ſi illi, qui nulla ex rebus his pauperibus Chriſti diſtribuant eterni iudicis voce in infernum condamnantur, quantò magis hi, qui auferunt pauperibus, quod nõ dederunt,* legitur in *c. & ſi illi*, 39. 12. *q.* 2. Audi D. Bernardum epiſt. 42. ad Archiepiſcopũ Sennaſſenſem: *Dicite Pontifices non quidem in ſancto, ſed fræno, quid faciat aurũ? quam tolerabilitas cernitur in sãcto, quam in fræno, hoc me etiam tacente, & ſi curia Regum, tamèn penuria pauperum clamat, ſileat licèt fama, ſed non fames, fama quidem ſilet, quia nõ poteſt mundus odiſſe vos, nam quomodo arguit mundus peccatum, à quo potius laudatur peccator in deſideriis animæ ſuæ, & iniquus benedicitur: Clamãt verò nudi, clamant famelici, conqueruntur, & dicunt, dicite Pontifices in fræno, quid facit aurum? numquid aurum à fræno repellit frigus, ſiuè eſuriem? nobis frigore, & fame laborantibus, quid conferunt tot mutatoria, vel extenſa in perticis, vel placata manicis, noſtrum eſt, quod effundiſtis, nobis crudelitèr ſubtrahitur, quod inaniter expenditis, & nos Dei pſalmatio, & nos sãguine Chriſti redempti ſumus, nos ergo fratres veſtri videte, qualis ſit, ac fraterna portione paſcere oculos veſtros, vita noſtra cadit vobis ſuperfluas copias, noſtris neceſſitatibus detrahitur quidquid accedit veſtris vanitatibus: duo itaquè mala de vna prodeunt radice cupiditatis, dum & vos vanitando peritis, & nos ſpoliando præmitis, (& poſt pauca) heù accedit, quod hæc omnia nèc negotiationis ſtudio, nèc proprio manuũ exercitio vobis elaboratio, ſed nèc iure hereditario poſſidetis; niſi fortè, & vos in corde veſtro dixeritis: hæreditate poſſideamus ſanctuarium Dei, & hæc pauperes, modo quidem coram Deo tantum, cui corde loquũtur, nec enim audẽt aperte accuſari aduerſum vos, quibus interim pro ſua vita neceſſe habent, potiùs ſupplicare; cæterum in futuro ſtabunt in magna conſtantia aduerſus eos, qui ſe anguſtiauerunt, ſtante quippè pro eis Patre orphanorum, & Iudice viduarum, ipſius enim tunc vox erit; quamdiù non feciſtis vni de his minimis meis,*
111 *nec mihi feciſtis*, hæc Bernardus Sanctus. Eadem fere ſcripſit idem Sanctus Bernardus ad Thesbaldum Epiſcopum, dicens; *iumenta gradiuntur onuſta, auro, & gemmis, & noſtra* (inquiunt pauperes) *non curatis corpore nuda, & eſurientia, & tamen hæc omnia nec negotiatur ſtudio, neque proprio manum exercitio, neque Iure hereditario acquiſiſtis, hæc pauperes coram Deo, tantum gemunt, cui corda loquuntur, non enim audent aperte cauſari aduerſus Epiſcopos, quibus interi pro tua vita neceſſe habent ſupplicare, veniet autem dies, quando ſtabunt in magna conſtantia aduerſum eos, qui ſe anguſtiauerunt, & Dominus dicet, quamdiù non feciſtis vni de his minimis meis, nec mihi feciſtis.*

112 Ad quid cumulamus aurum, ac diuitias! nonnè vt dicit Apoſtolus in 1. ad Thimoteum cap. 6., qui volunt *diuites fieri, incidunt in tentationem, & laqueum diaboli, & deſideria multa inutilia, & nociua, quę mergunt homines in interitum, & perditionem*: Radix omnium malorum eſt cupiditas; Sed quomodo radix? quia vt virtute radicis pullulãt ſtirpes,
113 rami, frondes, flores, atquè fructus, ita vitio cupiditatis pullulant pecuniarum amor, ſeruitus, cultus Dei contemptus, proximi odium, omnium etiam coniunctiſſimorum deſpectio; vt vtar verbis Ioan. à *Cochier in Theſau. politico, lib. 3. c. 19. in exemplis, nobis fol. 195.* Diuitias; quis ignorat, impedimentum præſtare ad regnum cælorum conſequendum, dum legimus apud Matth. c. 19. quod quidam ad oleſcens dum ac-
114 ceſſit ad Iesù, dixit illi; *Magiſter bone,*

Digitized by Google

quid bonifaciam, vt habeam vitam æternam, qui dixit ei, quid me interrogas de bono, vnus est bonus Deus, si autem vis ad vitam ingredi, serua mandata; dicit illi, qua? Iesus autem dixit, non homicidium facies, non adulterabis, non facies furtum, non falsum testimonium dices, honora patrem tuum, & matrem tuam, diliges proximum tuum sicut te ipsum: dicit illi adolescens, omnia hæc custodiui a iuuẽtute mea, quid adhuc mihi deest; ait illi Iesus, si vis perfectus esse, vade vendequa habes, & sequere me; cum audisset autem adolescens verbum abijt tristis, erat enim habẽs multas possessiones, Iesus autem dixit discipulis suis, amen dico vobis, quia diues difficile intrabit in Regnum Cælorum, & iterum dico vobis, facilius est camelum foramen acus transire, quam diuitem intrare in regnum cælorum. Vnde eruditissimè

115 Pater Oliua stromatum lib. 2. fol. 150. post scripta visus, scribit, *Quam enim diuitiæ noxiæ, quæ abalienare à Christo possunt, quem nequijt à legum tabulis abstrahere adolescentia? vel virtus mauult seruatore, quem flexo genu adorauit, quam Mammonę carere, quam Cælo opes inuisę, quibus ità iniquinatur vitę Sanctimonia, vt eo lucuples exulare iubeatur; vitę integritas, quamuis nullis sit obstricta criminibus, plurimisquè virtutum monilibus eniteſſent? Prob ferream argenti compedem, qua ipsa quoque coronata legibus, pietas à consequendo legislatore retardatur? Facilius est Camelum per foramen acus transire, quam diuitem intrare in regnum Dei. Subiecit Christus exilij tonitruo, cẽsernatis Apostolis, sed enim diues Machus non est: non est furatus; non periurauit, legem impleuit; haud tamen intrabit nisi forte traijci putatis rudentem posse per angustissimas acuum rimas. At submissus est tibi in genua. Non intrabit. Dilexisti tu tamen eum Christe, intuitus eũ. Exultabit nihilominus. Imò hinc quid sit actura excogitate iniquitas locuples, si Christum spernit nummata innocentia. Qui contristatus in verbo, abijt mærens. Si te piget hastæ contubernij, saltem non te pigeat cum Iesu, & fuga pudeat. Resiste cum præceptore, si cum præceptis faderari non potes. Actum de fide est; Sola recordatione prodigendarum opum reuulsus à Christo est Adolescens integritate vitæ Christo coniunctus:* Item apud Lu-

116 cam c. 6. dixit verumtamen veh *vobis diuitibus, quia habetis consolationem, non habebitis in altera gloria eterna consolationem.*

117 Deus per Amos Prophetã dixit, veh, *qui opulenti estis in Sion.* Et per Abacuc. c. 2. *veh ei, qui multiplicat non sua, vnusquisque aggrauat contra se ensem suum, &*

118 peros Dauid psal. 48. *ne timueris cũ diues factus fuerit homo, & cum multiplicata fuerit gloria domus eius, quoniam cum interierit, non sumet omnia, neque descendet cum eo gloria eius, quia anima eius in vitam ipsius benedicetur;* quasi dicat expresè Deus per Dauid, quod gloria di-

119 uitis in hac vita dumtaxàt est, non habebit gloriam in altera, nam statim subdit, & vsque in æternum nõ videbit

120 lumen; Mortuus est diues, & sepultus est in inferno; qui cum petijsset ab Abraham, vt sibi mitteret Lazarum, & digito aqua infuso refrigeraret suam linguam, quia in flamma cruciabatur, accepit responsum, fili, *recordare, quod recepisti bona in vita tua,* Lucę cap. 16.

121 Multos enim perdidisse aurum, & argentum, testatur Salamon Ecclesiastici, c. 8. & c. 10. nihil, ait, *est iniquius quam amare pecuniam, hęc enim, & animam suam venalem habet, quam in vita sua proijciet intima sua,* & c. 31. *qui aurum di-*

122 *ligit, non iustificabitur, & qui insequitur consumptionem replebitur ab ea, multi dati sunt in auri casus, & facta est in specie ipsius perditio illorum lignum offensionis est aurum sacrificantium; Veh illis, qui sectantur illud, & omnis imprudens deperiet in illo,* & Ecclesiastic. c. 5. *auarus, inquit, non implebitur pecunia, & qui amat diuitias fructum non capiet ex eis; & hoc ergo vanitas,* quæ verba exponens Diuus Gregorius in pastor. part. 3. c. 21. ait

123 *fructus quippè caperet, si eas bene spargere non amando voluisset, qui vero eas diligendo retinet, hic vtique donèc fructum derelinquet, cum repleri cunctis simul opibus inardescunt. Audiant quod scriptum est, qui festinat ditari, non erit innocens. Prouerb. 28. profectò enim qui augere opes ambit, vitare peccatum negligit, & more auium captus, cum escam terrenarum rerum auidè conspicit, non agnoscit, cum quilibet*

Digitized by Google

libet præsentis mundi lucra desiderat, ea, quæ de futuro damno patientur, ignorat; hæc Diuus Gregorius. Eruditè etiam
124 nouissimè idem quasi scripsit Pater Oliua, *enim vero cum marsupia tument, raro non tumet animus, vt plurimùm non emuncta crumena associat dridachmis viperas profluuies numorum lectum inuehit scelerum, quot sycli, tot vulcera faderantur diuitijs vitia, Iudas in marsupio tot laqueos reposuit, quot argenteos eruginat persæpè innocentia, si pera fulgurat, criminum magnes aurum est.* Et Ecclesiastic. autem ibidem subdit: est *& alia infirmitas pessi-*
125 *ma, quam vidi* sub sole *diuitiæ sic conseruatæ in manu domini sui.*

126 Diuitiæ, Spinæ sunt, quæ lacerant mentem hominis, & suffocant illam, vt non possit dignè operari, sicut ipsa diuina veritas testatur apud *S. Lucam, c.* 8. *aitenim: quod autem inter spinas cecidit, hi sunt qui audierunt, & à solicitudinibus, & diuitijs, & voluptatibus vitæ euntes suffocantur, & non referunt fructum suum*, vbi Gregorius in homilia dominicæ Sexa-
127 gesimæ, dicit, *Quis mihi numquàm crederet, si spinas diuitias interpretari voluissem, maximè cum illæ pungant, istæ delectent, & tamen spinæ sunt, quæ cogitationum suarum punctionibus mentem lacerant, & cum vsque ad peccatum pertrahant, quasi inflicto vulnere cruentãt.* Egregiè quoquè Diuus Bonauentura, in dicto loco Lucæ subiungit, *merito diuitiæ*
128 *comparantur spinis, non quia fructum non afferunt; sed tum quia fructur impediunt, tùm etiam quia habentem affligunt secundum illud, peccatori autem dedit afflictionem, & curam superfluam, vt addat, & congreget; saturitas diuitis non sinit eum dormire, vnde quasi super spinas iacet;*

129 Venerabilis Beda adductus à S. Bonauentura, loco cit. ait, diuitiæ, *& si delectare videntur, tamen possessoribus suis, spinæ sunt, quia cogitationum suarum punctionibus mentem lacerant; quę auidè quęruntur, & sollicite seruantur*, & Salmer. tit. 7. tract. 4. ait, *spina crucians, cogitatio*
130 *est comperandi diuitias, labor in illis augendis, & cumulandis, timor in illis amittendis, dolor in eis expendẽdis.* Ac D. Chrisosto. homil. 45. in Matth. ait, *ne mireris*
131 *si nomine spinarũ delicias appellauit, acerbissimos dolores, tam animę quam corpori inferentes, quemadmodum acuti vepres vndecumque capiuntur, constringuntur manus cruentant, eodem modo deliciæ pedibus, manibus, capiti, oculis omnibus similiter membris officiunt.*

132 Impediunt, inquam diuitiæ, vt Deo tota mente, vti tenemur, seruiamus, vt ipsemet Christus Dominus falsus est, *Matth. 6. & Lucæ 16., non potestis seruire Deo, & mãmonæ*: ait Diuus Hyeronimus, in dicto Matth. 6. *non posse simùl diuitijs, Christoquè seruire*; mamona sunt diui-
133 tiæ, quæ contraria Christo præcepit, *vt ait Diuus Chrisostomus, homil. 39. in Ioannem, si quidem Christus dicit, da egentibus mamona, rape ab indigentibus: ille pius esto, & mansuetus, hęc crudelis, & inhumanus*; dicuntur autem mamona iniquitatis, qui vt dicit: Vgo Cardinalis, in Lucã 16. *solent facere homines iniquos, ideò statim* Christus Dominus subdiet
134 in d. loco, Matt. 6. *ideò dico vobis, ne solliciti sitis anima vestræ, quid manducetis, aut corpori vestro*, quid induamini, quod repetijt S. Lucas, c. 12. Cauete ab om-
135 ni etiã auaritia, iussit Christus Dominus, *Lucæ dicto cap. 12. Cauete dixit ab omni auaritia, quia non in abundantia cuiusquam est vita eius; ex his, qui possident; dixit autem similitudinem ad illos, hominis cuiusdam diuitis, habentis fructus, quid faciam, quia non habeo quo congregem fructus meos! & dixit, hoc faciam, destruam horrea mea, & maiora faciam, & illuc congregabo omnia, quæ nata sunt mihi, & bona mea, & dicam animæ meę, Anima habes multa bona posita in annos plurimos, requiesce, comede, bibe, epulare, dixit autem illi Deus, stulte hac nocte animam tuam repetent à te, quæ autem parasti, cuius erunt? sic est, qui sibi thesaurizat, & non est in Deum diues, iussitquè suis discipulis, ne au-*
136 *rum, vel argentum haberent, & non debere thesaurizare thesauros in terra, vbi erugo, & tinea demolitur*, Matth. 6. Author imperf. homil. 15. ait, *nolite thesaurizare vobis thesauros in terra, quia non estis de terra, nec de terra venistis, sed pro tempore de terra ius cępistis, totam illic substantiam colloca tuam, vbi patriã habes.*

137 Hanc veritatem etiam agnouerunt Gentiles, nam Seneca de vita beata

c. 16.

Digitized by Google

c. 16. *ſcribit diuitiæ enim apud ſapientem virum in ſeruitutem ſunt, apud ſtultum in imperio:* atq; epiſt. 115. exprobauit ſua tempora, propter affectum diuitiarum,
138 dicens; *Tanta eſt miſeria huius temporis, vt nullus habeatur magis nobilis, quam qui eſt plurimum dives;* quod ex Seneca ſcribit Saluianus, lib. 3. de prouidentia, & Cicero lib. 2. de officijs ait, *caput eſt in omni procuratione negotij, & muneris publici, vt auaritiæ polluitur etiam minima ſuſpicio, nec vllum tetrius vitium, quam auaritia, præſertim in Principibus, &* Rem-
139 *publicam adminiſtrantibus*. Valerius Maximus lib. 4. cap. 11. *demum penates, ait, ea ciuitas, id regnum æterno in gradu ſtare poteſt; vbi minimum pecuniæ cupido ſibi vendicat*: & Salluſtius ad Cæſarem de Republica, ordin. *ait, in cæterum auaritia bellua fera immanis intoleranda*
140 *eſt, quæ incendit oppida, agros, fana, atquè domos vaſtat, diuina cum humanis permiſcet; atquè* idem conſulebat Cæſari, vt ſeſe ſuiſquè pecuniæ ſtudium conferret, dicens, *neque aliter, priuata res, neque publica, neque militia regi poteſt*; Atquè ſa-
141 tis eruditus Boet. de conſolatione, lib. 3. proſ. 8. quem citat, & affert verba Theatrum in litt. D. verbo diuitiæ, ait, *quantis implicitæ ſint malis breuiſſime monſtrando, quid enim pecuniam vè congregare conaberis? ſed eripias habenti, dignitatibus fulgere velis? donanti ſupplicabis, & qui præire cæteros honore cupis, poſcenti, humilitate vileſcis: potentiamvè deſideras? ſubiectorum inſidijs obnoxius, periculis ſubiacebis: gloriam petis, ſed per opera quaquè diſtractus, ſecurus eſſe deſijſti. Voluptuariã vitam degas, ſed qui non ſpernat, atquè abijciat, viliſſimæ fragiliſſimæ rei corporis*
142 *ſeruitium*. *Atquè* Petrus Bleſenſis in ep. 81. ità ſcribit *quondam Philoſophiæ profeſſores execrabantur diuitias, nec putabant cum earum ſollicitudine aliquam obtineri prudentiam, aut digne in caſtris diſciplinalibus militare, ideoquè cum Pater Democriti filio ſuo tantas reliquiſſet diuitias, quibus exercitum Regis Xerſis poterat vno die procurare, Democritus patrimonium ſuũ donauit Patriæ, & Athenis in diſcendo, & docendo dies ſuos continuans ſtudioſam militiam conſumauit in aurea paupertate. Crates Thebanus proiecto in mare non paruo pondere auri: abite, inquit, diuitiæ peſſimę, ego vos ſubmergam, ne ſubmergar à vobis.*

143 Educto populo electo à Moyſe ab Ægypto in deſertum, vt illum produceret in terram promiſſionis, Moyſes ſingulis diebus, à mane vſquè ad Veſperam vacabat, ſolusquè tendebat, vt populum iudicaret, videnſquè hunc maximum laborem Iethro eius Socer Sacerdos Madian. dixit Moyſi, *non bonam rem facis, ſtulto labore conſumeris & tu, & populus iſte, qui tecum eſt vltrà vires tuas, eſt negotium, ſolus illud non poteris ſuſtinere, ſed audi verba mea, atquè conſilia, & erit Dominus tecum, eſto tu populo in his, quæ ad Deum pertinet, vt referas, quæ dicuntur, ad eum oſtendenſquè populo cærimonias, & ritum colendi, viamquè, per quam ingredi debeant, opuſque quod facere debeant. Prouide autem de omni plebe viros ſapientes, & timentes Deum, in quibus ſit veritas, & qui oderint auaritiam, & conſtitue eos tribunos, & Centuriones, & quinquagenarios, & decanos, qui iudicent populum omni tempore. Exod. cap.* 18. quare autem conſulit Iethro, vt eligeret Moyſes viros, qui oderint auaritiam, niſi quia, vt vtar eiſdem verbis Ioannis
144 à Cochier. in theſaur. polit. lib. 3. c. 19. quod iudicium in eo, qui pecunias ſemper adſtupet? quod conſilium in deliberationibus, cuius mens cumulandis theſauris accenditur? imò quæ fides in eo eſſe poterit, qui bonum publicum ſpernit, priuatumquè ſolicite quærit, & ambit, nimirum nihil penſi, neque ſancti habet præutilitate priuata. Cumquè ſenuiſſet Samuel, poſuit filios ſuos,
145 iudices ſuper Iſrael, nempè Ioel, & Abia, qui non ambulauerunt in vijs eius, ſed declinauerunt poſt auaritiam, acceperunt munera, & peruerterunt iudicium. Vnde congregati maiores natu Iſrael venerunt ad Samuelem, dixeruntquè ei, ecce tu ſenuiſti, & filij tui non ambulant in vijs tuis, conſtitue nobis Regem, vt iudicet nos; igitur ablata fuit poteſtas à filijs Samuelis, eo quod corruperant iuſtitiam propter auaritiam.

146 Igitur ſi quilibet homo alienus eſſe debet ab auaritia, à diuitijs congregandis,

Digitized by Google

dis,à cupiditate; quanto magis Episcopus, qui Princeps est Ecclesiasticus, qui Pastor est ouium, qui saluti animarum sui gregis enixè incumbere debet. Ideo Diuus Paulus ad Timoth.c.3. inter cæteras qualitates, quas in Episcopo requisiuit,dixit *non cupidum*; sciebat enim
147 Paulus, quod cupiditas erat radix omnium malorum, vt in eadem ad Timoth.cap.6. sciebat esse Episcopum dispensatorem,non dominum.Inde tena-
148 cem repellerunt Canones ab hac dignitate cõsequenda, vt in Can. Archidiaconũ Floren.85.dist. atquè Leo. Antolio Episcopo Constantinopolitano, prout refertur. cui nam 47.dist. tit. vtinam *Catholicum,& precipuè Dei Sacerdotem, sicut nullo errore implicari, ita nulla oportet cupiditate violari, dicente sacra scriptura: post concupiscentias tuas non eas; mens enim potentia auida, nec abstinere nouit à vetitis,nec gaudere concessis, nec*
149 *pietati adhibere consensum*. Et D.Gregorius,lib.7.ep.110.ait, *bonorum auctori in hanc aliter instruere non valemus, nisi cupiditatem à nobis(quæ omnium malorum radix est) abscindamus*, habetur in c.bonorum 47.dist.& Diuus Ambrosius ait, *nihil tàm asperum, tam perniciosum est, quamsi Ecclesiasticus maximè qui in sublimi loco est,diuitijs seculi studeat,quid enim execrabilius est in Episcopo, quam cupiditas? quia mens excæcata cupiditate, quid expediat, non videt; semperque pecuniam intuetur, reditusque computat, animarum lucrum non quærit, sed crumena, pro qua implenda,nihil omittit,sua dumtaxat quærendo, non quæ Iesu Christi*: Audiat benignus Lector D.Bernardum, lib. 4. de consideratione ad Eugenium, c.6. *Mi-*
150 *rares satis,semperque Episcopi ad manus habeant quibus animas credant, & cui suas committant facultatulas non inueniunt, optimi videlicet existimatores rerum, qui magnam de minimis, paruam, aut nullam de maximis curam gerunt, sed vt liquido datur intelligi, patientius ferimus Christi iacturam, quam nostram, quotidianas expensas quotidiano reciprocamus scrutinio, & continua Dominici gregis detrimenta nescimus;de pretio escarum, & numero panum cum ministris quotidiana discussio est,rara ad modum cum presbyteris celebra-*
151 *tur collatio de peccatis populorum*. Consideret quæso beneuolus lector, quod scribit S.Zenon. Episcopus Veronen. ser.3.de auaritia. *Rectè,Fratres,Deus odit auaritiam, est enim libido profunda, cupiditas cæca, tempestas insana, rapacitas sine fine, sollicitudo sine requie, ad sua nũquam perueniens vota, quia satiari non nouit, fidem frangit,charitatem negligit,iustitiam negat, non cognoscit affectus, iura diuina contemnit, humana virtutis argumentis excludit, orbem totum, si possit, vt rapiat; vultis scire,quale calamitatis sit genus? sane plus in eum, qui eam dilexit, quam qui*
152 *viderit,habebit vitam æternam*. Hæc ille. Caput nostrum Christum, scilicet, intueamur, & vt ei seruiamus, oportet nos expeditos esse ab omni deliciarum, & cupiditatum illecebra, ideo dicit Oliua Stromatum, lib. 3. fol.224. *rari angues in Ecclesia, quamuis Christus clamet estote prudentes,sicut serpentes.*

153 At Episcoporum, & Prælatorum multitudo nostri sæculi dicit, prout proprijs audiuimus auribus, Dignitas Episcopalis cum decore manuteneri debetur, alias in ludibrio erit, vilescit, & ab omnibus cõculcatur;Si enim Episcopus non viuit cum aliquo fastu, cum pompa,cum familia numerosa,cum domo bene ornata, cum ornatu vestium, cum mensa lauta, & cum luxu,non poterit suam dignitatem Ecclesiasticam, & Ecclesiasticos tueri, & resistere oppressoribus Ecclesiasticæ libertatis, sæpe conetur, & in ludribium erit.

154 Sed in contrarium est veritas, nam dignitatis suæ authoritatem, non fastu, sed vitæ meritis quærere debet, definitum enim fuit in Concilio Carthaginensi 4. c.15. prout refertur in cap. Episcopus, 41.dist. in quo legitur, *Episcopus vilem supelectilem, & mensam, & victum, & pauperem habeat, & dignitatis suæ authoritatem fide, ac vitæ meritis quærat; morum grauitas* requiritur in
155 Episcopo, Alexander 3. in Concilio Lateranensi habetur, in c. cum in cunctis de electione,& electi potestate: Virtutes enim, quibus vestitur anima, illæ sunt veræ opes,quæ clarificant ho-
156 minem, vt dicebat D.Bernardus, ser. 4.de aduentu, & Christus Dominus cla-

Digitized by Google

clare ostendit apud S.Matth.,c.23.dum dixit,*Veh vobis Scribę,& Phariſei hypocrites, quia ſimiles eſtis ſepulcris dealbatis, qua ſi foris apparent hominibus ſpecioſa, intus vero plena ſunt oſſibus mortuorum, & omni ſpurcitia, ſic & vos inforis quidem paretis hominibus iuſti: intus vero pleni eſtis hypocriſi,& iniquitate*; oſtendere voluit Dominus, quem debere virtutibus eſſe ornatum, quæ in anima, non in exteriora conſiſtunt, & dixit Propheta dum recinit, *Filiæ Regum ab intus circumornatæ varietatibus*, pſalm.

157 Ornatum requirit Epiſcopum Paulus ad Timotheum 1.c.3. ſed quomodo ornatum,moribus,dixit Petrus ad Clementem, vt refert idem Clemens in epiſtola 1. ad Iacobum Fratrem Domini, tomo 1.conſil.fol.32.col.2.dicēs: *Ornatum moribus oportet eſſe, qui in Cathedra vult ſedere. Audi Diuum Hieronymum ad Nepotia. Vis ſcire, quales Deus*

158 *quęrat ornatus,habeto iuſtitiam,temperantiam,prudentiam,fortitudinem, nihil enim hoc membro prętioſius, nihil hac gemmarum varietate diſtinctius, hæc enim ornamenta tibi ſunt,& ſcuta*;Audi D. Ambroſium de dignitate Sacerdotali c. 4.

159 exponens præfatum dictum Apoſtoli, *ſi iuxtà ſenſum, ait,ſi litera tantum reſpiciamus non aliud Sacerdotes, quam amictum quærimus clariorem, Vg. Caſtorianas quærimus, & ſericas veſtes, & ille ſe inter Epiſcopos credit eſſe altiorem, qui veſtem induerit clariorem, ſed Sanctus Apoſtolus taliter ſe intelligi non vult, quia non carne Epiſcopum, ſed mente docet eſſe ornatum, vt ille Sacerdos placeat Deo, qui animam habuerit compoſitā Deo, hæc ille Sanctus*; Sanctus quoque Auguſtinus, in Epiſtola 73.ad Poſſidonium ſcripſit,dicens; *Num verus ornatus maximè Chriſtianorum, & Chriſtianarum non tantum nullus fucus mendax, verum ne auri quidem iuſtiſque veſtiſque, pompa, ſed mores boni ſunt*; Hæc Auguſtinus de omnibus

160 Chriſtianis; quid diceret de Epiſcopis? Sacerdotes Dei induantur iuſtitiam,dicit Propheta,pſalm.137.Scribit Stob. ſerm.1. de prouidentia, lib. 7. de Phocione, Duce Athenienſis; *Vnicam virtutem potentem, reliqua omnia nugas eſſe*; & Xenophon.in exped. Cyri, *nihil homini cuiuſuis,ac præcipuè ei, qui in alios imperium habet, nullas opes exiſtimo, pulchriores, aut honeſtiores, quam virtus ſit, quam iuſtitia,quam animi magnitudo,quas qui poſſident, non poteſt, non diuitijs plurimum abundare exemplis: & optime Orator*

161 *Romanus in 2. de officijs, itaque, ait, eos viros ſuſcipiunt, maximeque afferunt laudibus, in quales exiſtimant ſe excellentes quaſdam,& ſingulares virtutes proſpicere; deſpiciunt autem eos,& contendunt in quibus nihil virtutis, nihil animi,nihil neruorum ſpectant,& paulo poſt comendantur ij, qui nec ſibi, nec alteri proſunt, vt dicitur, in quibus nullus labor,nulla induſtria, nulla cura eſt, admiratione autem quadam afficiunt ij, qui ante ire cæteros virtute præbeantur, & inferius, tum quis non admiratur ſplendorem, pulchritudinemque virtutis.* Exemplis, & dictis illuſtrat Ioannes à Cocchier. in theſaur. politico, lib.1.

162 c.4. *Turpe enim eſt ſapienti*, ait Amianus lib.25 *cum animum habeat, captare laudes ex corpore.* Laudabilia: *ſunt virtu-*

163 *tes, ab ipſarum namque actionibus laus emergit*, dixit Ariſtotiles moralium 1. c.2.ag idem philoſophus, licet gentilis,

164 docet,*quam potius abundare debent virtutibus, ſicut bonis animi*, quam externis; ſic ſcribēs ſeptimo politicorum cap. 1., *Diſcordant tamen in quanto,atquè exceſſu, nam virtutis quidem ſatis habere ſe putāt, quantumcumquè habeant, diuitiarum vero, atque pecuniæ, potentiæque, & famæ, & huiuſmodi omnium infinitum exceſſum, etiam per opera ipſa fidem ſuſcipere cernentes,quia homines acquirūt, at vero nos illis dicemus,quia facile eſt de his etiam per opera ipſa fidem ſuſcipere cernentes, quia homines acquirunt,& conſeruant,non virtutes externis bonis, ſed externa virtutibus ipſa beata vita, ſiue in gaudio poſita eſt, ſiue in virtute, ſiue in ambobus, magis exiſtit moribus, & intellectu in exceſſu ornatis, mediocra vero externa poſſidentibus, quā his, qui in externis plura poſſident, quam opus ſit, & qui in illis deficiunt, quin etiam ratione, licet hoc pro ſe intuitu; nam externa quidem bona finem habent,tamquam inſtrumentum quodam; omne autem vtile eſt tale vt exceſſus,vel noceat habenti,vel certe nihil proſit: At bona animi quanto magis accedunt,tanto magis vtilia ſunt,ſi quidem*

non

non ſolum honeſti, verum etiam, vtilis appellationem illis tribuere oportet : Hæc
165 Ariſtotiles, qui etiam vtitur alia ratione, quia anima prætioſior eſt pecunijs, ac etiam quia externa animi gratia expeti nata ſunt; & ideo omnes recte ſentientes illa ſic expetere oportet, non autem animum gratia illorum: atque concludit ille philoſophorum Princeps, quod tantum *Felicitatis vnicuique contingit, quantum virtutis, atque prudentiæ, & quantum ſecundum has operatur.*

166 Si igitur quilibet homo priuatus plus virtutibus, quam diuitijs pollere debet, vt ſit apud homines Reuerendus; quanto magis Eccleſiaſticus, quanto potius Epiſcopus. Optime P. Oliua in genes. c.
167 27. fol. 128. *Cur tanto cum honore Principes adeunt ad Iſaccum, quem paulo ante expulerant? Num auctus opibus, num haredibus, & proſe fultus numeroſiori? Num Regibus gratior factus? Duos, quos ſciam puteos effodit, nihil præterea acceſſionis factum eſt toto patrimonio eius. Cur ergo modo colunt, quem ante non multos dies ſunt execrati? Deum vidit. Item demirati, & reuiriti ſunt Iſacco opes, ſed viſiones, & quem eiecerunt locupletem, coluere ſanctificatum? audi cum enim Iſaac dixiſſet eis &c. ineamus fadus &c. ò vtinam id Eccleſia Principes intelligerent, plurimi fit à Rege, & Principibus Iſaac, non quod illo anno centuplum acceſſuerit, nec quod plurimum ouium, & familiæ habent, nec quod Eſau ſponſas duxerit ex genere primario, ſed quod illi Dominus apparuerit, præſtoque ſit, vidimus tecum eſſe Dominum, & idcirco diximus ineamus fadus: nonne apertiſſime prophetatum hoc legimus in Eſaia 60. leua, inquit, Eccleſia oculos tuos &c. ortus tui, ò inundantia felicitatis, & vnde tantus populorum, & Regum ad Eccleſiam concurſus? ob auratos currus, in quibus Præſules circũuehuntur? an ob familiam, qua illos circũſtat? ſuper te, inquit, orietur Dominus, & gloria eius in te videbitur, & tunc ſequitur, ambulabunt gentes in lumine tuo, & Reges &c. gloria, inquit, eius, non gloria ſeculi, non pompa, non auꝛg, quod magnificentius Hieroſolimis, quid humilius Bethelem? & tamen hanc quærunt Reges, illam ſpernunt, quia ibi Herodes, hic Chriſtus, & tu Bethelem terra Iuda, nequaquam minima es in principibus Iuda, Cur? forte multum auri in te inuenctum eſt, forte adificijs ornata es? forte abundans frumento, vino, & oleo? nihil eorum extulit Bethlem, ſed Chriſtus, & quidem reclinatus, & natus in fano, ex te enim exiet Dux, qui regat populum meum Iſrael; ſic Magi vidimus, inquiunt, Stellam eius in Oriente, & venimus: non pompa, ſed ſydus allexit magos, Reges enim non in te magnificent terrena, ſed cæleſtia, ſic Regina Saba aduenit non propter aurum, ſed propter ſapientiam Salomonis.*

168 Ornatum dicimus itaque illum, qui virtutibus pollet; nam cætera abhominabilia ſunt; ſcripſit D. Bernardus ad Eugenium lib. 1. *ibi ſacerculo, ibi opus eſt non ſceptro: abſit quod delicijs reſoluaris, aut pompis.* & Paulo poſt, *non blandiatur tibi Cathedra excelſa, eſt in ſpecula, vnde omnia proſpectes, vnde ſolicitudine vigearis omnium Eccleſiarum, non auri, & argenti, quę in te abhominabilis erit.* Com-
169 probat hæc ſcripta Petrus Damianus in Epiſtola, quam ſcripſit ad Cardinales Epiſcopos, quam refert Baron. anno 1061., ſub num. 48. ibi dum *Sacerdotis meritum non nitor efficit veſtium, ſed ſpiritualium norma virtutum, & non micantia margarita, vel gemmę, ſed mores aurei deceant Sacerdoti, ſicut enim vera Sacerdotis humilitas Deum ſibi conciliat: & cætera eius comendat; ſic arrogantiæ tumor, & vanitatis ambitio diuina aduerſus ſe indignationis iracundiam prouocat, & contra bonum, quod aliquando eſt operatus, pugnat,*
170 *& idem* Pater Oliua nuper poſt ſcripta viſus, in Eſdr. c. 2. lib. 2. fol. 522. vbi virtutes, ac paupertatem, verum ornatum, ac pompas veriores eſſe Eccleſiarum docet, idem dicit in cantica fol. 88.

171 Potentia diuitiarum, & paupertatis humilitas, ſublimiorem, vel inferiorem Epiſcopum non facit, vt dicitur in c. legimus 93. diſt. ſiue enim Epiſcopus ſit locuplex, ſine pauper, in eadem veneratione eſt habendus, quia in eo dignitas ordinis, & non potentia diuitiarum eſt honoranda. *Marianus Soccin. in cap. epiſcopalia de priuilegijs, n. 12. vbi cæteri canoniſtæ, & nouiſſime Proſper Fagnanus n. 33., non enim refert, quomodo diues ſit* Epiſcopus, ſed quomodo Chriſtum ad

Digitized by Google

viuum exprimat, non opum munificentia: *Zeli pompa ad Sacerdotes accurritur* Oliua in *Exod. lib. 1. c. 9. fol. 79. col. 2.*

173 Ornatu si quidem etiam exteriori debet esse Episcopus decoratus, at decorem, & modestiam adhibere debet; vt dixit D. Hyeronimus ad Timot. 1. c. 2. scribens, *Ornatus dicitur, qui decorem seruat in motu, incessu, habitu, & sermone*: nam vt scripsit Salomon Ecclesiastici c. 19. *Ex visu cognoscitur vir, & ab occursu faciei cognoscitur sensatus, amictus corporis, & risus dentium, & ingressus homi-*
174 *nis enunciant de illo*; inde Diuus Ambrosius in lib. 1. officiorum c. 18. ait, *Habitus enim mentis in corporis statu cernitur*. Et Diuus Grisologus in Ioan. 8. homil. 52. *Interiores affectus, ait, exterior*
175 *habitus indicat*; modestiã itaque in vestibus adhibere debet, nam vt dicebat Seneca epist. 47. *Stultissimus est, qui homi-*
176 *nem ex veste existimat*. In Episcopo solertia non ornamentorum superbia fulgere debet, vt erudite Pater Oliua Stromatum lib. 2. fol. 152. nam ad curandas animas destinatur, ideo plus de myrra, quam de manica sollicitus esse, debet, mortificatio in manibus, non or-
177 namentum in tunica, est ad hoc opus necessaria Pater Oliua in cant. fol. 88.

178 Sacri Canones ab quo prohibuerunt Episcopis vestes splendidas: Statuitur in septima Synodo cap. 16. *Refertur in c. omnis 21. q. 4. ibi; eos ergo Episcopos, vel Clericos, qui se fulgidis; & claris vestibus ornant, emendare oportet, quod si in hoc permanserint, eptimio tradantur*: à priscis enim vsque temporibus subdit canon ille; *Omnis Sacratus vir, cum mediocri, & vili veste conuersabatur*, & Paulo postea, *Audierant enim ex Dei sana lingua, quia qui mollibus vestiuntur in domibus Regum sunt*: & in Concilio Gangrensi c. vlti-
179 mo, *Patrimonium cum veste humili non reprobamus, sicut etiam ornamentum praeter corporis diligentiam infucatum laudamus, dissolutos autem, & fractos in vestibus incessus non recipimus*, & Inn. Papa 2. in concilio Lateranensi, c. 4. quod habetur in cap. *precipimus*, 21. q. 4. ita statui-
180 tur. *Precipimus, vt tam Episcopi, quam Clerici in statu mentis, in habitu corporis, Deo, & hominibus placere studeant, & nec in superfluitate scissura, aut colore vestium, nec in tonsura intuentium; quorum forma, & exemplum esse debent, offendant aspectum, sed potius quod eorum deceat sanctitatem praeferant*. Exant de hoc multi alij Sacri Canones, quos ex condicto omitto; hos videre poterit beneuolus lector apud Emanuelem Gonzalez c. Clericis officia, de vita, & honestate Clericorum, n. 16. omnibus tamen
181 notum est in cæremoniali Episcoporum expresse caueri Episcopos, laneis vestibus vti debere; vt in lib. 1. cap. 1. Improbandus omnino est vsus, qui ino-
182 leuit hoc sæculo, nam Episcopi, vt plurimum breuioribus vestibus vtuntur, etiam in magnis Ciuitatibus, & quasi dedignantur gestare vestes illas, quæ illos magno honore afficiunt; ò sæculum execrandum; vestes namque istas breuiores gestare omnibus Clericis vetitum est; *Vt legitur in Cõcilio Martini Papa 4. cap. 41. in cap. non liceat, il 2. 32. in ordine 23. dist. ibi, & secundum*
183 *Aaron, vestem talarem induere, vt sint habitu ornato*; & Zaccharias Papa in Synodo Romana. c. 3. disposuit Episcopos, *& cæteros Ecclesiasticos, non debere vti, nisi tunica Sacerdotali, pront legitur in c. Episcopi 16. q. 4.* vbi glossa explicat, tunicam Sacerdotalem esse tunicam talarem, & in Concilio Lateranensi, sub
184 Innocentio 3. cap. 16. quod habetur in cap. clerici de vita, & honestate Clericorum, statutum fuit, *quod Clerici clausa deferant indumenta, nimia breuitate, vel longitudine non notanda*. Item in
185 Concilio Londinensi, sub Gregor. 9. ibi, *in mensura decenti vestes habeãt, gestantes in omnibus habitum honestatis*; in
186 Rauennatensi concilio 3. sub n. 10. dicitur: *Statuimus, & mandamus pro honestate habitus Clericalis, vt vestimenta sint eorum talaria*. In Basilien si concilio ha-
187 betur, *vestes deferant talares*. Leo X. in bulla reformationis clare statuit, vestes *vsque ad talos saltem dimissos*. In Sẽ-
188 nonensi concilio; *Vestes eorum sint ta-*
189 *lares*; In Narbonen. decori *indumento, nempe talari vestes incedant ornati*. In
190 Reomensi sect. 8. *Praterea veste Ecclesiastica, eaque talari, ac decenti vtantur*.
191 Et optime in Aquinensi, Anno 1585.

de

Digitized by Google

de vita, & honestate clericorum ita dispositum, *vestem exteriorem quidem ta-*
192 *lare, ideſt pallium oblongum, interiorem autem ſcilicet tunicam ſaltem vſque tibiæ medium*, quæ talaris in ciuitate *vtraque esse debent, in itinere vero breuiorem permittimus, ſed ne omnino ſupra genua ve-*
293 *tamus*; Vestis namque oblonga venerabilis est, ac propria virorum sapientiſi; ex Elia Cretensi ad oratione 4. D. Greg. Nanzianzeni, Emanuel Gonzalez in dicto capitulo clerici, de vita, & hone-
194 state clericorum, & quamuis laicis viris gestare vestem oblõgam sit luxus, attamen vestis talaris semper Clerico-
195 rum propria fuit, vt potè quæ illis quamdam venerationem, & decorem prębet. Habuitque originem ab Hæ-
196 breis, apud quos erant vsitatæ istæ talares vestes, vt patet in Genesi c. 35. vbi de Ioseph legitur, nudauerunt eũ fratres eius tunica talari; & de Christo Domino, cum pedes Apostolorum lauare vellet; *dicit Euang. Io: c.* 13. *quod deposuit vestimẽta ſua, et prębinxit ſe, etc.* & cum Angelus eductur⁹ esset Petrum de carceribus, dixit ei, *prębingere, & circumda tibi vestimentum tuũ. Act or. c.* 12 benè obseruauit antè me idem Emanuel Gonzalez, loco cit. sub n. 5. Indè
197 Leo Papa in Synodo Romana cap. 12. *ſtatuit ſine ornatu Sacerdotali extrà domos Sacerdotes apparere non conuenit, ne vt aliquis ſaculariũ iniurias patiatur*, habetur in cap. sine ornatu 21. q. 4. Audi
198 Bernardum lib. 3. de consideratione ad Eugenium, *quid ſibi vult*, ait, *quod Clerici aliud eſſe, aliud videri volunt, id quidem inſolitum minuſq; ſincerum nempè habitu milites, queſtu Clericos actu neutrum exhibent, nam nec vt milites pugnant, nec vt Clerici euangelizant, cuius ordinis ſunt? cuius verumque eſſe cupiunt, vtrumque deſerunt, vtrumque confundũt; vnuſquiſque, inquit D. Paulus* 1. *ad Corinthios cap.* 15. *in ſuo ordine reſurget, iſti in quo? An qui ſine ordine peccarunt, non ſine ordine peribunt?* hæc ille. Sed audi Iuliani Apostatæ decretum, quod af-
199 fert Gonzalez, loco cit. nu. 20. illud *verò dicere Sacerdotes arbitror, vt quamdiù intrà templi ſepta ſacris operantur, ornatiſſimam veſtem habeant; extrà templũ communi, neque ſumptuoſa nimis vtantur, non enim rationi conuenit, vt ijs, quæ ad honorem Deorum nobis commiſſa ſunt, ad inanem ambitionem, & gloriam abutantur, quamobrem ab exquiſitore in foro veſte, tum faſtu, arrogantiaque prorſus abſtinendum.* hæc ille Imperator Apostata, & hęreticus, quod vtinam nos Catholici, & Ecclesiastici obseruaremus;
200 Decet namque Episcopum dum diuina peragit, prætiosissimis vti vestibus; prout sẽper mos fuit in Ecclesia, atta-
201 men extrà Ecclesiam humilibus vtebantur, vt videre est *Diuum Basilium in eius regula, c.* 22. *atque de ornatu Episcoporum consule Barbosam de potestate Episcopi, tom.* 2. *tit.* 2. *glos.* 7. *Pac. Iordan. tom.* 1. *lib.* 1. *tit.* 16. qui non solum in vestibus modestiam adhibere debet Epi-
202 scopus, verum etiam in cibo, nam & mensam frugalem habere debet, vt monet Apostolus in dicto ad Thimot. c. 3. *ſobrium, & non vinolentum oportere eſſe Episcopum, & alibi, ſobriè, & iuſtè viuamus, expectantes beatam ſpem, &c.* & ad Romanos c. 13. *non in commeſſationibus, & ebrietatibus*. Et Christus Dominus noster Matth. 6. prohibuit solicitudi-
203 nem hanc comedendi, & bibendi, dicens, *nolite ſolliciti eſſe, dicentes, quid manducabimus, aut quid bibemus*, vbi Vgo Cardinalis, dicit *non ait, nolite*
204 *quærere, vel ſolliciti eſſe de cibo, ſed expreſſit, quid manducetis, aut quid bibetis, quod potius referatur ad qualitatem ciborum, quam ad ſubſtantiam, quaſi dicat, nolite quærere cibos delicatos*; Diues enim ille, de quo S. Lucas c. 16. qui epula-
205 batur quotidiè splendidè, sepultus fuit in inferno, splendidè epulatus fuit, vt explicauit ibidem Dionysius Car-
206 thusianus, *delicatè, crapulosè, ſuperfluè, pomposè excedendo in ciborum, & potuum multiplici varietate, exquiſita præparatione, pretioſa conſumptione, vaſorum ornatu curioſo, atque in ijs aſſiduus fuit*; nec legitur de hoc in Euangelio, quod fuerit calumniator pauperum, oppressor pupillorum, expoliator viduæ, persequutor, vt considerauit *Diuus Augustinus homil.* 7. Ità tamèn dicitur, quod diues erat, & epulabatur quotidiè splendidè, quapropter Ecclesiast. 37. dixit *Sa-*

Digitized by Google

207 *Iomon, noli auidus esse in omni epulatione, & non te offendas super omnem escam,*
208 *in multis enim escis erit infirmitas, & auiditas appropinquabit vsque ad cholerã; propter crapulam multi obierũt, qui autem abstinens est, adijciet vitam.* Indè Ioan-
209 nes, os aureum dictus, homil.29.ad cap,12. ad Hebreos subiunxit, *nihil sic salutem, nihil sic sensuum acumen operatur, nihil sic egritudinem fugat, sicut moderata refectio, sufficientia quippè cum nutrimento, & opulitatem simul procreat, & voluptatem: abundantia verò morbum facit, & molestias ingerit, & agritudines generat, quod enim fames facit, hoc etiam plenitudo facit ciborum, magis autem, & multa peiora, fames quippè in paucis diebus aufert hominem, & liberat ab hac vita pœnali, excessus verò ciborum consumit, & putrefacit corpus humanum, & macerat egritudine diuturna, & tunc eum morte crudeli consumit*, habetur in can. nihil
210 enim de consecratione dist.5. & Hieronymus aduersus Iouinianum, lib. 2. ait, *Ne tales accipiamus cibos, quos aut difficultate digerere, aut commessos partos, & perditos labore doleamus oleum pomorum, ac leguminum, & facilior apparatus est, & arte impendijsque coquorum non indiget, & sine cura sustentant humanum corpus moderateque sumptus, quia nec auidè deuoratur, quod irritamenta, quæ non habet leuiori digestione concoquitur, nemo enim vno, aut duobus cibis, hisque vilibus vsque ad inflationem ventris oneratur; vt diuersitate carnium, & saporis delectatione percipitur, cum varijs nidoribus fumant patinæ, sed esum sui expletæ esurie, quasi captiuos trahunt; Vndè, & morbi ex saturitate nimia concitantur, multi impatientium gulæ vomitu remediãtur; & quod turpiter ingesserunt, turpius ejiciuntur, Hypocrates in Aphorismis docet, crassa, & obesa corpora, quæ crescendi mẽsuram compleuerint, nisi citò ablatione sanguinis imminuantur, in paralysim, & pessima morborum genera erumpere, & idcircò esse necessariam demptionem, vt rursus habeant in quæ possint crescere; non enim manere in vno statu naturam corporum, sed aut crescere semper, aut decrescere, nec posse viuere animal, nisi crescendi, capax sit, vndè, & Galenus vir Doctissimus Hypocratis interpres, athletas, quorum vita, & ars sagina est, dicit in exhortatione medicina, nec viuere posse diù, nec sanos esse, animasque eorum, ità nimio sanguine, & adipibus, quasi luto inuolutas nihil tenue, nihil cœleste, sed semper de carnibus, & ructu uentris ingluuia cogitare:* hæc Diuus Hieronymus, ibidem. & habetur in canone tales de consecratione, dist.5.& idem Sanctus ad Eustochium, *sint tibi, ait, quotidiana ieiunia, & refectio satietatem fugiens.* habetur in
211 can. sint tibi, ibidem, &c. & S. Leo serm. 8. de ieiunio quotidiano, enim *dilectissimi, dicit, experimento producitur potius satietatem acicm mentis obtuẽdi, & ciborum nimietate ingerem cordis habitari; itaut delectatio edendi etiam corporum contraria sit saluti; nisi ratio temperantia obsistat illecebræ, & quod futurum est one-*
212 *ri, subtrahit uoluptati.* & ipsemet Dominus noster apud Lucam c.21. attendite vobis, *ne fortè grauentur corda uestra in crapula, & ebrietate, & curis huius uitæ, & superueniat in uos repentina*, de sobrietate ab Episcopis seruanda, latè Barbosa de potestate Episcopi, tit. 2. glos.5.Pac.Iordan. tit.1. lib.1. tit. 13.

Temperantiam nõ solnm in istis ad-
213 hibere debet Episcopus, sed etiam in suppellectili, prout statuerũt Patres Carthaginensis Concilij in supra citato canone Episcopus 41. dist. dicentes, *Episcopus uilem suppellectilem, et mensam, ac victum pauperum habeat*, optima enim ratione id statuerunt Patres, quia quicquid habent Episcopi, non proprium est patrimonium, sed propriæ Ecclesiæ suæ sponsæ; Audi Bernardum in sermone sæpè citato ad Patres in Synodo cõgregatos, *Vndè uerò hanc illis exuberare*
214 *extimas rerum affluentiam, uestium splẽdorem, mensarum luxuriam, congeriem uasorum argenteorum; nisi de bonis sponsæ? inter hæc est, quod illa pauper, inops, & nuda reliquitur, facie miseranda incultæ, hispida, & exanguis, & facit*; quod dicit Cicero officiorum lib. 1. ornanda est, *enim dignitas domo, non domo digni-*
215 *tas tota quærenda, nec domo dominijs, sed domino domos honestanda est.* Optimè
216 Pater Oliua, stromatum lib.3.fol 215 quod si mostro, ait, *par est Rex eburnea*

domo

Digitized by Google

domo, cui erit noſtro impar Sacerdos non in ebore ſolum, ſed & in Margaritis, & in ſerico epulatus quotidie ſplendide. Si Elephantium armamentarium Regem dedecet: eiecta mente hombacis, & oſtrei purgamenta decent ædes miniſtrorum Chriſti? non proborum feracior fera, quam vermis? ſane ſi conteſtata domus ex ebore Regem decent connexiti ſerico parietes leuitam denudãt; ſi Iezabeli mancipatus Princeps expoliare non poteſt ebur, quin deturpetur; quam nigro fadabitur carbone is, qui Eccleſiæ deſponſatus, pronuba Cruce, luxuriatur in ſmaragdo. Smaragdum dixi! exhaurientis cum Pactolo Tagum, omniaque exorientis flumina Oceani, tum ſmaragdi, tũ Sardonyches; non gemmæ, ſed *alga ſunt.*

217 Petrus Damianus in Epiſtola ad Coepiſcopos Cardinales exprobans hunc luxum, *Ait, cui non diſſimilis, & illa creditur eſſe clementia, dum lectulus tam operoſis decuſſatur impendijs, vt ornamentum ſacroſancti cuiuſlibet, vel ipſius Apoſtolici præcellat alteris, & quem videtur aſſurdum, vt ſtratus ille diligentius excolatur, vbi corruptibilis caro ſoporis quiete reſolnitur, quam ara crucis, in qua videlicet hoſtia Dominici corporis immolatur?*

218 Hæc omnia vnico complecterunt decreto Patres Oecumenici Tridentini Concilij in ſeſſ. 25. cap. 1. de reformatione: *Optandum eſt, dicitur ibi, vt ij, qui Epiſcopale miniſterium ſuſcipiunt; quæ ſua ſint partes, agnoſcant; ac ſi non ad propria comoda, non ad diuitias, aut luxum, ſed ad labores, & ſolicitudines, pro Dei gloria vocatos eſſe, intelligant: Nec enim dubitandum eſt, vt & fideles reliquos ad religionem, innocentiamque facilius inflammandos: ſi præpoſitos ſuos viderint non ea, quæ mundi ſunt; ſed animarum ſalutem, ad cęleſtem patriam cogitantes, hęc cauſa ad reſtituendam Eccleſiaſticam diſciplinam præcipue eſſe, Sancta Synodus animaduertat; admonet Epiſcopos omnes, vt ſecum ea, ſæpe meditantes, factis etiam ipſis, ac vitę actionibus, quod eſt veluti perpetuum quodam prædicandi genus, ſe muneri ſuo conformes, oſtendant: In primis vero ita mores ſuos omnes componant, vt reliqui ab eis frugalitatis modeſtia continentia, ac quæ nos tantopere commendat Deo, ſancta humilitatis exempla, petere poſſint; quapropter exemplo Patrum noſtrorum in Concilio Cartaginenſi, non ſolum iubet, vt Epiſcopi modeſta ſuppellectili, & menſa, ac frugali victu contenti ſint, verum etiam in reliquo vitæ genere, ac tota eius domo caueant, ne quid appareat, quod ſancto hoc inſtituto ſit alienum, quodque non ſimplicitatem, Dei Zelum, ac vanitatum contemptum præſefe-*

219 *rant;* hæc Patres illi. His ergo virtutibus, & ornatibus dignitas, & authoritas Epiſcopalis decoratur, & honorificatur *quamdiù*, equidem dicebat Paulus ad Romanos XI. *Ego ſum gentium Apoſtolus, miniſterium meum honorificabo.* Quomodo namq; honorificauit Paulus miniſterium ſuum, luxu, ornamentis, veſtibus præcioſis, diuitijs, an virtutibus? *Nihil intulimus in hunc mundum*, ait, in primo ad Timotheum 16. *haud dubium, quod nec auferre quid poſſumus, habentes autem alimenta, & quibus tegamur, his contenti ſumus.* Honorifica-

220 uit Paulus ſuum miniſterium laboribus plurimis, vt ipſe teſtatur, ita enim nos honorificare debemus, vt exponit

221 Diuus Bernardus epiſt. 28. honorificabilis dicens, *non in cultu veſtium, non equorum faſtu, non amplis ædificijs, ſed ornatis moribus, ſtudijs ſpiritualibus, operibus bonis, quam multi aliter cernitur in nõnullis Sacerdotibus, veſtium cultus plurimus, virtutum autem nullus, aut exiguus.*

222 Epiſcopus tunc dignitatem Epiſcopalem cum decore ſuſtinet, tunc libertatem eccleſiaſticam fortiter tuebitur, tunc apud omnes veneratione erit, omneſque compeſcet Eccleſiæ aduerſarios, cum virtutibus fragat, non cum aurum, & argentum multum retinet congregatum, neque cum domum onuſtam ſericis habet ornamentis, aut cum familiam retinet numeroſam, neque

223 tandem cum ſplendide viuit, & epulatur: hæc enim minuunt, non augent æſtimationem, quam dumtaxat virtutum ornatus, vitaque immaculata gignit: Erudite quidem Pater Oliua in

224 Eſdr. lib. 2. c. 2. fol. 329. *Laudem ergo, ait, famamque quæris ex turba? videamus an ex illa proueniat: erat autem Iudith, nobis author expingit, eleganti aſpectu nimis, cui vir ſuus relinquerat diuitias multas, & familiam copioſam, & poſſeſſiones ar-*

Digitized by Google

armentis bouum, & gregibus ouium plenas, & erat hac in omnibus famosissima, quoniã timebat Dominum, valdè Andistinus vndabat aurum in domo Iudith, micabant capilli, stragula sternabantur, familia exundabat, famosissima inter hac Iudith, erat Vndè verò tantum illi famę nominisque comparatum ex opibus, an ex gregibus, an verò. è seruis, an promiscuè ex vniuersis? quoniam, inquit timebat Dominum, Prob virtutum iubar, si gratiorem eam Deo factam timaris accessione dixisset, non mirarer, at eam ait, quàm copijs abundaret clarissimam fuisse inter ciues non opulentia, sed charitate, virtute, non opibus; quod si celebrior fœmina virtute nitore, quam fulgore gemmarum, quamque familia multitudine: Sacerdotem reris futurum heluonũ grege clariorem, quam probitate sua, suoq; quisque nitore micat, magnus es, quamuis deserare non decresces, frustra granditatem occupaturus statura tua numero asseclarum, neque enim statura, sed soccus est quicquid celsitudinem non membris addit, sed mensurę, quo factus comitatu accessit ad Saulem Samuel, quem à lectu exurgens cõtendit in Carmelum, nullo num propterea non illico admissus ad Regem est? num Regem non obiurgauit? num ab illo quamuis rogatus, & retinens fiambriam non abscessit? num Agab Regem pinguissimum non occidit? solus prestitit in eo congressu Samuel, non modo non annuente, sed exhorrente Saule, quem laureati milites ambiebant. Adeò à Sacerdotibus tum soli Reges, aut prognebantur, aut etiam iugulabantur, & inferius ait, *decet, ait sanè primores etiam Ecclesiastici ambiri ministris, ac famulis, sed horum non sit sine numero, numerus, sed his se non credant prefulgere, magnosque fieri, cum virtus, vt praestantia maximos constituant in vtroque senatu regnorum, & Ecclesiæ, nihil autem, aut maestatis, aut potestatis nobis accedit è seruis.*

Luxus, & pompa mundana apud
225 homines habetur in magna ęstimatione, *sed quæ apud homines altum est, abhominatio est ante Deum*, prout veritas ipsa Diuina testatur apud Sãctum Lucam cap. 16. *diuersæ sunt viæ Domini ab hominum vijs*. Christus enim Dominus
226 principatum nostrum Ecclesiasticum diuersimodè disposuit, ac prorsus alienum à principatu sæculari, dixit enim Apostolis suis, *Reges gentium dominantur eorum, & qui potestatem habent super eos, benefici vocantur. Vos autem non sic, sed qui maior est in vobis, fiat sicut minor; & qui præcessor est, sicut ministrator, nam quis maior est, qui recumbit, an qui ministrat? nonnè qui recumbit, ego autem in medio vestrum sum. sicut qui ministrat, vos autem estis, qui permansistis mecum in tentationibus meis. Et ego dispono vobis, sicut disposuit mihi pater meus regnum, vt edatis, & bibatis super mensam meam in regno meo*, Lucæ c. 22. & Matth. 20. di-
227 cens, *scitis, quia Principes gentium dominantur eorum, & qui maiores sunt potestatem exercent in eos, non ità erit inter vos, sed quicumque voluerit inter vos maior fieri, sit vester minister, & qui voluerit inter vos primus esse, erit vester seruus, sicut filius hominis non venit ministrari, sed ministrare, & dare animam*
128 *suã redemptionem pro multis, &c. & Ioã cap. 15. dixit, non vos elegistis, sed ego elegi vos, & posui vos, vt eatis, & fructum afferatis, & fructus vester maneat,* & paulò post, *si de mundo fuissetis, mundus, quod suum erat, diligeret, quia verò de mundo non estis, sed ego eligi vos de mundo, propterea odit vos mundus, & cap. 17. ego dedi*
129 *eis sermonem tuum, & mundus eos odio habuit, quia non sunt de hoc mundo, non rogo, vt eos tollas de mundo, sed vt serues eos à malo, de mundo non sunt, sicut & ego non sum de mundo, sanctifica eos in verita-*
230 *te, & Matth. 11. discite à me, quia mitis sum, & humilis corde*. Indè edoctus B. Petrus in 1. epist. c. 5. Princeps hic pastorum, pastores alloquitur; docens nõ dominantes in Cleros, sed forma facti gregi animo, quibus verbis nos docuit ad regimen animarum nos euehi, non ad celsitudinem, & coronam, prout la-
231 tius exornat Oliua stromatum lib. 3. fol. 124. Christusque Dominus, vocatis
232 Petro, & cæteris Apostolis, dixit, *venite post me, & faciam vos fieri piscatores hominum*, Matth. c. 4. apud Luçam c. 5. *ex hoc eius homines capiens*, vbi Vgo Car-
233 dinalis rectè explicat, *non aurum, aut argentum inde Apostoli relictis omnibus sequuti sunt eum*. Itaque Principatum

no-

Digitized by Google

noſtrum Eccleſiaſticum Chriſtus Dominus inſtituit, & fundauit principaliter in ſoliditate virtutum ad animarũ ſalutem, prout Regnum Chriſti Domini non ſit, ſicuti alia terræ Regna, quæ
234 ſubſtentantur externis opibus, & diuitijs, ſed Regnum amoris bene ſtabilitum, & firmum ſuæ charitatis, ſtans pondere, ac benignitatis dulcedine corroboratum, qua dominatione, nulla magnificentior, nulla diuturnior haberi poteſt, vt vtar verbis Maculeri de *Monarchia Eccleſiaſtica to.1.p 1. lib.3.c.5.* (vbi benè explicat quomodo Chriſtus
235 non fuerit Rex huius Mundi, more aliorum Principum, licèt Regnum eius fuerit in hoc mundo, ſed non de hoc mundo.)

Igitur nos Epiſcopi Principes Eccle-
236 ſiaſtici, qui primum locum in Eccleſia tenemus, vt dicit Th. Bozius de ſignis Eccleſię ſigno 75. c.2. non debemus tueri noſtram dignitatem more
237 Principum laicorum, nec debemus nos illis cõformari, vt præcepit Apoſtolus Paulus, ſcribens ad Romanos cap.12. *& noliſte conformari huic ſæculo*, nec hominibus placere ſtudeamus, quia vt dicit idem Apoſtolus Paulus, *ſi hominibus placerem, Chriſti ſeruus nõ eſſem*: Audi Bernardum Sanctum, ſcribentem ad Archiepiſcopum Sennonenſem ep. 42. *Verum ſit Sacerdos Dei Altiſſimi, cui ex his placere geſtis mundo, an Deo: ſi mundo, cur Sacerdos Dei, cur qualis populus, talis & Sacerdos? ſi placere vis mundo, quid tibi prodeſt ſacerdotium? nec enim potes duobus dominis ſeruire, qui autem vult amicus eſſe huius mundi, inimicus Dei conſtituitur, & Propheta, Deus, inquit, diſſipabit oſſa eorum, qui hominibus placent, confuſi ſunt, quoniam Deus ſpreuit eos, & Apoſtolus, ſi hominibus placerẽ, Chriſti ſeruus non eſſem, volens itaque placere hominibus, Deo non places, ſi non places, non placas*, hæc Bernardum.

Conformari noſmetpſos debemus
238 cum primo noſtro capite Ieſu, ipſumque imitari, vt dicebat Paulus Apoſtolus ad Philippenſes 2. *hoc enim ſentite in vobis, & in Chriſto Ieſu, qui cum in forma Dei eſſet, nõ rapinam arbitratus eſt, eſſe ſe æqualem Deo; ſed ſemetipſum exinaniuit formam ſerui accipiens, in ſimilitudinem hominum factus, & habitu inuẽtus vt homo. humiliauit ſemetipſum factus obediens vſque ad mortem, mortem autem Crucis.* Chriſtus enim Dominus fuit verus Deus, verus Rex, veruſque Pontifex magnus, vt dicit idem Paulus ad Hæbreos per totam illam epiſtolam ſignantèr c.4.c.8.& c.9. & D.Petrus ep. 1. c.2. quomodò autem hanc diuinam, realem, & Pontificiam dignitatem ſuã
239 rexerit, quis ignorat? æſtimatio quippè noſtra eo modo eſt acquirenda, quo ſuam tuetur Deus Optimus Maximus, magna iuſtitia, & maxima clementia, eæ ſunt nempè vię Domini, miſericordia, clementia, longanimitas, iuſtitia, æquitas, pax, concordia, pietas, omnis adeo æquitas; optimè Chriſtoph. Beſoldus de arcanis Rep.cap.1. ſub n.5. imi-
240 tari debemus ſuos Apoſtolos, cæteroſque ſucceſſores, & Epiſcopos priſcos, qui dignitatem Epiſcopalem non pompa, & faſtu ad inſtar laicorum, ſed humilitate, cęteriſque virtutibus tã Theologicis, quã Cardinalibus, ac etiã moralibus ſemper ſubſtinuerunt, ac labefactatam libertatem Eccleſiaſticam animi fortitudine, & virili conſtantia vindicarunt, quomodò enim ſancti illi Epiſcopi, Athanaſius, Nicolaus, Auguſtinus, & alij fidem orthodoxam defenderunt; atque ipſis ethnicis Impe-
241 ratoribus p o poſſe reſtiterunt; cur Theodoſius Imperator paruit Ambroſio magno Archiepiſcopo Mediolanenſi, cum illum per octo menſes propter cędem Theſſalonicenſem ab Eccleſia alienum tenuit? forſan quia erat Ambroſius potens in opibus, an quia virtutibus plenus? Cur maximus Rex obedi-
242 uit Martino Epiſcopo Turonenſi, nec ad deuaſtandam Italiam, prout delibe-
243 rauerat, acceſſit? timuit, ne eius exercitum, eiuſque mundanam potentiam, quam non habebat? an potiùs paruit virtutibus, sãctitati, & humilitati Martini? de quo ſcribit Seuerus Sulpitius
244 in eius vita, *quod cum electus fuiſſet Epiſcopus, ei oppoſitum fuit contemnibilem perſonam eſſe, indignam Epiſcopatu, hominem cultu deſpicabilem, veſte ſordidum, dum vituperare cupiunt, prædicabant eadẽ*

in

Digitized by Google

in corde eius humilitas, eadem in vestitu eius vilitas erat, atque ita plenus authoritatis, & gratia implebat Episcopi dignitatem, vt non tamen propositum monachi virtutemque deerat; & sic de alijs, quos recensere sigillatim non est nostrum.

245 Sufficiat alium ante oculos ponere, nempè SanctumCarolum Borromeum Cardinalem Archiepiscopum, nobilissimo sanguine ortum, nepotem Pij Quarti, hic quomodo has dignitates decorauit, omnes sciunt modestissima suppellectili, imo infima, cum illam vno die vendiderit, pretiumue pauperibus erogauit, victu tenuissimo, cum sæpe sæpius dicta transigebat, vestitu pauperrimo viuebat, humilitatis, ac mansuetudinis studiosissimus fuit; atq; ita illustrauit dignitates illas conspicuas, constantia summa defendit libertatem Ecclesiasticam. & ad propositum

246 bene ponderauit Io:a Iesu Maria Discalceatus Carmelita in illo opusculo, tam pleno lumine diuino, de prudentia iustorum, tract. 4. c.3. vbi introduxit Iesum Christum, sic loquentem: *Quomodo obtexit caligine in furore Dominus filiam Sion dilectam sponsam meam, peccatis Ecclesiasticorum denigratam? Præcipitauit omnia speciosa Iacob propter scelera filiorum meorum, quorum culpa egressus est à filia Sion omnis decor eius: quia nobilior, & formosior Ecclesia mea pars grauiter deformata est. sanctitas illa Ecclesiasticorum cum Ecclesia nascente nascentium, & sine fastu, & astutijs sæculi, simplici, ac fideli corde in domo mea ministrãtium extincta est. Video ego gentes ingressas sanctuarium, de quibus præceperat Altissimus Pater meus, nec intrarent in Ecclesiam suam. Gentilium peccata, ambitio, auaritia, incontinentia in Ecclesiasticos transierunt, qui facti sunt velut Tauri pingues per prata sine timore currentes. Propter quod magna ex parte dissipauit Pater meus tentorium suum, & demolitus est tabernaculum mansionis suæ, & obliuioni tradidit festiuitatem, & sabbathum.* Legi historias

247 permultas Ecclesiasticas, & semper inueni Ecclesiam nostram Catholicam creuisse, & exaltasse, cum virtutibus abundauerunt Ecclesiastici, & vice versa depressam, cum isti vitijs abundauerint. legat quæso lector historias sacras, legat Baronium, Thomam Bozium de signis Ecclesiæ, Michaelem Maculerum de Monarchia Ecclesiastica, & cæteros quasi infinitos scriptores.

248 Nec assentiendum est illis, qui dicunt, sic viuimus, ne inter alios erubescamus, nam pudere debemus, atque erubescí nos viuere, sicut viuunt cæteri homines mundani: quænam erit differentia inter nos, & illos? quomodo mũdana despicienda docere poterimus, cum ipsi eadem sectamur? Quid insa-

249 nius dicebat Gregorius in Pastorali, par. 2. c. 1. *quam docere contemnendum, & epulas splendidas, & cætera huius generis, & hæc eadem operibus sectantes; imo cre-*

250 *dere necessaria ad authoritatem officij*; Nec enim erubescẽda est Christi Domini nostri humilitas, vt ante me considerauit sane doctus Barbosa de potestate Episcopi tit. 2. glos. 7. paupertatem, quã

251 Christus Dominus elegit, nec despicere, imo concupiscere debemus, vt dixit D. Bernardus ser. in Vigilia Natiuitatis, *quia nobis sua æstimatione fecit pretiosam*, & apud D. Cyprianum in ser. de Natiuitate Christi ita habetur, *Pauperes electi, superbi neglecti, nec fastus circa Christi discipulatum aliquem obtinet locum, Christus pauper, discipulos diuites aspernatur. Pauper Mater, pauper filius, inops hospitium his, qui in forma huius schola in Ecclesia militant, præbent efficax documen-*

252 *tum*. Humilitas enim est nostrum decus. Non *superbum* esse Episcopum præcipit Apostolus ad Thitum cap. 1. hac virtute fuerunt ornati omnes sancti Episcopi, quia imitari voluerunt nostrum præceptorem, qui dixit, *discite à me, quia mitis sum, & humilis corde*: in altis habitat Deus, superbos tamen præcipitat, humilia tamen corda respicit in cælo, & in terra; non enim habitabit in medio domus eius, qui facit superbiam, superbo oculo, & insatiabili cor-

253 de numquam amicus eius erit: Imo viuendo superbe more laicorum, imitando eorum mores, & luxum, contemptibiliores efficimur, quam venerabiliores apud Principes, ministrosque laicos. Optime Bartolomeus a Martyribus in illo aureo opusculo de moribus Prælatorum

Digitized by Google

254 torum p.2.c. illud enim medium,quo vtimur,vt magis veneretur,& timeatur noſtra dignitas, quia alienum a regulis Euangelicis, nec eſt ſecundum Dei voluntatem, eodem vtitur ipſe Deus, vt magis ſpernatur, nam in ludibrium
255 ſunt dignitatis pompæ in Epiſcopo, luxuſque in eo non colendum: eum exhibet eruditè Pater Oliua ſtrom. lib. 3. fol.218. col.2.& in Eſdr.lib.1.cap.8. fol.62. quia animorum magnes, non
256 aurum, ſed thus eſt; dignitaſque in viro, non luxus, & pompæ terret hoſtes.idem Oliua lib.2. c. 2. in Eſdr.fol. 279. Inſuper benè dicit Barboſa loco cit. nu.14. dum ità ſcripſit; nec etiam
157 poterunt Prælari moueri ad hoc genus viuendi ſplendidum propter Eccleſiæ authoritatem, quia cum honor ſit præmium virtutis, ipſi tenentur oues ſuas docere, vt homines præcipuè propter virtutem honorentur, nõ proptèr faſtum, & pompam, vndè exquirentes honorem, hac ratione docent errare oues ſuas, ſcilicet, vt putent, ſplendorem vitæ veram eſſe cauſam honoris.
258 Hęc quæ rudi calamo cumulaui, eruditiori comprobat ante me ſatis eruditus Ioannes Gerſon poſt tamen ſcripta viſus in 2. par. opuſcul. in tractatu de temperantia, & modeſtia Prælatorum, qui concluſionem ponit hanc, ſcilicet expedientius,& efficacius eſt Prælatum declinare ad auſteritatem vitæ,in menſa, veſtibus, & ſeruis, & reliquis,quam hominibus ſęcularibus in talibus conformari; quam probat; quia tria mouere poſſunt Prælatum ad hoc: primo, vt placeat Deo; & hoc manifeſtè appareret; cum ſit contra exempla Chriſti: ſecundo,vt ſpiritualem fructum ſubditorum afferat, & hoc non quia plus ſcandalizantur homines, & Principes, quã ædificentur, nam concitantur ad murmurationem, inuidiam, cupiditatem, viuentes ſumptuosè, ſunt forma vanitatis, ambitionis, & cupiditatis ſubditoſque ad ſimilia compellunt: tertio ob authoritatem Eccleſiæ, & hoc nec etiam quia honor præmium eſt virtutis. Vide ipſum, qui elegantius,ac etiã Bartholomeum à martyribus loco cit. qui benè dicit, quod duplex eſt honor, vnus quem mundus exhibet Dominis, ac Principibus ſæcularibus, alter,quem homines exhibent viris ſanctitate pollentibus; Primum non debent quęrere Prælati,benè tamen ſecũdum: qui quærunt primum, non euitant comptentũ contrarium ſecundo &c. Firmiter ergo tenendum eſt, nos Epiſcopos,qui ad fructificandum in Eccleſia Dei conſtituti ſumus, ab omni pompa, luxu, diuitijs, voluptatibus ſæcularibus alienos eſſe debere, quia hęc nullum fructum referre poſſunt, vt ipſa diuina veritas teſtatur apud Lucam c.8.

Nec me continere poſſum, quin hic
259 tranſcribam quę idem Ioannes à Ieſu Maria par.2.c.10.de prudentia iuſtorũ ſcripſit introducendo Ieſum Chriſtum, exhortantem ad paupertatem. *Ne timueritis filij mei, cum diues factus fuerit homo, & cum multiplicata fuerit gloria domus eius, quoniã cum intrœierit non ſumet omnia, neque deſcendet cum eo in infernum gloria eius, certè melius modicum iuſto ſuper diuitias peccatorum multas. Ideò electi mei timentes, ne fortè reprobi fierent diuitijs, vel hæreditate receptis, vel donatas recuſauerunt,& paucis contenti in labore, & fatigatione in fame, & ſiti, in frigore, & nuditate,vitam mortalem agẽtes,ad ſupremam Ieruſalem, vbi ſuas opes recondiderant,feſtinarunt,maluerunt circuire in melotis, & pellibus caprinis,egentes, anguſtiati, afflicti in ſolicitudinibus, errantes in montibus, etiam ſpeluncis latentes, quam mollibus veſtiri, qui in domo Regum ſunt, nè fortè ob terrenam ſubſtantiam à Regno cæleſti excluderẽtur. Has fuit probatio fidei illorum multo pretioſior auro, quod per ignem probatur, nam paſſi æternas opes, & ineſtimabilia gaudia compararunt; imitati ſunt me pauperem,& in laboribus probatum à iuuentute mea, pertranſierunt mecũ in tentationibus meis,& ideò regnant mecum in ampliſſimo Regno meo. & uos ergo filij tantam habentes impoſitam nubem teſtium per patientiam boni operis per incommoditates; & abiectiones, quę ſũt ditiſſimæ paupertatis comites,ad me venire properate. Cauete mundi conſilia, quæ, & ſeruus meos ſeducere ſolent, dum paupertatis ſtatum profitentes, nihil neceſſarium ſibi deeſſe uolunt, et indigna ſe-*

Digitized by Google

runt, si desit: non docui has doctrinas hominum patientem me sequi recusantium; non sunt hi veri, ac beati pauperes spiritu, quorum est Regnum Cælorum, ne sequamini præceptores hos, quos ego non misi, prophetas hos, quibus ego non sum loquutus, estote veri, & sinceri discipuli mei, & paupertatem dulcissimam sponsam meam, cælestibus gaudijs fecundissimam medijs visceribus imprimite, & ego scribam nomina vestra in medio corde meo.

Hæc tamen quæ cumulauimus sano
260 modo intelligenda sunt, & taliter temperanda, vt non in aliud extremum præcipites nos agamus atque in contrarium errorem incidamus; non enim dico non debere Ecclesiasticos possidere aurum, & diuitias, prout male existimauit Ioãnes Vicelf hæreticus damnatus, quem postea alij hæretici, & nouatores sectati sunt: horum namque errorem alibi longo calamo confutauimus,
261 ibi quidem monstrauimus, in Ecclesia semper adfuisse diuitias; & sufficiat hic authoritatem Diui Augustini, in tractatu 50. in Ioannem, c. 12., *ait enim exemplum Domini accipe conuersantis in Terra quare habuit loculos, cui Angeli ministrauerunt, nisi quia Ecclesia ipsius loculos suos habitura erat*, habetur in cap. exemplum 12. q. 1. & in tota illa cau-
262 sa, & quæstione 1. & secunda; hoc est abundè probatur, præsertim authoritate S. Prosperi de vita contemplatiua. lib. 2. c. 9. prout refertur in c. expedit ibidem. Et late comprobat Baron. *anno Domini 57. & 175. num. 9. eruditeque etiam Thomas Bozius de signis Ecclesiæ, tomo 2. signo 87. c. 6. per totum*, quod & nos alibi vt diximus, ostendimus, & nũc ex condicto omitto, ne nimium elongemus à nostra materia; Tamẽ dicimus,
263 apud Episcopos quamplurima, & ampliora debere esse externa, vt pote tamquam in culmine perfectionis existentes, vt ait S. Thom. 2.2. q. 184. art. 6.
264 apud enim illos, qui sunt in culmine perfectionis actiuę, & contemplatiuę vitæ, hæc adesse necessarium est, non propter se, sed propter alios, vt in eos exerceant charitatem, suamque per-
265 fectionem communicent, omnibusque modis adducant subditos ad Deum, sintque tamquam *nihil habentes, omnia que possidentes*, iuxta dictum Pauli 2. ad Corinthios c. 6. in omnibus enim Episcopi debent suam exercere perfectionem interne, & externe instar Dei, & Christi omnium temporalium Domini,
266 & distribuitoris, perfectionem autem hanc externe, haud poterunt demonstrare, charitatemque exercere externe in temporalibus videlicet externis, nisi externa quoque habeant, perque addu-
267 cant alios ad Deum, teneunturque Episcopi ouibus, tamquam filijs, pro virili prouidere, igitur externa erunt necessaria in ordine tamen ad Deum, vt dicit *S. Thomas 2.2. q. 186. art. 3. ad 4. & 5.* optime eisdem fere verbis Thomas Bozius de Iure *status, lib. 3. c. 7. vers. 5.* Ec-
268 clesiastici enim, siue habeant aliquid tamquam proprium, siue tamquam commune, non efficit, quominus possint esse perfecti, atque ardentissimę charitatis, nam perfectio essentialiter con-
269 sistit in charitate intima animi, qua quis Deo diuinis, pijsque operibus dedicans semetipsum cum omnibus suis abiungitur abomni vsu rerum? non ordinato in Deum, non autem consistit in
270 abdicatione exteriori rerum. Optime idem Bozius loco cit. vers. 4., qui citat D. Augustinum de oper. monarch. c. 29.

Sed quare aurum habet Ecclesia, vt
271 seruetur? an vt erogetur? audi Diuum Ambrosium lib. 2. de officijs, c. 28. *Aurum Ecclesia habet, non vt seruet, sed vt eroget, & subueniat in necessitatibus, quid opus est custodire, quod nihil adiuuet, non ignoramus quantum auri, atque argenti de templo Domini Assyrij substulerunt, nonnè melius conflat Sacerdos propter alimoniam pauperum, si alia subsidia desint, quam sacrilegus contaminata asportet hostis. Nonne dicturus est Dominus, cur passus es tot inopes fame emori? & certe habebas aurum, vnde ministrasses alimoniam, cur tot captiui deducti in comercium sunt? melius fuerat, vt vasa viuentium seruares, quam metallorum; his non posset responsum referri, quid enim diceres, timui, ne templo Dei ornatus deesset; Responderet, aurum sacramenta non quærunt, neque auro placent, quę auro non emuntur? Ornatus Sacramẽtorum redemptio captiuo-*

Digitized by Google

tum est, & vere illa sunt vasa prętiosa, quæ redimunt animas à morte: ille verus thesaurus est Domini, qui operatur, quod sanguis eius operatus est. & post pauca. *Nemo enim potest dicere, cur pauper viuit? nemo potest quari, quia captini redempti sunt, nemo enim potest accusare, quia templum Dei ædificatum est, nemo potest indignari, quia humana fidelium reliquia spatia laxata sunt, nemo potest doleri, quia in sepulturis christianorum requies defunctorum est.* hæc & alia Ambrosius, & videre poterit benignus lector in cap. aurum 12.q.2.

Formam tradidit Christus Dominus,
272 quomodo thesauros, & opes, quos sanguine suo prætiosissimo eius sponsę quæsiuit, oporteat expendi, ponderauit Diuus Augustinus tract. 62. in Ioannem, dicens; *Habebat Dominus loculos, ac à fidelibus oblata conseruans, & suorum necessitatibus, & alijs indigentibus tribuebat, tunc primum Ecclesiastica pecuniæ forma est instituta, vbi intelligeremus, quod præcepit, non cogitandum esse de crastino, non ad hoc fuisse præceptum, vt nihil pecuniæ seruetur à Sanctis, sed ne Deo pro ista seruiatur, & propter inopię timorem iustitia deseratur*; hæc Augustinus ibidem, &
273 refertur in can. *habebat* 12.q.1. Hanc enim formam, ac intrinsecam naturam bonorum Ecclesiasticorum non possunt immutare Ecclesiastici, quia hæreditaria non sunt bona, ideo reditus eorum non possunt referri, nec expendi, nisi in vsus pios, natura sua: vt rectè *Thomas Bozius de iure status, lib. 3. c. 7. sub vers. quarto, & nos alibi.*

Dixit enim Christus Dominus in lo-
274 cis supra adductis, *non potestis seruire Deo, & mammone*, quibus verbis affectum tenacem, non autem habere, pro-
275 hibuit, vt Sanctus Hieronymus in Matth. 6. ait, *non dixit qui habet diuitias, sed qui seruit diuitijs; qui enim diuitiarum seruus est custodit vt seruus, qui autem seruitutis excussit iugum, distribuit eas,*
276 *vt Dominus*. & Lyranus in eodem Matth. cap. ait, *ille, qui in pijs operibus diuitias expendit, non seruit diuitijs, sed magis diuitiæ seruiunt sibi, quia is vtitur sicut instrumentis ad opera virtutum*: ac etiam Lyranus vtitur sententia Diui Ambrosij lib. 8. in Lucam dicentis, *di-*
277 *scant diuites, non in facultatibus crimen hærere cum inijs, qui vti nesciant facultatibus, nam diuitiæ, vt impedimenta improbis, ita bonis sunt adiumenta virtutis &c.* & Iansenius cap. 42. concord. exponens
278 dictum locum Matth., dicit, *seruit eis, qui animum suum illis apponit, qui eorum gratiã facit vere, quidquid facit, qui ab eis pendet, vt felicitatem suam hinc sperat, qui cum recta ratio dictat, non expendit eas ad Dei gloriam, in suam, proximi vtilitatem.*
279 & Author Imperf. tract. 10. ait, si habes *diuitias, & diuitię illæ non te faciunt superbum, aut violentum, sed secundum quod potes, das impotentibus; Dominus es diuitiarum tuarum, non seruus, quia non te diuitiæ tuæ tenent, sed tu diuitias tuas: si autem diuitię tuæ superbum te faciunt, aut violentum, & constrictus auaritia nemini aliquid præstas, tunc seruus es diuitiarum tuarum, non dominus, quia diuitiæ tuę te*
280 *tenent, non tu diuitias tuas*, hæc ille. Dixit enim Realis Propheta psalm. 61. *diuitiæ, si affluãt, nolite cor apponere*, quod diuitijs seruire est, sicuti cum virtus, sic vitium, in animo consistit; non autem
281 in rebus externis; quo circa ait Bozius de signis Ecclesiæ, sign. 50. c. 10. fieri potest, vt aliquis cũctis opibus vndique veluti Iob, Dauid, circum ferat, & tamen paratus illas abijcere, vbi honor ipsius Dei exiget, propter illas nec latum quidam vngem discedat ab
282 officio virtutis; hic re diues erit, sed spiritu pauperimus dicetur, quod latius ipse comprobat, & exemplis exornat: paupertas namque, & diuitiæ simul adesse possunt, quia scilicet in animo consistit paupertas. Optime idem Bo-
283 zius ibidem: Isti enim sunt de quibus, dixit Christus Dominus: Beati pauperes spiritu, quoniam, vt dicit Lucubrensis in Matth. c. 21. *quod pauperes spiritu sunt illi, qui si opes habent, aut honores, non in illis cor apponunt, non ideo se pluris faciunt; si non habent, non supra modum desi-*
284 *derant*; & Petrus Blesen. epist. 141. ait, *multi æstimantur diuites, qui vere sunt pauperes, licet enim eis diuitiæ affluant, ipsi tamen cor suum, diuitijs affluentibus, non apponunt, Dauid in Reali solio constitutus, inquit, inclina Domine aurem tuam,*

Digitized by Google

& exaudi me, quoniam inops, & pauper sum ego.

Indè Arnulphus Episcopus Lexo-
285 nien. in serm. ad Synodum Turonum, prout refert Baron. anno Christi 1163. dixit, *Neque enim requiritur à nobis diuitiarum indigentia, sed contemptus, psalm. 61. diuitiæ si affluant, sed non cor apponatur. Porrò cor prohibetur apponere, sed non manum, profectò Propheta in omni affluentia diuitiarum pauperem se prædicat, & egenum, possumus itaque licitè diuitias possidere, si tamen earum non reputauerimus dominos, sed ministros. Si intellexerimus, patrimonium pauperum esse patrimonium Christi, si prouenius Ecclesiæ pauperum necessitatibus erogantur, alioquin fures, & latrones nos ratio manifesta conuincet, si res alienas inuitis dominis nostro præsumpserimus arbitrio contractare. hæc ille.* & optimè ex Sanctis Augustino, & Hieronymo comprobat etiã Baronius,
286 ann. Christi nu. 163. Itaque animum, & affectum in diuitijs nõ debemus apponere, vt etiam ostendit B. Iob c. 31. dum dixit, *si putaui aurum robur meum, & obrizo dixi, fiducia mea*: quod exponens D. Gregorius lib. 22. moral. cap. 2.
287 ait, *quasi in aquis enim defluẽtibus fundamentum ponere est in rebus labentibus spei fiduciam velle solidare, stante enim in perpetuum Deo; transeunt omnia, quid ergo abstante fugere est; nisi transeuntibus rebus inhærere? quis namque cumq; decurrentium fluminum tumidis verticibus raptus manere ipse fixus potuit, deorsum vnda defluente, quisquis ergo defluere deuitat, superest, vt quod defluit, fugiat, ne per hoc, quod amat, in hoc cogatur peruenire, quod vetat, qui enim rebus labentibus inhæret illo videlicet trahitur, quo tendit, quod tenet; priùs itaque curandum est, ne quis temporalia diligat, ac deindè, ne in eisdem temporalibus, quæ non ad delectationem sibi, sed ad vsum retinet, fiduciam ponat, quam coniunctus decurrentibus mox statũ suum animus perdit, nam vita præsentis, fluctus trahit quem leuat, & valdè demens est, qui in vnda voluitur, & plantam ab-*
288 *esse debet.* Et eò plus Ecclesiastici, quo strictiùs se Deo dedicauerunt; Ideò caput raditur Ecclesiasticis, vt temporalium rerum affectum deponant, vt dicit *Diuus Hieronymus in cap. duo sunt* 12. *q.* 1. & quia plus Episcopis caput raditur, ideò minimum affectum in
289 temporalibus habere debent, illisq; nihil inhærere; sed capillus eraditur, vt cæsaries exuberet noua, hæc mostra-
290 que agricultura Satanæ est. Oliua *in Esdr. cap. 1. lib. 2. fol. 202.*

Diuitias spinas esse, dixit Christus
291 Dominus, sed spinæ tunc pungunt, cum astringuntur, si enim in manu extensa eas teneamus, profectò nullum nocumentum nobis afferent, dolore vero afficient nos, cum manus stringimus; sic diuitiæ si manu larga, ideſt si in opera misericordiæ, & in pauperes
292 erogemus, non pungent, nec cruciabunt nos, si verò eas, manu stricta, nobis reseruabimus, cruciatus in hac vita, & in altera producent maximos. Vndè cecinit Iacob Bell. in Anthol. sacra, quem citat Theatrum vitæ humanæ litt. D. verbo diuino fol. mihi 347.

293 *Tum fit horribilis Pardus, Tigrisque, Leoque*
Cum cauea inclusos arta repente tenet,
Sic etiam numquam fuerit aurum immanius arca,
Quam cum illud dominus claudere parcus amat
Quid facies igitur? ne te fera vulneret ista,
Qua quo plus clausa est, plus feritatis habet,
Solue feram, pascens, quos aspera vexat egestas,
Protinùs hac mitis redditur arte fera.

Atque Xenophontes, quem citat Ra-
294 phael Vol. lib. 32. in comparatione fol. 339. à tergo necesse, inquit, multa, possidentem, multa erogare in Deum, in amicos, in hospites.

Hac moderatione intelligenda sunt
295 antea dicta, non enim reprobamus, Ecclesiasticos habere opes, & affluentiam: nec reprobamus moderatum, & modestum splendorem; damnamus tamen dumtaxat luxum profanum ad instar sæcularium Principum; quem accuratius exprobrauit S. Petrus Damianus in epist. ad Cardinales, Episcopis, quem refert Baronius an. 1061. nu. 48.
296 tom. 11. fol. 206. vers. porrò cuius

to-

Digitized by Google

totum tenorem ex cõdicto omicto, ſufficiat tantum referre aliqua in concluſione dictæ Epiſtolæ, *videlicet, ſecularis pompa faceſſat, ambitio, moderetur nitor, & inſolentia veſtium, epularum, & potuum ingurgitatio temperetur, in manu pauperũ noſtra pecunia tranſeat, quæ per auaritiam turſerat, per miſericordiam exhauſta iam crumena poleſcat, noſtra diuitiæ, noſterq; theſaurus lucra ſint animarum, & in arca noſtri pectoris præcioſa recondantur talenta virtutum, in hac etiam ara principaliter ſacrificium offeramus, & profligatis, quæ circa nos ſunt, demum noſmetipſos Deo viuentes hoſtias immolemus, quatenus, qui Sacerdotes in oculis hominum cernimur in obſcuris etiam occulti Iudicis veri Sacerdotis iure fungamur*. Eruditè quidem Pa-
297 ter Oliua ſtromatum lib. 3. fol. 259. col. 2. *quod ſi in lecto, ait, ſponſa Chriſtũ non inuenit, putas in tanta ſtrati maieſtate repertum iri à Dynaſtis dilectum, qui cubat in Cruce?* & in Eſdr. lib. 2. c. 1. fol. 212. & lib. 2. cap. 2. fol. 543. & in Gen. cap. 35. fol. 193. modeſtiam, & ſobrie-
298 tatem in omnibus, non ſorditatem inſinuamus; ſi quis autem parcè viuit, & nihilominus extorquet, vt theſaurizet, iſte abhominabilior eſt. rectè Barboſa loco cit. ſub n. 13. in fine, & vtinam non eſſent Epiſcopi, qui ſic non viuerent!

Sicuti autem per ſuperius ſcripta declarauimus, ità nec aſſentiamur hæreti-
299 cis, ac nouatoribus, qui freti illis verbis Chriſti Domini, facta eſt contentio inter eos, quis eſſet eorum maior? tam Matth. 20. Marc. 10. & Lucę 22. negarunt in Eccleſia adeſſe Principatum, & poteſtatem coercitiuam, hoc enim aſſerimus in noſtris iuriſdictionalibus controuerſijs (Deo permittente typis emulgandis) ſed tantum dicimus, quod Saluator noſter his verbis edocuit, vt vtar eiſdem verbis eruditi Magiſtri Angeli Petricca de poteſtate Apoſtolorum
300 diſp. 2. fol. mihi 65. factum, pompam ſplendidam oſtentationem, quam gentium Principes tenuerunt, hoc ab Eccleſia Chriſtus reijcit, & abijcit, non autem regiminis Principatum cum poteſtate coercitiua, vt diximus ſupra in primo capite.

Sed ad propoſitum noſtrum reuerta-
301 mur, & parcat lector, ſi digreſſionem hanc fecimus: ſed non inutilem iudicaui, quarè enim dedit nobis Deus optimus opes, niſi vt pauperibus erogemus, prout dixit Diuus Auguſtinus lib. 50. homil. 47. *plus tibi dedi, vt haberes vndè pauperi dares, non dedi pauperi ob hoc vt te probem, non quia ambobus non habui vndè darem, ſed per pauperem volui te probare.* idem ſcripſit D. Baſilius ſerm. 2. de aua-
302 ritia, dicens, *Si fateris, temporalia bona tibi diuitiùs prouenijſſe, an iniuſtus Deus inæqualiter nobis res diſtribuens? cum tu abundas, ille verò mendicat; niſi vt tu bona diſpenſationis merita conſequaris: ille verò patientię brauijs decoretur? ſi caſu dixeris prouenire, impius es, cum nõ agnoſcas, qui te condidit, nec ei, qui dedit gratiam, rependas, non enim iniuſtus eſt Deus, quia ea, quæ ſunt ad communem victum, inæqualiter diuiſerit, cur ergo tu diues es, & ille pauper? profectò non ob aliam cauſam, niſi vt tu benignitatis, & fidelis adminiſtrationis mercedem recipias, ille verò patientiæ præmijs honoretur.*

Cõſtituit nos Dominus Villicos ſui
303 patrimonij; caueamus, ne diſſipemus bona ipſius, quia auferet à nobis villicationem: diſſipabimus cum bona ipſius malè expẽderimus, ſi pauperes defraudauerimus. Audi Lyranum in Lucam cap. 16. *maximè Eccleſiæ miniſtri,*
304 (*loquitur de villicis diſſipantibus*) *quibus tradita ſunt temporalia ad expendendum in pijs operibus, frequentèr conſumunt ea in illicitis, & ſuperfluis contra voluntatem Domini tradentis talia eorum diſpẽſationi*. Audi Diuum Bonauenturam
305 in Lucam c. 16. *Bona temporalia ſunt, vt per hæc acquirantur bona æterna, cum ergo hæc temporalia ſic habentur, quod illa æterna perduntur, tunc abſque dubio diſſipantur: qui ergo hæc temporalia bona ſic expendunt, quod non quærunt in eis meritũ ſalutis, ſed ſolatium carnis; temporalia non diſpenſat ad modum boni villici, ſed diſſipat ad modum filij prodigi.* Rectè quo-
306 què dixit Didacus Stella in d. capite Lucæ 16. *Accepta bona diſſipamus, quando his neque ad ipſius honorem, neque ad propriam ſalutem, ſed magis ad Dei offenſam, ad proximorum iniuriam, & ſcandalum,*

aut

Digitized by Google

aut proprium perniciem abutimur, & ibidem idem ait, dissipantur *bona temporalia in pompis, vanitatibus, vestibus sumptuosis ædificijs, in equis, & canibus nutriē-*
307 *dis*: Villici sumus horum bonorum, non Domini, neque hæredes, debemus ad voluntatem Domini dispensare, vt idem S. Bonauentura in loco cit. *atq; exiget à nobis Dominus rationem vsque ad minimum quadrantem*, prout dicit Ly-
308 ranus loco citato, non possumus de ijs reseruare vltra necessaria vitæ, sed proximorum necessitatibus communicare debemus; alias Mammona iniquitatis recipient nos in æterna tabernacula, Vndè optimè scripsit Didacus Stel-
309 la loco cit. in Lucam cap. 16. *Octaua Dominica post Pentecosten. quid vilius istis rebus? tamen illis cælestia possumus emere, & amicos in æterna beatitudine comperare, sed nos omnem curam adhibemus in amicitijs potentium, & diuitum conciliandis, Christus tamen oppositum docet, vult, vt pauperum amicitias quæramus*. Et exponens Diuus Gregorius lib. 21. moraliū cap. 14. præfata verba Christi Domini, Lucæ cap. 16. facite vobis amicos de
310 Mammona iniquitatis, vt cum defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula, ait, *Si enim eorum amicitijs æterna tabernacula acquirimus, dantes procul dubio pensare debemus, quia patronis potiùs munera offerimus, quam agenis dona largimur. Hinc per Paulum 2. ad Corinth. cap. 2. dicitur vestra abundantia illorum inopiam suppleat, vt & illorum abundantia vestræ inopiæ sit supplementum, vt videlicèt sollicitè perpendamus, quia & eos, quos nunc inopes cernimus, abūdantes quoque videbimus, & qui abūdantes aspicimus, si negligimus largiri, quandoque inopes erimus: qui itaque nunc temporale subsidium pauperi tribuit, ab eo postmodum perpetua receptura, vt ita dicam, quibus quasi ad frugem terrā excolit, quę quod acceperit vbe-*
311 *rius reddit*. Et Petrus Blesen. epist. 46 *Si non ponis animam tuam, ait, pro anima, pone saltem bona tua temporalia pro te ipso fac tibi amicos de Mammona iniquitatis*, &
312 idem Petrus Blesens. epist. 91. ad Episcopum Lexonien. in pauperibus, ait, *Regnum suum Dominus venale expendit, Regnum Dei tanti est, quantum ex affectu compassionis pauperibus eius exhibes.*

Thesaurizemus nobis Thesauros in
313 Cœlo, vbi neque ęrugo, neque tinea demolitur iuxtà consilium Domini nostri Iesu Christi apud Matth. 16. *Thesaurus enim Cœli est manus pauperis, quod suscipit, ne in terra pereat, reponit in Cœlum*, vt dixit Diuus Chrisologus
314 serm. 8. & Lyranus in d. loco, Matth. ait, *per hoc concludit excellentissimum modum thesaurizandi, quando scilicet bona temporalia, & transitoria consumuntur in pios vsus, & sic commutantur in bona spiritualia, & ęterna*. & Lucubrensis in
315 eumdem locum Matth. ait, *collegimus, reponimusque nobis thesauros in cælo, cum opes facultatesque nostras sedulò, constanter, liberaliterque in Dei gratia erogamus, et nobis in thesauros cumulamus*. Deiectæ
316 mentis est inhiando temporalibus, sempiterna amittere, nobis enim benefacimus non Deo; quia nihil ei accrescit, vt optimè S. Thomas in dictum locum Matth. dicens, *vobis dicit, non Deo, quia nihil accrescit ei* Iob. 35. *si iustè agenis. quid donabis ei, aut quid de*
317 *manu tua accipiet*: *illeque iure efficitur dives, qui pauperi, non sibi dives est*, Ambros. epist. 82.

Dispendamus bona nostra pauperi-
318 bus, vt maneamus in æternum; memoriam æternam nobis facimus; *dispersit, dedit pauperibus, iustitia eius manet in sęculum sæculi. psal.* Vndè D. Chrysostomus in Ocęanum; sic ait, *enim singuli dicturi sunt, hunc misericordem, hūc*
319 *benignum, hunc tam largum dispensatorem dispersit, dedit pauperibus, sed audi quid sequitur: iustitia eius manet in sęculum sæculi, scilicet vno die diuitias dispersit, & iustitia eius manet in sæculum, et memoriam eius fecit immortalem*: Iucundus homo, ait idem Propheta psal. *qui*
320 *miseretur, & comodat, disponet sermo-*
321 *nes suos in iudicio. quia in æternum non commouebitur*; in ęternum enim non commouebimur, si bona trāsitoria ero-
322 gamus: Hoc solum habebimus, quod pauperibus damus, ait D. Chrisologus serm. 41. dum dixit, *homo dando pauperi, dat sibi, quia quod pauperi non dederit habebit alter. Tu solum quod pauperi dederis, hoc habebis*, atque Sanctus Ambrosius

lib.

Digitized by Google

323 lib.de Naboth.c.6.*sibi proficit, ait, quicquid inopi contuleris: tibi crescit, quidquid*
324 *in pauperes erogaueris*: Non expectemus, fratres, vt pro nobis mortuis fiãt elemosinæ, quas viui facere debemus, elemosina viuentis lumen est ante fa-
325 ciem incedentis, elemosina vero post obitum, quasi lucerna post terga: elemosina enim lumen est animæ, si cum hilaritate fiat. Petrus Blesen.ser.46.

Cum pauperes à nobis elemosinas
326 expoſcunt, ſingularem gratiam nobis factam ab eis exiſtimare debemus, vt dixit Abraham; *Quicum prætereuntes homines vidiſſet; cucurrit in occurſum eorum, de oſtio tabernaculi ſui, dixitque ſi inueni gratiam in oculis tuis, ne tranſeas ſeruum tuum, ſed afferam paululum aquæ, & lauentur pedes veſtri, & requieſcite ſub arbore, ponamque buccellam panis, & confortetur cor veſtrum, poſtea tranſibitis. Geneſ.*
327 *c.18.* inde Greg. dixit, *decet nos non gratiam facere pauperi, eum hoſpitio recipiendo ſed maiorem accipere, ſi ſe ille à nobis recipi permittat* paruum demus, vt magna accipiamus. & D. Ioannes Chryſoſto-
328 mus, hom.9. de penit. *Mercatura, negotiaque tua, cælum eſt, da panem, & accipe paradiſum, paruada, & magna ſuſcipe, da*
329 *mortalia, & accipe immortalia.* Ne præferamus caduca cæleſtibus, vt exclamabat Cartuſ., in Matth. c.6. Audi ò benigne lector Ioannem à Ieſu Maria de prudentia iuſtorum, lib.4. c.9. *Quid ergo de ſuperfluÿs cogitatis, mittite panem veſtrum ſuper inopes, quaſi ſuper tranſeuntes aquas, & illum in littore maris magni repoſitum inuenietis. Conſilium meum vobis placeat, redimite miſericordÿs pauperum animas veſtras, & emite paruo pretio ius magnum in Regno immortalitatis meæ,* (loquitur Chriſtus Dominus). *Quid moramini deponere graue pondus diuitiarum, ſub quibus fatigamini, nec ad vitalem auram æternæ ſalicitatis reſpirare valetis? eleuate capita veſtra, & reſpicite opes meas, quas largitione elemoſinarum, lucro magno comparare poteſtis. Beati, qui ad currendam ſalutis viam ſe exonerant, & miſericordia diuites ſunt, quoniam ipſorum miſerebor: Percipite filÿ, quæ moneo; & facite, vt opes veſtras manus pauperum in cæleſte gazophilacium deportent: habebitiſque theſaurum nõ deficientem in cælis. Quid timide eſtis, quaſi vobis propter elemoſynas multas egeſtas ſuperuentura ſit! abſit profana cogitatio hæc: imo propterea domus veſtræ multiplicabuntur. Offerte mihi confidenter de ſubſtantia veſtra, & de primitÿs frugum veſtrarum, & implebuntur arcæ veſtræ frumento; & vino torcularia veſtra redundabunt. Voces, & deſideria pauperum pro vobis orantium penetrabunt viſcera mea, & ego vos mihi per miſericordiam ſimiles amabo: domus magnas ædificabo vobis in terra, & in ſuperna Ieruſalem, quæ mater veſtra eſt, & manſiones infinitæ conſolationis, & pacis abundantia plenas preparabo.*

Ex quo Deus nos homines formauit,
330 non ceſſauit nobis benefacere: ſimilitudinem ſuam in animas noſtras expreſſit; dicens, faciamus hominem ad imaginem, & ſimilitudinem noſtram.
331 Cuncta quæcumque creauit, propter
332 nos creauit, vt dicit D.Auguſtinus, omniaque ſubiecit ſub pedibus noſtris, atque dominos eorumdemnos conſti-
333 tuit, vt dicit Propheta: propter nos homines, & propter noſtram ſalutem, deſcendit de Cælis in vterũ Virginis carnem aſſumpſit, atque ſemetipſum exinaniuit, formam ſerui accipiens, ad noſtramque venit ruſticitatem, voluitque tamquam malus dulciſſimi fructus inter acerba ligna ſyluarum factus redemptor, & frater noſter, omnem ſub-
334 ſtantiam domus ſuæ nobis donauit, vt dicit Paulus Apoſtolus, factuſque obediens pro nobis vſque ad mortem, mortem autem crucis, & antequam pateretur, nobis relinquere voluit corpus ſuum & ſanguinem, vt pane illo ſuauiſſimo de cælo præſtito nos paſceret, &
335 potaret. Quid nam mirum, fratres dilectiſſimi ſi pro tot, tantiſque alijs innumerabilibus beneficijs, ac pro illo cæleſti pane, quo nos quotidie refecit; panem ei terrenum reddamus, partiunculam panis, calicemque aquę pauperibus offeramus? cum ipſe expreſſe teſtatus ſit, quod vni ex minimis eius fece-
336 rimus, ipſi facimus: in paupere enim abſconditur Deus, pauper manum ex-
337 tendit, & accipit Deus, ait D.Chryſoſtomus de eleemoſyna tract. 6. ne faciamus hanc iniuriam Deo, vt vtar ver-

bis

bis Gregorij in past. p. 3. adm. 22. quia *danti sibi omnia, nullam misericordiæ hostiam reddimus; hinc etiam Psalmista ait, non dabit Deo placationem suam, nec pretium redemptionis dare est opus bonum pre-*
338 *nienti nos gratia reddere*. hęc Gregor. & quamuis iustitiæ, & obligationis hæc pars sit, præsertim in nobis Ec-
339 clesiasticis viris, vt idem Gregorius loco cit. docet, quia sua illi reddimus, non nostra largimur, iustitiæ debitum potius soluimus, quam misericordiæ opus implemus, explicans illud Prophetæ psal. 3. *Dispersit, dedit pauperibus, &c.* ait, *cum enim largitatem impensant*
340 *pauperibus permisisset, non hanc vocare misericordiam, sed iustitiam maluit, quia quod à cõmuni Domino tribuitur, iustũ profectò est, vt qui accipiũt, eo cõmuniter mutuantur; & Salomon ait, qui iustus est tribuit, & non cessabit*. Attamen, nec nos nostram mercedem perdemus, vt ipsemet spopondit Matth. 10. Dei infinita
341 liberalitas non sinit humanitate vinci. si petiunculum panis ei dederimus, non solum æterna bona nobis in altera, verum quicquid velimus dabit.
342 Eleemosyna namque vnicum est medium, quo omnia nostra desideria adimpleta cernere possumus: si namque desideras opes magnas in hac vi-
343 ta, fac vsuram cum Deo, quia Deus accipit vnum ad centum, vt ait Diuus Chrisologus ferm. 25. dicens *vsura mũdi centum ad vnum, Deus accipit vnum ad centum, & tamen homines cum Deo nolũt*
344 *habere contractum, &c.* eleemosynam omnium artium quęstuosissimam notauit Ioannes Chrysostomus homil. 35. *Thesaurum grande sibi cumulari, qui egẽti tribuit, dicens, quia Deus habet fęneratorem, atque debitorem*: benefac iusto, & inuenies retributionem magnam,
345 & si non ab ipso, certè à Domino, Ecclesiast. c. 12. *qui dat pauperi, certè non indigebit*. Salomon in parabolis cap. 28. legitur in Deuteronomio c. 5. quod cũ
346 iussisset Deus Moysi, ne omninò indigens, & mendicus sit in populo, subdit statim, *fœnerabis gentibus multis, & ipse à nullo accipies mutuum, dominaberis nationibus plurimis, & tui nemo dominabitur*. Atque ipsa diuina veritas apud
447 Lucam c. 6. *date, & dabitur vobis, mensuram bonam, & confertam, & coagitatam & superfluentem in sinum vestrum*, & Matth. 6. dixit, *Pater enim, qui videt in abscondito, reddet tibi*: Deus autem, &
Pater noster cęlestis non dat, nisi af-
348 fluenter, quia ditissimus, & liberalissimus est, *quæ seminauerimus, hæc & metemus*, vt dicit Apostolus Paulus, *qui seminat de benedictionibus, de benedictionibus metet*; effunde largiter, ait Petrus Blesen. epist. 91. *quod cupide con-*
349 *gregasti, nam qui parce seminat, parce & metet, hilarem datorem diligit Deus, noli quęso vlterius temporale fœnus amplecti, quod grauissimè detestatur, qui omnia, qua habes tibi commendauit, & nunc in pauperibus suis tibi postulat commodari, beatus homo qui miseretur, & commodat, &c.*

Quod & exemplis comprobamus:
350 Tiberius Cæsar Christianus, cum multa de thesauris, quos inuenit aggregatos pauperibus erogasset, eum Augusta frequentius increpauit, quia Rempublicam redigeret in paupertatẽ, diceretque, quod ego multis annis cõgregaui, tu in parum tempus prodigè dispergis; aiebat ille, non deerit fisco nostro tantum pauperes eleemosynam accipiant, & captiui redimantur, hic magnus thesaurus est, dicente Domino, thesaurizate vobis thesauros in Cœlo, vbi ęrugo, &c. de quo Dominus dedit, congregemus per pauperes in Cœlo, vt Dominia nobis augere dignetur in sęcula. Verum dum hilari distributione pauperibus opera pręstat, magis, ac magis Deus subministrat, nam deambulans per palatium, vidit in pauimẽto domus tabulam marmoream, in qua erat Crux Dominica sculpta, & ait, Crux tua Domine frontem nostram munimus, & pectora, & ecce Crucem sub pedibus calcamus, iussit citius eam auferri, defossaque tabula, atque erecta inueniunt subtus & aliam, hoc signum habentem; nuntianteque iussit auferri, qua amota, reperiunt tertiam, iussu eius & hæc aufertur, qua ablata, inueniunt magnum thesaurum habentem super mille auri centenaria, sublatumque aurum, pauperibus abundãtius, vt consueuerat, subministrat, nec

Do-

Digitized by Google

Dominus aliquid deficere permittebat pro ſua bona voluntate, hæc ſcribit Baronius ex Gregorio Turonenſi anno 582. num. 6. aliumque magnum theſaurum inuenit Tiberius congregatum à Narſete Duce Italiæ, refert ibidem Baronius ſequenti n. 70.

Quid deſideramus in hac vita habe-
351 re aliquid in noſtris neceſſitatibus, faciamus eleemoſynam, qua Deũ habebimus elargitorem, & certè ſuccurret nobis affluenter in cunctis noſtris neceſſitatibus; ſic enim dixit Salomon in Prouerbijs c. 19. n. 17. *fœneratur Domino, qui miſeretur pauperi, & viciſſitudinem ſuam reddet ei. & Eccleſ. c. 11. mitte panem tuum ſuper tranſeũtes aquas, quia poſt tempora multa inuenies illum.* & ſa-
352 piẽs ille ſenes, Tobias dicebat, *ex ſubſtantia mea fac eleemoſynam, & noli auertere faciem tuam ab vllo paupere, ita enim fiet, vt nec à te auertatur facies Domini, quomodò potes, ità eſto miſericors, ſi multũ tibi fuerit, exiguum etiam libenter impartiri ſtude, pramium bonum enim tibi theſauriza in die neceſſitatis*, Tob. 4. Quid
353 deſideramus, diutiùs viuere in hoc mundo? & benè poſtea mori? fac eleemoſynam, quia diutius viues, & benè morieris? Ezechiel 18. *panem ſuum eſurienti dederit, vita viuet, ait Dominus Deus.* & Diuus Hieronymus dicit in epiſtola
354 ad Nepotianum, *numquam ſe legiſſe me memini, mala morte defunctum, qui libenter charitatis officia exhibuit*, atque Dauid in pſal. 40. ait, *Dominus opem feret illi ſuper lectum doloris eius.* Quid deſi-
355 deramus? vt Deus ab anguſtijs noſtris liberet in hac vita? hoc eleemoſyna cõſequemur. *Beatus vir*, dicebat Dauid pſal. 40. *qui intelligit ſuper egenum, & pauperem, in die mala liberabit eum Domi-*
356 *nus.* Volumus replere animas noſtras benedictionibus cæleſtibus, animas noſtras quietè viuere in hoc ſæculo? hoc præſtabit eleemoſyna, Iſaias 58. *cum extenderis eſurientem animam tuam afflictã repleueris, orietur in tenebris lux tua, & tenebræ tuæ erunt ſicut meridies, & requiẽ tibi dabit Dominus ſemper, & implebit ſplendoribus animam tuam, & oſſa tua liberabit, & eris quaſi hortus irriguus, & ſicut fons aquarum, cuius non deficient aquæ.*

357 Quid namque deſideramus? vt Deus benignè exaudiat petitiones noſtras, & quæcumque quæ agimus proſperum finem conſequantur? demus eleemoſynam, & ità fiet, ità pollicitus fuit ſapiẽs Eccleſiaſt. cap. 7. num. 36. *pauperi porrige manum tuam, vt perficiatur propoſitio tua*
358 *& benedictio tua.* & Deus in Deutero-mio cap. 15. *Si vnus de fratribus tuis, qui morãtur intrà portas Ciuitatis ſuæ in Terra, quam Dominus Deus tuus daturus eſt tibi, ad paupertatem deuenerit, non obdurabis cor tuum, nec contrahes manum, ſed aperias eam pauperi, & dabis mutuum, quo eum indigere perſpexeris, cane; ne fortè ſubrepat tibi impia cogitatio, et dicas in corde tuo, appropinquat ſeptimus annus remiſſionis, & auertas oculos tuos à paupere fratre tuo, nolens ei, quod poſtulat mutuum comodare, ne clamet contrà te ad Dominũ, & fiat tibi in peccatum, & ſed dabis ei: nec ages quippiam callidè in eius neceſſitatibus ſubleuandis, vt benedicat tibi Dominus Deus tuus in omni tempore, & in cunctis, ad quæ manum miſeris* & c. 24. Iterum dicit, *vt benedicat tibi Dominus Deus tuus, in omni opere manuum tuarum.* & Dominus apud Iſaiam. dicto capite 58. præ-
359 cipit, dicẽs, *frange eſurienti panem tuum, & egenos, vagoſque induc in domum tuam; & cum videris nudum, operi eum, & carnem tuam ne deſpexeris, nec erumpet quaſi mane lumen tuum, & ſanitas tua citius orietur, & ante ibit faciem tuam iuſtitia tua, & gloria Domini colliget te, tunc inuocabis, & Dominus exaudiet, cla-*
360 *mabis, & dicet, adſum; & è contra*, cum eleemoſynas non dederimus, & obturabimus aurem ad clamorem pauperum, *nos clamabimus, & non exaudiemus.* Prouerb. 21. n. 13. ſibi verò, ait Petrus Bleſen. epiſt. 91. *apud Deum pietatis ianuam claudit, qui viſcera miſericordiæ proximo mendicanti non aperit.*

Quid nam iterum deſideramus? remiſ-
361 ſionem peccatorum, & eripi ab æterna damnatione, & æternam gloriam adipiſci? hoc eleemoſyna conſequetur, teſte Tobia loco cit. c. 4. Qui poſtquam loquutus fuerit, vt ſupra notauimus, ſtatim ſubiunxit, *quoniã eleemoſyna ab omni peccato, & à morte liberat, & non patiemur animam ire in tenebras. An-*

Digitized by Google

gelus quoque Raphael eumdem docuit Tobiam, dicens: *Bona est oratio cum ieiunio, & eleemosyna magis, quam thesauros auri reclundare, quoniã eleemosyna à morte liberat, & ipsa est, quæ purgat à peccato, & facit inuenire misericordiam, & vitam æternam Tob. c.* 12. & in actibus Apostolorum c. 10. Cornelius Cẽturio cohortis, qui faciebat multas eleemosynas plebi, vidit Angelum Dei inuocantem ad se, dixitque illi, *orationes tuæ, & eleemosynæ tuæ ascenderunt in memoriam in conspectu Dei*, misitque illum ad Petrũ, à quo baptizatus fuit. Et memoran-
362 dum est exemplum, quod enarrat Baronius anno 537. nu. 16. de quadam puella, quæ relicta fuerat pupilla à parentibus lucupletibus magna facultate adhuc sine baptismo, die quadam ingressa pomarium, vidit quemdam parantem sibi laqueum: vt se præfocaret: cucurrit, & dixit ei, quid facis homo? dixitque autem ei, dimitte me, mulier, quoniam in multa tribulatione sum, quæ ait, dic mihi causam, fortasse adiuuare te potero, dixitque illi graui ære alieno premor, & valde suffocor à creditoribus, elegique potius semel vitam finire, quam quotidie mori. quæ dixit illi, quæso te accipe omnia, quæ habeo, & redde, tantum ne perdas te ipsum: sumens vero ille, reddit omnia. Puella vero angustiari cæpit, non habens, qui sibi curam gereret, itaque destituta parentum solatio, fornicari instituit, & inde sibi victum quærere, postmodum vero temporis infirmata, & in se cõuersa, & compuncta, orauitque Pontificem, vt faceret illam Christianam. Omnes autem aspernabantur eam, dicentes, quis hanc suscipiat, quæ meretrix est; affligebatur autem vehementer, cum autem esset in his angustijs, astitit ei Angelus in specie hominis, cum quo fecerat misericordiam, cui illa dixit, cupio fieri Christiana, & nemo vult pro me loqui, ait, numquid reuera istud cupis? Respondit illa, vtique Domine, & deprecor te, vt hoc mihi impartiaris, qui ait, noli contristari, ego adducam aliquos, qui te accipiant, adduxit ergo alios duos, & ipsos sanctos Angelos, duxeruntque illam ad Ecclesiam, rursusque transformantes se ipsos in personas quasdam Illustres, & notas in ordine augustalium, vocantque Clericos ad hoc constitutos, scilicet Præsbyterum, & Diaconum, qui dicunt, vestra charitas pro ea pollicetur? Illi autem responderunt, etiam nos pro illa pollicemur, sumentes ergo illam, baptizauerunt; & albis induta, rursus ab eis subrepta est, quam cum disposuissent, euanuerunt. Vicini ergo cum illam albis indutam viderent, postquam recesserunt illi, dicunt ei, quis te baptizauit? nunciauit autem eis totum, dicens; venerunt quidam, & attulerunt me in Ecclesiam, loquutique sunt Clericis, & baptizauerunt me, & dixerunt ad illam, qui sunt illi? cum vero non posset dicere qui essent illi, abeuntes nunciauerunt Episcopo: dixit autem Episcopus his, qui ad baptizandum constituti erant, & confessi sunt, se illam baptizasse, exoratos ab illo, & illo Augustalibus; porro accersitus ex Prætorio his, quos Clerici dixerant, dixit Episcopus, num ipsi istam fidei iussistis? qui dixerunt, neque nouimus, neque conscij fumus nos hoc fecisse, tunc vero iam cogitauit Episcopus, Dei hoc esse opus, conuocansque illam, dixit ei, dic mihi filia? quid gessisti boni? quæ ait, meretrix existens, & paupercula, quid boni facere potui? dixitque illi Episcopus, nihil omnino operata es, ait non, nisi quod videns quendam, qui à creditoribus quærebatur, se suffocare volentem, data illi omni substantia mea, liberaui eum, & his dictis continuo obdormiuit in Domino, hæc Baronius, qui
363 anno 474. n. 10. aliud narrat exemplum de Zenone Imperatore, qui cum mulierem ad libidinem exatlandam subripuisset, modo eadem mulier in templo Dei genitricis orans, & deprecans, ac cum lachrimis dicens, vindica me de Zenone Imperatore, cum multis diebus hoc fecisset, apparuit ei per visum Sancta Dei Genitrix Virgo, dictitãs, crede mihi mulier vultionem tuam sæpe facere volui, sed manus eius probibet me, erat enim valde misericors, & eleemosynas faciens, hæc ex Sẽ-

pro-

Digitized by Google

pronio. Baro loco cit. qui addit ma-
364 gnam vim esse eleemosynã, & ex his intelligi quod sit illud, sicut aqua ignẽ, ita eleemosyna resistit peccatis, nempe ad vltionem meritam differendam, ex illo peccata tua eleemosynis redime, scilicet hoc satage, vt per huiusmodi officia diuinam iram, quam operibus concitasti, retardes.

Sed scio, quod vltro intentius desi-
365 deramus, nempe familiam nostram, seù nostros consanguineos stabilire, & augere opibus, sed hoc ipsum certe nullo alio modo possumus, & valemus agere quã eleemosynis: Audiamus Isaiam, d.cap. 18. *qui cum expresserit bona*, quæ consequetur ille, qui eleemosynas dederit, statim etiam subdit, *& ædificabuntur in te deserta sæculorum, fundamenta generationis, & generationis suscitabis, & vocaberis ædificator sæpium, auertens semitas in quietem.* & Ecclesiastic. c.31. dicitur, *ideo stabilita sunt bona illius in Domino, & eleemosynas illius enarrabit omnis Ecclesia sanctorum.* & Ecclesiastici 34. *Hi viri misericordiæ sunt, quorum pietates non defuerunt cum semine eorum, permanent bona, hæreditas sancta nepotes eorum, & in testamentis stetit semen eorum, & filij eorum propter illos in æternum manent, & semen eorum, & gloria eorum*
366 *non derelinquetur.* Eleemosynis itaque stabiliuntur domus, perpetuantur familiæ. Augebimus itaque familias nostras, ditabimus consanguineos nostros, si in pauperes erimus misericordes, si eos portione sibi debita ex nostris reditibus Ecclesiasticis non defraudabimus; at si contra, potius nostras familias eradicabimus, & in mi-
367 seriam reducemus: audi Psalmistam, psalm. 108. *& disperdet de terra memoria eorum pro eo, quod nõ est recordatus facere misericordiam.*

Quicquid ergo desideramus in hac
368 vita, tam circa spiritualia, quam temporalia, tam circa corpus, quam circa animã, præstat eleemosyna, vt bene Vgo Cardinalis in Lucam cap. 6. dicens, *Mensura prima bonorum temporalium. 2. conferta bonorum naturæ. 3. cogitata bonorum gratiæ. 4. super fluens bonorum gloriæ in sinum vestrũ plena, & secura possessio.* Imitemur fratres charissimi Deum Patrem omnipotentem, qui in-
369 finite misericors est, & infinita sua largitate omnia nobis dedit, & proprio filio pro nobis non pepercit, vt nos redimeret: vt seruum redimeret, filium vendidit. Imitemur Christum Dominum, qui dedit semetipsum pro nobis in Ara crucis, corpus suum in cibum præstat, & loculos pro ægenis habuisse, testantur Sacræ literæ. Pro pauperibus se pauperem fecit, & se quodamodo de regno suo, & de regia maiestate deposuit, vt pauperes faceret Regni sui dominos, & hæredes. vt dixit *Petrus Blesen. serm.* 48. Imitemur Spiritum Sanctum, qui tam large sua dona largitur. Imitemur Beatam Mariam
370 Virginem, de qua Ecclesiastici scriptores tradunt, in pauperes erogasse quicquid ei superfluerat, atque manibus suis dietim acquirebat. Imitemur Sanctos Apostolos, æuos Ecclesiæ nostræ fundatores, qui omnia ministrabant ægenis, omniaque cum cæteris fidelibus habuerunt, atque proficiscenti Paulo Apostolo ad gentes, inter alia fuit ei iniũctum, vt eleemosynas colligeret, quibus ali potuissent pauperes. & ipsemet Paulus testatur ad *Galatas 2. ad Romanos 15. & 2. ad Corinthios, c. 9.* ipseque Paulus 1. ad Thimoth., c.6. dicebat, *nihil intulimus in hunc mundum: habentes autem alimenta, & quibus tegamur, his contenti sumus.* & Diuus Clemens Papa in epist. ad Iacobum fratrem Domini tomo 1. conciliorum, fatetur Diuum Petrum Apostolum ius-
371 sisse sollicitius, exurientes reficere, sitientibus potum dare, nudis vestimentum: Magna enim cura fuit Apostolis, & primæuis Patribus de pauperibus, ideo elegerunt Diaconos, ac præsertim Stephanum Prothomartyrem, vt pauperum curam gererent, ministrarent mensis, vt legitur in actibus Apostolorum, & testatur Baronius *Anno 75. n. 9. 10. & 11.* & de Sancto Laurentio Diacono, cui commissa fuit Ecclesiasticæ substantiæ administratio, legitur, quod cum Tyrannus, vbi positas teneret facultates Ecclesiasticas, requi-

Digitized by Google

372 siuit, & vt raperet, numerosissimos pauperum obtulit greges, in quorum victu, atque vestitu inamissibiles condiderat facultates, vt ex SS. Ambrosio,& Augustino,& alijs sanctis scriptoribus, refert Baronius, sub anno 161.

Imitemur priscos illos Episcopos, qui omnia dabant pauperibus, præsertim Martinum Turonensem, qui adhùc Cathecumenus, cum nihil haberet, 373 præter arma, & vestimentum, quo tegebatur, Ambiano pauperi petenti, vt Christi nomine sibi eleemosynam tribueret, partem clamydis dedit, meruit ob hoc, sequenti nocte Christum videre dimidiata illa veste indutum, dicentẽ, Martinus Cathecumenus hac me veste contexit; atque Sanctum Nicolaum Myræ Episcopum; qui adhùc adolescens parentibus orbatus, fa- 374 cultates suas pauperibus distribuit,ac tribus illis puellis matrimonio se collocare ob inopiam non valentibus, ne à Patre prostituerentur, tantum pecuniæ iniecit in domum patris, quantum vnius virginis dotis satis esset, quod iterum, & tertio fecit, & tres illæ virgines honestis viris se collocarunt.

Nec non & Sanctum Io: Episcopum 375 Alexandrinũ, dictum eleemosynariũ, de quo Baronius anno 610. sic scribit, quod autem erat ei maximum, & maximè proprium erat misericordia in pauperes, & in curandis indigentibus procliuitas, quæ non poterant comprimi, & nihil omninò parcere pecunijs;adeò vt etiam sæpè ad fundum ipsum peruenire: & ex Leontio idem Baron. *ibidem cum primum eius fidei creditus fuisset Episcopatus,ijs accersitus, qui res Ecclesiæ dispensabat ijs etiam simul audientibus, qui erant à secreto, non est, inquit, iustum, ò fratres, & in ministerio socij, vllius alterius rei curam gerere priusquam Christi cunctes; itaque per totam Ciuitatem singulatim describite meos dominos, cum autem illi,postquam hoc dixisset, dubitarent, & qui nam essent Patriarchę Domini interrogarent, quos vos,dixit ille, pauperes,ac mendicos soletis appellare; ego eos dominos meos, & auditores nomino, nam ij soli mihi possunt opem ferre, vt à Christi Regno non excidam; postquam autem citò factum fuerat, quod iusserat, intellexit omnes, qui nominati fuerant, efficere septem millia, et quingentos, & iussit vnicuique eorum dari sumptum diurnum,etc.*

376 hæc Baronius. Imitemur Gregorium Nanzianzenam, de quo idem Baronius anno 389. num.44.scribit, quod immẽsam pauperum curam habuit, itaut nõ solum fundos, & domos in pauperes erogauit, sed etiam libros, eiusq; matrem dicere solitam se ipsam,si licuisset, & filios, in alendos pauperes distracturam: nec omittamus S. Hilarium Aralatensem Episcopum, de quo idemBar. an.443. num.15.ità describit, Hilarius Aralatensis Episcopus vir in sanctis scripturis doctus, paupertatis amator, & erga inopum prouisionem, non so- 377 lum mentis pietate, sed & corporis sui labore sollicitus fuit, nam pro reficiendis pauperibus, etiam contra vires, homo genere clarus exercuit.

Imitemur, & Diuum Augustinum, de quo legimus, quod tanta benignitate fuit in pauperes, vt cum non esset alia facultas, sacra vasa frangeret, ad eorum inopiam substentandam. Adrianum quoque PontificemMaximum,qui adhùc Presbyter innumeras fecit eleemosynas, itaut in eius manibus multi- 378 plicata fuerit pecunia, vt scribit Baronius sub anno 867. num.143.ità factum narrans, *nam cum die quadam inter compresbyteros suos à Sanctissimo Papa Sergio consuetudinalibus Clericis quadraginta præceptis domus sua portas reuertens ingredi vellet, ac pra multitudine peregrinorum, qui sibi fiducialiter, solito more, velut ad horreum commune, cõfluxerat,omninò nequiret,misericordia motus aquestri suo retulit nil sine tantis fratribus in tantillis denarijs sibi esse commune, cumque ille neque tertia parti pauperum singulos denarios posse sufficere intulisset, virtute, inquiens,Christi, qui de quinque panibus,et duobus piscibus quinque millia hominum satiauit, non singulis singulos, sed ternos singulos denarios erogabo; hac dicens, forinsecus porta subsedens, ac de manu aquestris sui suscipiens,peregrinis cunctis egredientibus ternos sigillatim denarios erogauit, in qua redundatione cum miraretur aque-*

Digitized by Google

aqueſter,nõ ſolũ nõ defeciſſe denarios,quinimò fuiſſe ſuper liberalis Præsbyter,quæ ſupererant, domum ſe recipiens, multitudini familiæ ſuæ ternos nihilominus perſonatim numos largitus eſt, at cum ex identidem ſupereſſent, vides,inquit,quam largus, & quam ſuauis eſt omnipotentiſſimus Dominus, qui quadragenariam quantitatem numorum fratribus noſtris per ternos diſtribuit, & mihi ternos, & tibi ternos æqua-
379 *ſorte ſeruauit*. hæc Baron. atque Thomam de Villanoua, qui factus Epiſcopus, conſueta viuendi ratione nihil admodum immutata,inexplebili charitati multò magis indulſit, cum amplos Eccleſiæ reditus in ægenos diſperſit, ne lectulo quidem ſibi relicto ; nàm cum in quo decumbebat, cum in Cęlũ euocaretur, ab eodem comodatum habuit, cui paulò ante eleemoſynæ loco donauerat. Neque prætermittamus Sanctũ Carolum Borromeum Prælatorum ſpeculum,cuius viri charitas præcipuè enituit, cum Vritano principatu vendito
380 pretium vniuerſum ad quadraginta aureorum millia vna die ad pauperes erogauit, nec minori pietate viginti millia, quę ſibi fuerãt legata,diſtribuit: De Sancto Andrea Corſino, Epiſcopo Feſulano,dicitur in eius legenda, quod dignitate Epiſcopali auctus,humilitati, quam ſemper coluit,impenſius incumbit, & paſtorali ſollicitudini miſericordiam in pauperes liberalitatemq;adiũxit, ac de Sancto Franciſco SaleſioEpiſcopo Genuino, dicit Eccleſia, quod miſeticordia in pauperes fuit conſpicuus, Alios ex condicto omitto, ne ſim nimis prolixus,hos priſcos SanctosAntiſtites, quam maximè imitatus eſt noſtro ſæculo Alexander Creſcentius,genere clariſſimus, dignitate Eminentiſſimus, virtutibus omnibus ornatiſſimus, qui quanta in pauperes erogauerit, dicant Bitontini,dicant Lauretani, illud memoriale eſt, quod denudato pauperi, cum aliud in procinctu non haberet,femoralia, quibus induebatur, largitus eſt, quaſi alter Martinus, qui Ambiano pauperi partem clamydis dedit, quis verò enarrare poterit quæ, & quãta copioſiſſimè in pauperes elargitus eſt Sanctiſs. Dominus noſter Innocentius XI. quem Deus incolumem conſeruet,dum adhuc Cardinalis eſſet, integrum volumen compilare opus eſſet,ſufficit dicere, quod Xenodochium conſtruxit in proprijs ædibus.

Si tamen exempla horum Sanctorũ
381 Epiſcoporum, & aliorum etiam Sanctorum nos non mouent, moueãt quæsò exempla Ethnicorum, & aliorum Principum ſæcularium. De Tito Imperatore ſcribit Tranqui. c.8. nam recordatus quodam die ſuper cęnam, quod nihil cuiquam toto die præſtitiſſet, memorabilem illam, meritoque laudatam
282 vocẽ edidit,ò amici,diem perdidi.Idẽ aſſerit Baronius, ann. 81. n.2. de Tiberio ; Seneca lib.2. annalium, ait, honeſtam innocentium paupertatem leuauit ; de Nerua, Diocaſſius in eius vita ſcribit quoſdam ſenatorij ordinis dele-
383 git qui agros emerent, eoſque ęgenis diuiderent ; pecunia autem inops factus, veſtes primum, & vaſa aurea, argenteaque, atque prætioſam ſuppellectilem, ſeù publica, & regia eſſent;auctioni ſubiecit: de Nerone Tranquillus cap.10. & Tacitus lib.3. Ann.ſcribunt, neq; liberalitatis, neq; clementiæ, nèc comitatis quidam exhibendæ, nullam occaſionem omiſit, quod & confirmat Cardinalis Baronius, an.56. n.93. de Alphonſo,ſeuAdalphonſo Gallecię Rege, qui ob pietatem erga pauperes magni nomen ſortitus fuit,ſcribit Baron. anno 861. num.74. *in ſui Regni exordio,*
384 *inter cætera pietatis opera, theſauros, quos eius pater reliquerat ſibi, pauperibus, & Eccleſiæ erogauit.* De Carolo Magno idẽ Baronius, ſub ann.795. n.18.*quam*
385 *multus Carolus fuerit in eleemoſynis erogandis toto orbe Chriſtiano Eginhardus eorum omnium præſens inſpector fuit, hæc in vita ipſius circa pauperes ſuſtentandos, & gratuitam liberalitatem, quam gregi eleemoſynam vocant deuotiſſimus,vt qui nõ in patria ſua ſolum, & in ſuo Regno facere curauerit, verum trans maria,in Syriam, & Ægyptum,atque Africam, Hieroſolymã, Alexandriam, atque Carthaginem, vbi Chriſtianos in paupertate viuere compererat,penuria eorum compatiens, pecuniam mittere ſolebat, ob hoc maximè trans marinorum Regum amicitiam expetens, vt*

Chri-

Digitized by Google

Christianis sub eorum dominatu degentibus refrigerium aliquod, ac relatio proueniret. Valentinianus, & Marcianus Imperatores legem sanxerunt, in qua habe-
386 tur, humanitatis suæ esse ægenis prospicere, ac dare operam, vt pauperibus alimenta non desint. habetur in l. 12. C. de sacrosanctis Ecclesijs. de Ruberto Rege Francorum scribit Baron. anno 1033. nu. 10. *& dicam ex his summatim non quæ fecit aliquando Rex pius, sed quæ facere censuit. Dabat eleemosynas manu*
387 *propria, ore proprio figens eorum manibus oscula*, & alia, quæ subnectit ibi Baronius; piorum Christianorum charitatem, & propensionem erga pauperes enarrare longum esset, ac tædiosum, legat quis historias sacras, inueniet infinita huiusmodi exempla, sufficiat dicere, quod manus misericordes, & eleemosynariæ incorruptæ semper manent,
388 vt exemplo probat Baron. anno 634. adducens exemplum Regis Anglorum, qui post ad Regni culmina sublimatus, nihilominus, & peregrinis semper humilis, benignus, & largus fuit, & fertur, *quod cum quodam die sancta Paschæ, cum Episcopo consedisset ad prandium, potiusq; esset in mensa coram ipso discus argenteus regalibus epulis refectus, itemque esset manus ad panem benedicendum missuri, intrasse subitò ministrum ipsius, cui suscipiendorum inopum cura erat delegata, & indicasse Regi, quia multitudo pauperum vndique adueniens maxima per plateas sederet, postulans aliquid eleemosynæ à Rege, qui mox dapes sibimet appositas deferri pauperibus, & discum confrigi, atque eosdem minutim diuidi præcipit. Quo viso Pontifex, qui assidebat; delectatus tali facto pietatis, apprehendit dexteram eius, & ait numquã inueteraſcat hæc manus, quod ità iuxtà votum benedictionis eius peruenit, nam cum interfecto illo in pugna, manus eius cum brachio à cætero essent corpore resecta, contigit, vt hactenus incorrupta perdurent.* hæc Baron.

Sed in præstanda eleemosyna men-
389 suram quoq; tenere debemus, vt pluribus abundemus, nec vltrà modum fluere, iuxtà præceptum Diui Ambrosij 2. offic. cap. 12. quod refertur in c. pulchra 86. dist. & in largiendo considerandæ etiam est ætas, atque debilitas, non vnquam etiam verecundia, quę ingenuos prodit natales, vt senibus plus largiendum, quã illis sibi labore iam tũ queuunt victum, quærere similiter, & debilitas corporis, & hæc iuuãda prõptius, tum si quis ex diuitijs cęcidit in ægestatem, & maximè si non vitio suo, prout idem Sanctus edocuit; habetur in c. considerandæ eadem 86. dist.

Quomodò autem facienda sit elee-
390 mosyna; inquiramus, siquidem Christus Dominus apud Matth. cap. 15. ait; *Attendite ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus, vt videamini ab eis, alioquin mercedem non habebitis apud Patrem vestrum, qui est in Cælis: cũ ergo facis eleemosynam, noli tuba canere ante te, sicut hypocritæ faciunt in synagogis, & in vicis, vt honorificentur ab hominibus, amen dico vobis, receperunt mercedem suam, te autem faciente eleemosynam, nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua, vt sit eleemosyna tua in abscondito, & pater tuus, qui videt te in abscondito, reddet tibi.*

Vice versa autẽ, idem Christus Do-
391 minus apud eumdem Matth. eodem cap. 5. ait, *Vos estis lux mundi, non potest Ciuitas abscondi super mõtem positam, neque accendunt lucernam, & ponit eam sub modio, sed super candelabrum, vt luceat omnibus, qui in domo sunt, sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra coram hominibus bona, & glorificẽt Patrem vestrum, qui est in Cœlis.* & Gelasius Papa statuit, vt refert Baronius an. 494. num. 24. *vt pars illa, quę in vsum*
392 *pauperum conuertenda esset, nequaquam clanculo erogaretur, sed palam omnibus videntibus, atque scientibus, ne rapiendi, vel ex parte diminuendi eam, daretur occasio, nam ipsam nihilominus ad scriptam pauperibus portionem, quamuis diuinis rationibus, se dispensasse monstraturus Episcopos esse videantur; tamen iuxtà quod scriptum est, vt videant opera vestra, & glorificent Patrem vestrum, qui est in Cælis, oportet cum testificatione præsenti prædicare, & bonæ famę præconijs non taceri.* hæc Gelasius vndè liquet, eleemosynas publicè nos erogari debere.

Sed rem dissoluit Diuus Gregorius
393 homil. 11. in Euangelia, dicens, *hoc*

an-

Digitized by Google

autem dico vobis, non vt proximi opera nostra bona non videant, cum scriptum sit; videant autem opera vestra bona, & glorificent Patrem vestrum, qui est in Cælis. Sed vt per hoc quod agimus, laudes exterius nō quęramus. Sic autem sit opus in publico, quatenus intentio maneat in occulto, vt & de bono opere proximis præbeamus exemplum, & tamen per intentionem, qua soli Deo placere quęrimus, semper optemus secretum. idemque Gregorius lib. 2. ep. 4. ad Bonifacium Episcopum Regiense, ait; *quibusdam venientibus agnoui, fraternitatem tuam misericordiæ operibus vehementer insistere, atque omnipotenti Deo gratias retuli, quia iuxtà egregij prædicatoris nouum nunc viuimus, si vos statis in Domino, sed illud fateor, non leuiter mentem meum momordit, quod eadem opera multis vos ipsi annunciatis, ex qua re collegi, quod mens vestra non studeat Dei oculis, sed humano iudicio placere, vndè necesse est, frater carissimè, Tu cum bona opera exterius agis, hæc interius magna cautela custodias, ne appetitus placendi hominibus subrepat, & omnis labor boni operis in cassum fiat.*

Itaque cum eleemosynam præstamus,
394 & si publicè illam erogauerimus, attamen non debemus tuba canere, non illam facere debemus, vt laudes captemus humanas, & inanem gloriam, sed vt Deo gloriam offeramus, ipsiq; dumtaxat placeamus, & per illas bonum exemplum subditis nostris præbeamus, sed hoc etiam ad Dei gloriam dirigere debemus, vt dixit idem Gregorius Sanctus hom. 12. *in Euangelia scilicet, vt & bona, quę agitis, cum magna cautela teneatis; ne per hoc, quod à vobis rectum geritur, fauor, aut gratia humana requiratur, ne appetitus laudis subrepat, & quod foris ostenditur, intus mercede euacuetur.*

Sic igitur gregem, oues q; nostras pa-
395 scere debemus, scilicet animam, & corpus: constat enim homo ex dualitate, ità boni Pastoris est vtraque refouere, optimè Cassiodorus ad Ioannem Papam. &c. Franciscus Bozius de Monarch. temporali Ecclesiæ lib. 3. cap. 1. & Alcuinus apud Sanctum Thomam in catena aurea, pascere, ait, oues est credentes in Christo, ne à fide deficiant,
396 confortari, terrena subsidia, si necesse sit subditis prouidere, & exempla virtutum cum verbo prędicationis impendere, animam verò, & exemplo; corpus alimentis corporalibus pascere debemus, ad hanc trinam præstationē respectum habuit Christus Dominus, cum ter Petrum interrogauit, Petre amas me, pasce oues meas, vt obseruauit Beatus Laurentius Iustinianus de iustitia, & regimine Prælatorum, Dicens, Pastor, vt sui mercedem nō amit-
397 tat laboris, Deum ex toto corde diligat, atque pro ipsius amore ouibus sibi creditis sollicitè ministrare non desinat; pascat illas verbo; pascat exēplo, pascat terrena substantia, sic Dominus Iesus Petro mandauit, dicens; Petre amas me; pasce oues meas, hæc profecto trina repetijt interrogatione, vt ex trina confessione Petri ter ab eo facta, aboleret negationis culpam, voluitque prætereà ipse Dominus, & Magister ex huiusmodi repetitione pascendi insinuare pastoribus, quatenùs omnibus sub regimine suo constitutis deberent corporibus morituris alimoniam temporalem, animabus sēper victuris doctrinam spiritualem, atque eorum moribus exemplo suo benè viuendi disciplinam præbere moralem. Porrò qui talibus pabulis pascit gregem dominicum, bonus est pastor, & charitatis dono repletus. Ità quoq; expresserunt Patres in Cōcilio Aquisgranense sub Ludouico Imperatore cap. 132. statuentes, *Solerter Prælatis sa-*
398 *tagendum est, vt eos, quibus præsunt, verbis, & exemplis ad benè viuendum informent, fixoque corde tenendum, ne eos, quasi proprios, sed vt Dominici gregem tractare meminerint, iuxtà illud, quod Petro dicitur, si diligis me, pasce oues meas, meas, inquit, non tuas, & hoc ideò dicimus, quia sunt nonnulli, qui oues Christi, non amore Christi, sed suę, vel glorię, vel dominationis, vel quęstus gratia, pascunt. Sed hoc vigilanter perpendere debent, quod eadem pastio gregis dominici, non vniformi, sed vltimoda, est sollicitudine gerenda, scilicet quia, & terrena subsidia diligenter illis prębere, & exempla virtutis simul cum verbo prędicationis debent sollicitè impendere; quapropter studeat vnusquisq;*

Digitized by Google

quisq; Prælatus, vt familiæ Christi annonam spiritualem, carnalemq; fideliter subministret, vt effici mereatur ille Euangelicus seruus, de quo dicit, fidelis seruus, & prudens, quem constituit Dominus super familiam suam, vt det illi in tempore tritici mensuram. Debemus itaque animas, & corpora ouium pascere, eisque duplicem alimentum præbere, alias nõ Episcopi, non Pastores, sed impij mercenarij erimus, vt optimè Maculerus de Monarchia Ecclesiastica tom.1.p.2. lib.5.cap.10. fol.634. & vnicum obiectum cunctarum nostrarum operationum esse debet salus gregis, non nostrum comodum, itaut non pastor de subditis, sed subditi de pastore dicescant, vt optimè ex D. Bernardo lib.3. de consideratione ad Eugenium cap.3. in principio docet Maculerus tom.1. p.2.lib.1.cap.9.fol.253.

SECTIO QVINTA.

De Sacramentorum administratione ab Episcopo facienda.

1 SAcrum Concilium Tridentinum, in sępè citato decreto de residẽtia sess.23. c.1. intèr cætera munia, quæ Episcopis imponit, est Sacramentorum administratio, præcipiens Episcopis, vt oues suas pascant, Sacramentorum administratione; attamen nõ omnium Sacramentorum necessarius minister est Episcopus, aliqua enim tenetur de per se administrare, propriusq; est ipsorum minister, & non alius; aliqua
2 verò dumtaxat ex conuenientia, & aliquando debet administrare, tum verò in casu necessitatis, in defectum aliorum ministrorum: quod breuiter, quantum fieri potest, explicabimus.

Proprius, & necessarius ministrer
3 Episcopus est Sacramentorum, Confirmationis, & Ordinis, horum enim Sacramentorum administratio pertinet dumtaxat ad Episcopos, vt præter definitiones sacrorum veterum Canonũ, in Sacro Concilio Tridentino accuratè definiuerunt illi Patres in sess. 23. in primis decretis cap. 4. ibi. *Proindè sacrosancta Synodus declarat, præter cæteros Ecclesiasticos gradus, Episcopos, qui in Apostolorum loco successerunt, ad hunc Hyerarchicum ordinem præcipuè pertinere, & positos, sicut idem Apostolus ait, à Spiritu Sancto regere Ecclesiam Dei, eosque Præsbyteris superiores esse, ac Sacramentum Cõfirmationis conferre, ministros Ecclesiæ ordinare, atque alia pleraque peragere ipsos posse, quarum functionum potestatem reliqui inferioris ordinis nullam habent.*

Et in quantum ad Sacramẽtum Cõ-
4 firmationis, ab ipso nascentis Ecclesiæ exordio vniformiter semper obseruatũ fuit, Episcopos dumtaxat ministros Sacramenti Confirmationis, quod patet ex actibus Apostolorum, præsertim cap.8. in quo legitur, quod dumtaxat Apostoli confirmabant credentes: adsunt quam plurimi Canones in 3. par. *decreti de consecratione dist. 5. præsertim can.1. Vrbani Primi c.3. eiusdem Vrbani cap.4. Eusebij Papæ cap.6. ex Concilio Aurelianensi c.7. ex Concilio Meldensi, Leo Primus ad Episcopos Gallia, & Germaniæ epist.86. habetur in cap. quamuis 68. dist. Gelasius ad Episcopos per Lucaniam epist.1. habetur c. Præsbyteros 95. dist.* Inde Innocentius III in c.vnico de sacra Vnctione in §. per frontis, ità inquit, *per frontis chrismationem manus impositio designatur, quę alio nomine dicitur confirmatio, quia per eam Spiritus Sanctus ad augumentum datur, & robur: vnde cum cęteras vnctiones simplex Sacerdos, vel Præsbyter, valeat exhibere; hanc non nisi summus Sacerdos, ideſt Episcopus debet cõferre, quia de solis Apostolis legitur (quorum Vicarij sunt Episcopi) quod per manus impositionem Spiritum Sanctum dabant, quemadmodum Actuum Apostolorũ lectio manifestat: ac idem Innocentius III. rescribens Lucio Vicario apud Constantinopolim constituto, ità dicit. Peruenit ad audientiam nostram, quod quidem simplices Sacerdotes apud Constantinopolim ea Sacramenta præsumunt fidelibus exhibere, quę ab Apostolorum tempore fuerunt solis Pontificibus reseruata, vt est Sacramentũ Confirmationis, quod chrismando renatos, soli debent Episcopi per manus impositionẽ conferre, ad excusandas excusationes in peccatis, solam consuetudinem prętendentes,*

tes, & c. habetur in c. quanto de consuetudine, ibique Pontifex ille talem infrigit, & damnat consuetudinem. Concilia quamplurima adsunt de hac eadem re, nempe Parisiense sub Ludouico, lib. 1. c. 33. Meldense c. 28. Hyspalense 2. c. 5. Constantiense sess. 8. & omissis alijs: Tridentinum sess. 7. can. 3. de confirmatione ita diffiniens, si quis dixerit, sanctæ confirmationis ordinarium ministrum non esse solum Episcopum, sed quemuis simplicem Sacerdotem, anathema sit.

Hoc etiam definiuit Concilium illud œcumenicum ad reprobãdum nouas hæreses Caluini l. 4. instit. c. 9. §. 10. Vicelph. lib. 4. de confirmatione, cap. 12. qui falso æstimauerunt, quemlibet Sacerdotem posse confirmare, iureque humano statutum, solum Episcopum esse ministrum huius Sacramenti; sed veritas catholica est, ex tot Concilijs sanctisque Patribus roborata, Episcopum dumtaxat esse verum, & propriũ ministrum huius Sacramenti, idque institutione diuina per Apostolos explicata, cum ipsi tantum hoc Sacramentum administrauerunt, & vniformiter in Ecclesia obseruatum, quod ius diuinum constituit, late *Bellarminus loco cit. Baronius anno Christi 594. n. 16. & Anno 58. Iodocus Couinus tomo 2. Thesa. Eccles. lib. 5. art. 20. Fragosius de regimine Christiana Reipublicæ p. 2. lib. 1. disp. 1. §. 9. & lib. 8. disp. 18. §. 7. Toreblanca de iure spirituali lib. 2. c. 6. Hallierius in Vindicijs, Barbosa de potestate Episcopi alleg. 30. per totam. Filliuceius tomo 1. tract. 3. de Sacramento confirmationis cap. 2. nu. 24. & 25. Pacis Iordanus par. 1. Lucubr. lib. 3. tit. 2. nouissime, ac erudite quidem Emanuel Gonzalez in d. c. quanto de consuetudine n. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. cum sequentibus*, qui contrarijs, quæ adduci possent, respondet.

Verum non ita stricte intelligendum hoc est, quin haud possit summus Pontifex ex delegatione Sacerdotibus committere ex aliqua iusta, & vrgenti causa confirmãdi potestatem. Hãc enim facultatem committendi habere summum Pontificem, admittunt quasi omnes, & communius nostri Doctores Catholici, præsertim *D. Thomas in 3. par. quæst. 72. art. 11. ad primũ, qui quamplurimos citant, & sequuntur Barbosa d. alleg. 30. n. 4. Diana par. 8. tract. 1. res. 3. Gonzalez d. cap. quanto, n. 14. Pacis Iordan. loco citato, Filiucc. loco cit. n. 26. cum sequentibus*, quod affirmauerunt Patres in Concilio Florentino in decreto de Sacramentis, ibi tamen aliquando per Apostolicæ Sedis dispensationem, ex rationabili, & vrgenti ad modum causa, simplicem Sacerdotem, chrismate per Episcopum confecto, hoc administrasse Confirmationis Sacramentum: Patres in Tridentina Synodo ad hoc forsan respicientes, cum dogmatice definiuerunt, Episcopum esse ministrum huius Sacramenti, apposuerunt illam particulam, *Ordinarium*, tacite dicere volentes extraordinarium posse esse Sacerdotem ex sola Pontificis commissione: prout de facto multi Summi Põtifices hanc potestatem simplicibus Sacerdotibus demandauerunt, prout de Gregorio Magno fatetur Baronius loco citato *d. Anno Christi 594.* qui Sacerdotibus Regni Sardiniæ hanc concessit facultatem; sic legitur de Alexandro Sexto, & Gregorio XIII. qui in Regnis Indorum ob penuriam Episcoporum simplicibus Sacerdotibus talem dederunt potestatem, vt testatur Diana loco cit. & alijs Doctores. Sed non ita de facili solent Pontifices dispensare, sed in Regnis infidelium, vt aduertit Azorius tomo 2. lib. 5. c. 1. q. 6. & cum eo Diana d. par. 8. res. 5. in fine.

Verum tunc oleum, seu chrisma, debet esse confectum ab Episcopo, vt aduertit Concilium Florentinum loco cit. An autem Papa possit concedere facultatem simplici Sacerdoti, vt possit chrisma conficere, negant comuniter quasi Doctores, licet pauci affirmãt, vt videre est Patrem Dianam d. par. 8. res. 12. Ego autem, licet de Papæ potestate disputationem non audeam inferre, supremamque apud ipsum fatear adesse potestatem; attamen in hac relibentius subscriberem sententiæ communiori, quæ hanc facultatem committere simplici Sacerdoti negat: quia hoc est proprium ordinis Episcopalis, &

Digitized by Google

in hoc Iure Diuino ſecundum Catholicam fidem, & veritatem Epiſcopi dif-
15 ferunt à ſimplicibus Sacerdotibus, eiſq; Superiores eſſe, definiuit Sacrum Concilium Tridentinum, vt ſupra vidimus. Nec eadem ratio eſt de adminiſtratione huius Sacramenti, ac de confectione olei, licet illa maior videatur, nam vt ponderat *Filiuccius dicto tract. 3. cap 1, ſub nu.* 13. quia ſæpe Epiſcopi non poſſunt miniſtrare hoc Sacramentum, ſiue ob penuriam ipſorum in partibus infidelium, ſiue ob aliud impedimentum: at Sacerdotes poſſunt plures adeſſe, qui valent facile habere oleum conſecratum ab Epiſcopo; ideo Summi Pontifices aliquando conceſſerunt facultatem miniſtrandi dumtaxat hoc Sacramentum ſimplicibus Sacerdotibus, nũquam vero eis conceſſiſſe indultum cõficiendi, & conſecrandi olea, ſeu chriſma; ideo ſaltem ex vſu vniformi Eccleſiæ, ita tenendum eſt. *Barboſa loco alleg.* 30. *n.* 6. *Pacis loco cit. dicto tit.* 2.

Hanc poteſtatem recipiunt Epiſco-
16 pi in conſecratione, & ex charactere Epiſcopali. quem recipiunt; ideo indelebilem eſſe, fateri oportet, quem numquam amittunt, ſiue cenſuris illaqueati, hæreſi affecti, vel quomodolibet alias hoc eis eſſet inhibitum, nam ſemper valide, licet non licite, ſacramentum hoc adminiſtrabunt, vt verius ſcripſerunt, & communius Doctores Theologi, ac etiam Canoniſtæ, vt videre eſt Reginaldum *in praxi lib.* 28. *n.* 19. *Bonacinam de Sacramentis diſp.* 3. *q. vnica par.* 2. *n.* 7. *Barboſam d. alleg.* 30. *n.* 2. *Pac. Iordan. d. tit.* 2. *num.* 4. *Filiuccius d. tract.* 3. *cap.* 2. *n.* 29. *& alios, licet adſint, qui contrarium exiſtimauerunt.*

Epiſcopi hoc Sacramentum ex vetu-
17 ſto ſacrorum canonum præcepto ieiuni adminiſtrare debent, vt ſancitum fuit in Concilio Meldenſi c. 6. *prout legitur in can. vt Epiſcopi de conſecrat. diſt.* 5. *ſicuti in Concilio Aurelianenſi c.* 3. fuit præceptum, vt ieiuni accedant, qui confirmandi ſunt, habetur in c. *vt ieiuni eadem diſt.* 5. *de conſecratione*. Verum hoc
18 præceptum ex conſuetudine Eccleſiæ fuit abrogatum, nam poſt prandium hoc Sacramentum adminiſtratur, ad-uertunt omnes Doctores, præſertim Pacis loco cit. num. 13.

Cum vero Epiſcopis ex officio in-
19 cumbat hoc Sacramentum adminiſtrare, non debent differre per multum tempus collationem dicti Sacramenti; faceret enim contra proprium officiũ, aduertunt *Toletus in ſum. lib.* 5. *c.* 4. *Pacis, loco cit. num.* 14. *& alij*, *& Pacis* dicit, quod alternis annis debet miniſtrare, & ideo perluſtrare debet Diœceſim.
20 Vſus autem quaſi comunis eſt Epiſcoporum adminiſtrare dictum Sacramentum, cum viſitationem explent: hoc
21 enim munus ex ſe explere debent Epiſcopi, nec expectare debent rogitum Vniuerſitatum. Sũt enim plerique Epiſcopi, qui haud adminiſtrant hoc Sacramentum, niſi accedant Rectores Vniuerſitatum, & ipſos rogent, vt Sacramentum hoc adminiſtrent: ſed aduertant Epiſcopi, quod ſtimulus ad hoc faciendum debet eſſe ſollicitudo explendi proprium munus Epiſcopale;
22 hoc enim eis incumbit ex proprio officio, ideo non debent expectare expoſtulationem hanc, ſed vt ipſi iudicauerint opportunius ex ſe, & vltro hoc Sacramentum ſuis ouibus adminiſtrare debent.

Epiſcopi cum adminiſtrant hoc Sa-
23 cramentum obſeruare debent adamuſſim quæ præſcribuntur in Pontificali Romano, nec ad proprium libitum tranſgredere debent leges à Superioribus iuſtè, & cum maxima maturitate latas, vt plerique Epiſcopi ſæpius faciunt: Præcepit autem Pontificale,
24 vt cum Epiſcopus hoc voluerit Sacramentum adminiſtrare, indui debeat ſuper Rocchettum amictum, ſtolam, pluuiale &c. Sed ex vſu quaſi vniuerſalis
25 Eccleſiæ tempore æſtiuo deponitur pluuiale, & cum ſtola, & mitra adminiſtratur hoc Sacramentum, quamplures
26 DD. aduertunt, præſertim *Pacis Iordan. loco cit. tit.* 2. *n.* 12. ſed debet illud reaſſum. cum benedictionem confirmatis impartitur, vt idem Doctor, & omnes docent.

Præſcribit etiam Pontificale, quod
27 confirmandi habeant vſum rationis; equidem Vrbanus Papa ſtatuit, quod omnes

Digitized by Google

omnes fideles per manus impoſitionem Epiſcoporum Spiritum ſanctum poſt baptiſmum accipere debent, vt pleni Chriſtiani inueniantur: quia cum Spiritus ſanctus infunditur, cor fidele ad prudentiam, & conſtantiam dilatatur. habetur in Can: omnes de conſecrat. diſt. 5. inde in primitiua Eccleſia hoc
28 Sacramentum conferebatur ſtatim poſt baptiſmũ, vt ex Diuo Auguſtino in tract. 6. in primam Epiſtolam Ioannis docet *Filiuccius loco cit. tract.* 3. *c.*2.
29 *n.*34. ſed poſtea non ita obſeruatum: nam in Concilio *Aurelianenſi c.*3. ſtatutum fuit, vt confirmandi ſint perfectæ ætatis, vt moneantur confeſſionem facere prius, vt mundi donum Sancti Spiritus valeant accipere. habetur in cit. Can. *vt ieiuni de conſecratione diſt.*5. vbi Gloſa in verbo perfectæ explicat, vt ſint duodecim annorum. *S. Thomas*
30 *in* 4. *diſt.*7. *quæſt.*3. *art.*2. *q.*2. docet, Sacramentum hoc conferendum eſſe in
31 infantia, alij dixerunt, conferendum
32 eſſe in ſeptemnio, alij autem dixerunt adminiſtrari poſſe pueris trium annorum, *Barboſa loco cit. d. alleg.* 30. *n.*17. *Pacis Iordan. loco cit. n.*47. *& remittit* hoc arbitrio Epiſcopi, in arbitrando vſum
33 rationis. Ac adminiſtrari poſſe ex aliqua iuſta cauſa hoc Sacramentum ante ſeptemnium, docent *Paulus Layman Theologus moral. lib.*5. *tract.*3. *c.*5. *n.*2. *Filiuccius loco cit. num.*36. *Bardus in electis moral. lib.*10. *q.*6. *Diana par.*3. *tract.*4. *de Sacramentis reſ.*19. Puta ob diuturnam Epiſcopi abſentiam, ob periculum mortis, vel cum puer ante ſeptemnium ha-
34 beret vſum rationis. Atque Diana docet cum Nugno in 3. parte, q.72. art.8. concl. 4. non peccare Epiſcopum confirmando pueros ante vſum rationis, abſque etiam cauſa, quia Doctores dicunt dumtaxat, non conuenire ante ſeptemnium dare hoc Sacramentum, ſic eſt in conſilio, non in præcepto; &
35 quia non eſt tam neceſſaria diſpoſitio ad hoc Sacramentum, ita non videtur res grauis, quod conferatur pueris, quãdo neque habent diſpoſitionem, neque impedimentum, ita etiam Bardus loco cit. lib.10. q.6. n.5. Sed Ego exiſtimo,
36 quod regulariter Epiſcopi non debent dare hoc Sacramentum niſi habentibus vſum rationis, & bene diſpoſitis, vt præſcripſit Põtificale Romanum, quod legem conſtituit, quam temere non debent Epiſcopi non obſeruare: ex iuſta tamen cauſa pueris ante ſeptemnium
37 poſſunt conferre. Quod tamen abhorreo, eſt, quod quandoque vidi, hoc Sacramentum adminiſtrari pueris adhuc lac ſugentibus. Cũ tamen adultis con-
38 fertur, certum eſt, quod debent eſſe in gratia conſtituti, vel per pœnitentiæ Sacramentum, vel ſaltem per contritionem, quod omnes admittunt; monet idem Pontificale Romanum. Qui
39 autem in Paſchate non eſt confeſſus, vel eſt in actuali peccato, non debet admitti ad hoc Sacramentum. Pacis loco cit. nu. 53. cum vero quis in peccato hoc Sacramentum acceperit, cum poſtea in gratiam reuertitur, reuiuiſcit ſemper effectus huius Sacramẽti, quantum ſcilicet ad Sacramentalem gra-
40 tiam auxilij, & augumentum gratiæ, vt notant Doctores citati, præſertim Barboſa n.19. ſed de hac re, & diſpoſitione confirmãdi, vide Doctores Theologos, præſertim Filiuccium loco cit., cap.3. & alios, cum hoc meum non ſit;
41 Amentibus autem an dari poſſit hoc Sacramentum, affirmant quamplurimi Doctores, præſertim *Filiuccius loco cit. nu.*37. *&* 38. *Diana loco cit., reſol.*20. *qui multos alios citat, Barboſa d. alleg.*30. *n.*21.
42 Adſunt tamen alij contrarium exiſtimantes, quos citat idem Diana, loco cit., ſed extra controuerſiam eſt, ſi non fuerint perpetuo Amentes, habuerintq; aliquando lucidum interuallum, vel cum amentia incæperit poſt vſum rationis, ſi in vltimo actu ſanitatis non fuerint in manifeſto peccato, vt bene
43 aduertunt *Filiuccius loco cit. Diana loco cit. verſ. & hac omnia &c.* Nec excluduntur ab hoc Sacramento muti, & ſurdi, qui quamuis ore non poſſint fidem defendere, & profiteri, actamen bene poſſunt, & valent opere. Barboſa loco citato nu.20.

Confirmandi debent eſſe ſubditi
44 Epiſcopo confirmanti, itaut non valeat Epiſcopus alienos ſubditos confirmare, in qua re varie ſcripſerunt Do-

Digitized by Google

ctores, nam multi extimarunt Episco-
pum, qui alienos subditos confirmaue-
45 rit, non euitare pœnas canonicas, præ-
sertim suspensionem, ita *Bonac. de Sa-
cramentis, disp.3. q.1. punct.2. n.11.* qui
alios citat, contrarium tamen docent
46 alij Doctores, præsertim *Barbosa d.al-
leg.3.n.14. Pacis, loco cit.nu.49. Diana p.3.
tract.4. de Sacramentis, res.24. vers. adde
etiam*, qui nullum peccatum committe-
re, neque in aliquam censuram in cur-
rere, docent: præsertim quando pro-
prius Episcopus esset absens, vel cum
non administrat hoc Sacramentum;
47 *Pacis* tamen dicit, quod ipse de facto
noluit alienos subditos admittere ad
hoc Sacramentum suscipiendum, docet
tamen *Pacis loco cit. nu.*50. quod si alie-
nus subditus, se cõmisset cum proprijs,
48 & inaduertenter Episcopus illum con-
firmaret, certo nullam committeret
culpam: Sicuti cum proprius Episco-
pus dimissoriam ad primam tonsuram
suscipiendam concesserit proprio sub-
dito, si ille non fuerit confirmatus, vti-
49 que Episcopus ordinans, cui dirigun-
tur literæ dimissoriales, poterit illum
confirmare, vt de facto consuluit Dia-
na Episcopo Manzarienſi, prout ipse
testatur in dicta resol. 24.

Iubet etiam Pontificale Romanum
50 adesse debere compatrem, qui suscipiat
confirmandum, nam quamuis hoc non
sit de essentia Sacramenti, est tamen de
necessitate præcepti, vnde si absque ne-
cessitate sine patrinis Episcopus hoc
51 Sacramentum administret, Doctores
non excusant eum à peccato. *Barbosa,
loco cit. dicta allegat. 30. sub num. 33.
Pacis, Iordanus loco cit. num. 60.* fuit
52 enim ab ipso Apostolorum tempore
semper incussè seruatum, vt tam in ba-
ptismo, quam in confirmatione, es-
sent patrini, seu susceptores, siue com-
patres, vt ex multis Patribus, & Con-
cilijs, *Couius, tomo 1. Thes. Eccles., lib.1.
art.12.* & nouissime erudite Emanuel
Gonzalez, in c.ex literis de cognatione
53 spirituali, huiusmodi autem patrini
designatio, spectat ad parentes confir-
mandorum, & in defectum ipsorum ad
Parochos, vti communius docent Do-
ctores, actamen in hoc Sacramento,
quia ab Episcopo administratur, dicit
54 *Pacis Iordan. loco cit. nu.*58. ad ipsum spe-
ctare designationem huiusmodi, in de-
fectum parentum, & idem dicendum,
cum Episcopus baptizauerit, nam Con-
cilium Tridentinum sess. 29. c.2. de re-
formatione Matrimonij, cum ad Paro-
chum hoc spectare decreuit in baptis-
mo, id fuit, quia regulariter Parochus
est ordinarius, & regulariter minister
huius Sacramenti.

Susceptores prohibentur esse omnes
55 Regulares, quod extrà controuersiam
est apud omnes, *ex textu in can. non licet
Abbati de consecratione, dist.4.* qui licet
loquitur de Abbatibus, & Monacis,
actamen secundum veriorem senten-
56 tiam, ob rationis idemptitatem intel-
ligendum est de omnibus Regulari-
bus; multi tamen contrarium sentiunt;
nec concordant Doctores, quale com-
mittunt peccatum Regulares suscipiẽ-
57 do; vide Doctores citatos. Annuente
tamen Episcopo, cum aderit necessitas,
poterit esse Regularis patrinus, quia in
casu necessitatis poterit Episcopus hu-
iusmodi concedere licentiam, & dispẽ-
sationem, vt dicit *Pacis loco cit. num.* 65.
58 sicuti cum Regularis est confirman-
dus, poterit illum tenere alius Regu-
laris, *Barbosa, loco cit. nu.*36. *Pacis, loco cit.*
59 *nu.*64. Clerici autem etiam arceri de-
bent secundum opinionem eiusdem
*Pacis nu.*66. sed regulariter admittun-
tur secundum vsum, & consuetudinem,
præsertim huius Regni, sed hoc erit in
Episcopi arbitrium, vt faciat secundum
60 prudentiam, vt cum perspexerit ades-
se aliquem suspectum, non admittat;
cum vero cessat omnis mali suspicio,
admittere poterit Clericos ad hoc mu-
nus.

Nec admittendos esse ad officium
61 hoc, patrinos, qui prius confirmati non
fuerint, iubet Põtificale, & si forte admit
titur nõ cõfirmatus, nullã contrahit co-
gnationem spiritualem, secundũ *Barbos.
loco cit. nu.*34. *Pac. Iordan. d. lib.3. tit.2.
nu.*62. *Dianam loco cit. res.*26. *qui alios ci-*
62 *tat Doctores*; adsunt tamen contrarium
sentientes, *præsertim Molfes. in summa,
tom.1. tract.4. c.2. n.*43. *& alij, quos citat
idem Molfes. & Diana, loco cit.* nam pro-
babi-

Digitized by Google

babilior videtur prima ſententia, pro qua plurimũ facit textus, *in c. in baptiſ-*
63 *mate de conſecratione, diſt.* 4. in quo Ca-none ex Concilio Magũtino, ita ſtatuitur. In baptiſmate, vel in chriſmate non poteſt alium ſuſcipere in filiolum, qui non eſt baptizatus, vel confirmatus, vbi gloſſa, hanc ſententiam aperte
64 tenere videtur, & pro hac ſententia affert declarationem Sacræ Congregationis in vna Licien. 13. Iunij 1654. *Pignatellus conſult.* 10. *lib.* 1. non tamen neceſſe erit, vt confirmandus minoris ſit ætatis, & patrinus maioris, hoc enim
65 omnes concedunt; ſecluſa tamen neceſſitate, qui ſuſcipit in baptiſmate, non erit admittendus in confirmatione, *Pacis loco cit. n.* 72. *qui alios citat.*

Quot autem Patrini debent admit-
66 ti in ſingulo confirmando, dubium eſt inter Doctores noſtros, ſi quidem in Can. non plures, de conſecratione, diſt. 4. ex Leonis decreto, vnus tantum in confirmatione admittendus eſt ſuſceptor, ſicuti in baptiſmate: ſic etiam in
67 Can. finali de cognatione ſpirituali in 6. in Tridentino autem Concilio in præfato Can. 2. de reform. Matrimonij ſtatutum fuit, quod vnus tãtum admittatur in baptiſmate, vel ad ſummum vnus, & vna, quare multi Doctores eſtimauerunt, quod cum Concilium tan-
68 tum in baptiſmate concedit, quod vnus, & vna admittatur, cum ſit correctorium iuris comunis in d. cap. non plures, tantum in eo caſu procedat, ſcilicet baptiſmate, in confirmatione vero ſit ſeruandum dictum ius comune, vt ſcilicet tantum vnus admittatur, de qua re vide *Barboſ. loco cit. nu.* 43. *Pacis Iordan. n.* 33. *Sanchez de Matrim. lib.* 7.
69 *diſp.* 57. *& alios penes iſtos*, certum tamen eſt, quod Epiſcopus nequit diſpenſare, vt duo viri, vel duæ fœminæ ſint ſuſceptores, quia non habet poteſtatem diſpenſandi in conciliari diſpoſitione, quod omnes admittunt. Et notandum
70 eſt, quod fœmina, fœminam, maſculus, maſculum ſuſcipere debet, quod in Nicena Synodo fuit conſtitutum, *c.* 22. *& antea Dinus Clemens in lib.* 3. *conſt. cap.* 16. & ordinatur in dicto Pontificali, & vtinam obſeruaretur, quia mala multa,
71 ſub hoc clypeo perpetrantur: procuratorio, tamen nomine maſculus poteſt ſuſcipere fœminam vel vice verſa, *Pac. loco cit. nu.* 74. practicatum tamen vidi, vt vnus maſculus, & vna fœmina ſint ſuſceptores in hoc Sacramento.

Chriſma, quo frontes inungere de-
72 bet Epiſcopus confirmandos; debet eſſe in illo anno confectum in die Cœnæ Domini, iuxta *teſtum in c. quoniam de ſententia excomunicationis in* 6. alias
73 peccabit: quia facit contra præceptum Eccleſiæ in re graui, niſi neceſſitas aliud expoſcat, quod comuniter admittunt noſtri, & chriſma debet eſſe confectum ex oleo, & balſamo, quod eſt de
74 eſſentia, ſecundum veriorem, & probabiliorem ſententiam, de qua vide *Dianam, loco cit. reſol.* 23.

Debet Epiſcopus vngere digito, ſeu
75 dextero pollice, vt præſcribit Pontificale, verum ſi altero digito inungat,
76 multi excuſant à peccato. *Diana loco cit. reſol.* 22. verum ſemper digito facienda erit vnctio in fronte, non tamen mediante aliquo inſtrumento, nam eſt de eſſentia Sacramenti, vt rectè aduertit *Diana loco cit. reſ.* 22. *in fine* neceſſa-
77 rio debet Epiſcopus facere ſignum crucis, ac exprimere nomen Sanctiſſimæ Trinitatis, quod eſt extra controuerſiam apud Doctores.

Hoc Sacramentum ſemper poterit
78 Epiſcopus adminiſtrare, etiam tempore interdicti, & in loco interdicto, prout docent Doctores citati, præſer-
79 tim *Pac. loco cit. n.* 36. ſed dubitant, an tunc adminiſtrari debeat ianuis clauſis, an vero apertis, pro vtraque parte adſunt Doctores, verum *Bardus, loco cit., q.* 4. *n.* 8. *&* 9. dicit probabiliorem ſententiam illam eſſe, quæ docet, quod ianuis clauſis Epiſcopus debeat tunc Sacramentum adminiſtrare, cætera dubia vide apud hos Doctores.

Non ſolum confirmationis, ſed etiã
80 ordinis proprius miniſter eſt Epiſcopus. Hæretici autem, & præcipue illi, qui hanc dignitatem in hierarchia Eccleſiaſtica demoliri conati ſunt, quam deſideratam adepiſci non potuerunt, opinati ſunt, non Epiſcopum, ſed quemlibet eſſe miniſtrum huius Sacramen-

Digitized by Google

menti, atque quatenus, Episcopum ministrum alicuius ordinis non posse conferre hunc absque consensu, & electio-
81 ne populi, aut magistratus: *vt Luterus in lib. de Papæ potestate, & in lib. de instituendis ministris ad Bohemos, Caluinus lib. 4. instit. cap. 13. §. 13.* scripsere abutũturque, vt solent pluribus sacræ Scripturæ locis, & adulterantes, & torquentes scripturas ad eorum libitum contra sensum Sanctorum Patrum, & præsertim ex *cap. 1. actorum, in quo loco habetur*, quod electio S. Matthiæ fuit facta iussu D. Petri, cum consensu totius fidelium cœtus, qui tunc aderant sic Diaconorum electio à tota multitudine fidelium, *actorum cap. 6.* & de Paulo, & Barnaba, in eodem actorum *lib. c. 14. dicitur; cum constituissent per sin-*
82 *gulas Ecclesias presbyteros. Insuper D. Cyprianus, epist. 68. ita scripsit; Plebs maxime habet potestatem eligendi Sacerdotes, & indignos recusandi quod, & ipsum videmus de diuina authoritate descernere, con-*
83 *sentire videtur D. Augustinus, in tract. 124. in Ioannem vbi docet, quod promissio, & concessio Ecclesiasticæ potestatis, sub clauium nomine, Petro facta, intelligitur facta ipsi Ecclesiæ*, quatenus est cœtus fidelium. Inde in primioribus sæculis solebant à populis, & Magistratibus eligi, qui sacris præessent rebus, donec postea à Sacris Canonibus hoc inhibitum fuerit, & damnata, vti corruptela consuetudo, vt legitur in c., *Messanac.*
84 *quisquis, & e. Sacrosancta, de electione:* Sed ò vtinam si praua hæreticorum opinio eius tamen effectus, atque factus ipsum, non receptum à quibusdam Catholicis, ò Ecclesiæ libertas, ita labefactata à proprijs filijs in proprijs actionibus spiritualibus, & diuinis, quæ scilicet Ecclesiæ Diuino iure, & ex potestate, immediate à Christo Domino concessæ sunt; O tempora vere lugenda, in quibus potestas Ecclesiastica, ita deprimitur à filijs, non secus, ac depressa fuit ab inimicis, & Ethnicis, & forsan peius: O cæci, & miserabiles homines, quis vos fascinauit non obedire Catholicæ veritati; & vestram agitis damnationem, Vos vosmetipsos præmitis, non Ecclesiam, vos inquam propriam agitis demolitionem vestrarum domorum, & principatuum; estinctionem totalem omni conatu procuratis? Vnde tot vobis eueniunt calamitates, tot nobilium familiarum extinctiones; nisi ex hoc vnico malo, quia Ecclesiasticæ libertati, præsertim in his actionibus sacris, infesti estis, possem ad particularia descendere, & hanc veritatem palpabilem demonstrare; sed abstineo, & quidem prudenter, licet alioquin hac sim vacuus virtute.

At in œcumenico Concilio Triden-
85 tino, contra vtrumque errorem, & hæreticorum insaniam, sufficienter fuit prouisum in *d. sess. 23. tam in d. cap. 4. in principio eiusdem sessionis, quam in Can. septimo de ordine ita hic dogmaliter definiendo. Si quis dixerit Episcopos non esse presbyteris superiores, vel non habere potestatem confirmandi, & ordinandi, vel eam, quam habẽt illi, esse cum presbyteris communem, vel ordines ab ipsis collatos sine populi, vel potestatis secularis consensu, aut vocatione, irritos esse, aut eos, qui nec ab Ecclesiastica, & Canonica potestate rite ordinati, nec missi sunt, sed aliunde veniũt, legitimos esse verbi, & Sacramentorum ministros anathema sit: & in d. c. 4. statuit, Docet Sacrosancta Synodus, in ordinatione Episcoporum, Sacerdotum, & caterorum ordinum, nec populi, nec cuiusuis secularis po-*
86 *testatis, & magistratus consensum, siue vocationem, siue authoritatem, ita requiri: Quod antea definitum fuit in Nicæno Concilio, Canone 4. In Carthaginen. 2. cap. 7. Toletano 8. cap. 7. & in Florentino, sub Eugenio 4. in tit. de Sacramentis §.*
87 *sevum Sacramentum*, Itaque Catholica veritas est, quam omnes viri filij Ecclesiæ amplecti debent, solum Episcopum ministrum ordinis, neque in ordinum collatione aliquem exposci consensum sæcularis cuiusuis potestatis, vel populi, qua de re optime Cardinalis *Bellarminus, lib. 1. de Clericis, c. 3. de Sacramento ordinis, lib. 1. c. 11. Becanus de Sacramentis, c. 26. q. 5. Vasquez in 3 par. tit. 3. disp. 243. & 244. Pater Raphael de Auersa de Sacramento ordinis, q. 3. sect. 1. Valentia disp. 9. q. 3. par. 1. Filiuccius tract. 9. de Sacramento ordinis, cap. 5. n. 91. Campanilis rub. 1. n. 22. & rub. 2. n. 29. & 30. Barbo-*

sa

Digitized by Google

*ſa alleg.3.n.1. Pacis Iordanus tomo 1.lib.3. tit.6.n.5. ex pluribus Patribus, probat Iodoc. Cocc.in Theſ.Catholico, lib.7. art.18. Maced.de clauibus,lib.4.c.5. Villaroel de regimine Eccleſiæ, tomo 1.part.1. q.1. art.9. Gonzalez,in c.quoad tranſlationem num.4. Angelus Petricca, de poteſtate Apoſtolorum, diſp.4. contra Grotium cap.10. fol.350. & 353. Fagnanus in c.cum contigat de ætate, & qualitate, & ante omnes iſtos, Dyoniſius, de hierarchia Eccleſiaſtica, lib.6. c.5. D.Hyeronimus epiſt.95.*cuius rei illa aſſi-
88 gnatur præcipua ratio,quia ita à Chriſto Domino inſtitutum fuit, vt ſcilicet Epiſcopi, qui ab eo inſtituti ſunt, hoc Sacramentum adminiſtrent, itaque decuit, quia ſicut in politica Republica ad Rectores pertinet officia diſtribuere,ita quoque in Eccleſia decet, vt officiorum, & miniſtrorum diſpenſatio ad Epiſcopos,qui Rectores ſunt,dumtaxat pertineat: ordoque eſt vere Sacramentum, inde oportuit à miniſtro, à Chriſto ordinato conferri, Chriſtus autem Dominus non inſtituit, vt ordo conferri poſſit à populo, vel magiſtratu, vel de eius conſenſu, ſed independenter ab omnibus, tradidit poteſtatem Apoſtolis,vt Epiſcopis conſtitutis, quibus ſcilicet ſucceſſerunt Epiſcopi, vt ordines conferrent, & inſtituerent Epiſcopos, & cæteros in Eccleſia ſua miniſtros,prout fecerunt Apoſtoli, qui nullo conſenſu ex Poſtulato populorum, vel magiſtratum, ſiue Principum hac poteſtate vſi ſunt, & ita cæteri eorum ſucceſſores, quod abunde conſtat ex ſa-
89 cris literis, Eccleſiaſticiſque hiſtorijs, & præſertim ex actibus Apoſtolorum, & teſtimonium irrefragabile eſt illud Diui Pauli ad *Titum, c.1. ibi conſtituens*
90 *per Ciuitates Præſbyteros, ſicut & ego diſpoſui tibi*: Hanc enim independentem, & abſolutam poteſtatem Eccleſiaſticis miniſtris tribuunt concilia generalia, vt in *Can. non eſt permittendum, et Can. nullus Laicorum, 63.diſt., & alibet*; ita Patrum communis eſt conſenſus in expoſitione epiſtolarum Pauli Apoſtoli ad Thimoteum, & Titum, D.Epifanius hereſ. 75.D.Hyeronimus epiſt.85.
91 D.Auguſtinus in pſal. 98.*D. Leo ep.*88. ad inſtar Aaronis aliorum Sacerdotum veteris teſtamenti, qui in antiqua illa lege miniſtros conſtituebant, & ordinabant alteris abſque aliquo populi conſenſu, & ſi in figurato Sacerdotio fuit hoc obſeruatum, quanto magis in hac noua lege, in qua eſt perfectius Sa-
92 cerdotium; per quod non ſacrificium legale, ſed incruentum ſacrificium corporis, & ſanguinis Chriſti Domini perficitur; habentque Sacerdotes poteſtatem, non ſolum ſupra corpus Chriſti
93 verum,ſed etiam miſticum, dimittendi ſcilicet peccata, quam nõ habuerũt Sacerdotes illius legis, igitur à fortiori in noſtra noua lege hac abſoluta poteſtate vti debent Summi Sacerdotes, ideſt Epiſcopi, vt abſque dependentia populi magiſtratum,ac Principum conſtituant cæteros minores Sacerdotes, & Miniſtros altaris.

Ad argumenta hæreticorum,reſpon-
94 dent Doctores ſupra citati. D.Petrum, cæteroſque Apoſtolos detuliſſe cætui electionem duodecimi Apoſtoli, ac ſeptem Diaconorum, non quia id fuerat neceſſarium ex Chriſti Domini præcepto, ſed quia prudenter putauit Petrus hoc ita agendum; volens ita oſtendere, ſe non affectu aliquo humano trahi,
95 cupiebatque digniores, & cariores primis illis fidelibus, eligere miniſtros; inde vero non ſequitur, quod prætendunt hæretici nempe diuino præcepto populi conſenſum expetendum neceſſario in huiuſmodi ordinationibus, ſeu conſtitutionibus miniſtrorum;ſic etiam
96 reſpondetur ad quod inducitur de Paulo, & Barnaba; vltra quod certe intelligi poteſt textus illius ſcripturæ, quod ipſemet Paulus, & Barnarbas conſtituerint Præſbyteros, non vero cum conſenſu populi, &c.quod fortius, & rectius explicant, & reſpondent citati Doctores; ſufficit nobis tantum in-
97 dicaſſe nam catholicis ſcribo, non hæreticis; Cypriani quoque dictum intelligunt, mentem dicti Doctoris eſſe dumtaxat populum, ſeu plebem habuiſſe dumtaxat poteſtatem referendi, ac teſtificandi de qualitate ordinandorum, prout hodie in Eccleſia obſerua-
98 tur,nam in ordinatione Diaconorum, atque præsbyterorum monetur, ſeu con-

Digitized by Google

consulitur populus, vt dicat qualitates ordinandorum, si habent aliquod contra eos, & cum Diuus Cyprianus, dixit
99 de iure Diuino intelligendum non de iure Diuino præcepti, sed de exemplis scripturæ sacræ, sed vide *Bellar. de Clericis. c.7. Bouerium contra Marcum Antonium de Dominis, lib.3.cap.3. per totum, Dianam par.3.tract.1.ref.8. Petauium de Hyerarchia, l.1.c.3. Auersam loco cit.qu.3. sect.1.* similiter ad Augustini authorita-
100 tem, respondetur, quod promissio clauium fuit soli Petro facta, tamquam Ecclesiæ capiti, quæ tamen fiunt à Papa à tota Ecclesia fieri dicuntur, quod bene, & late explicant Victoria *in relectione 2.de potestate Ecclesiastica, Bellarm. de Romano Pontifice lib.2.Cardinalis Caietanus, in opusculo de institutione Romani Pontificis, Cardinalis de Turrecremata in summa Ecclesiæ, lib.2.per plura capita, Suarez, defens.fidei lib.3. vbi de primatu Romani Pontificis, Michael Maculerus de Monarchia Ecclesiastica, tomo 1.2.p. lib.3.per totum, & lib.4. & alij praxim.*

In quantum vero ad aliud argumen-
101 tum hæreticorum, quod olim electiones fiebant à populo; & magistratibus sæcularibus. Respondent, & in primis animaduertendum est, quod aliud est promotio ad ordines sacros, aliud ele-
102 ctio ad officium, & dignitates; siquidem legimus electiones ad dignitates, & gradus in hyerarchia, hac Ecclesiastica aliquando contigisse cum consensu Populi, vel sæcularium, quia electio non est actus clausum, vt *dicit Pe-*
103 *tricca infra citandus*; ordinationes vero ad ordines, vti ordines numquam fuisse factas ad Placitum populi, & sæcularium magistratum, seu Principum, licet consultus sit populus, non ob necessarium consensum præstandum, sed ad publicum testimonium de probitate, & sufficientia ordinandorum ferendum, vt in Pontificali Romano, & habetur ex Concilio Carthaginensi 3. *c.22.ibi nullus ordinatur Clericus nisi probatus fuerit, vel Episcoporum examine, vel populi testimonio, habetur in c. nullus* 24.
104 *dist. sic etiã in Concilio Nannatensi, c.11. vt in c.quando eadem dist.24. dicitur ibi, eligere debent Sacerdotes, et alios prudentes viros, gnaros diuinæ legis, & exercitatos in Ecclesiasticis sanctionibus, qui ordinandorum vitam, genus, patriam, ætatem institutionem, locum, vbi educati sunt; si bene literati, si instructi in lege Domini di-*
105 *ligenter inuestigent*, & in Concilio Carthaginensi 4.c.22.legitur, *Episcopus sine Concilio Clericorum suos Clericos non ordinet, itaut ciuium, & conniuentiam, &*
106 *testimonium quærat*, sic etiam procedit dictum D.Hyeronim. *c.licet* 8.*q.*1. ita intelligens dictum Diui Pauli habeant bonum testimonium ab his, qui foris
107 sunt, *concordat Tridentinum sess.23.c.7. de reform.* itaque ad testimonium ferendum, non ad præstandum consensum in ordinibus conferendis in Ecclesia fuit mos antiquus consulẽdi populum,
108 & sæculares, vt dicitur in Pontificali Romano; & ita intelligitur etiã textus in Can. *vota ciuium, 63.dist.* vel vt intelligit ibi glosa, procedit in electionibus.

In quantum vero ad electiones, ad
109 dignitates hyerarchicas diuersimode fuit obseruantia in Ecclesia; Apostolorum enim tempore fuerunt electi Episcopi, & alij Prælati ab ipsis Apostolis, & successoribus; postea vero huiusmodi electiones fiebant à Metropolitanis, accedebat consensus populi seu Magistratum sæcularium, vt legimus de S. Nicolao, de S.Ambrosio, & alijs, habetur enim in *c.nullus 61. dist.* qui est Cæ-
110 lestini, *quod non dentur Episcopi inuitis ciuibus*, sed requirendus sit consensus Ciuitatis, ita etiam habetur *in cap. si forte 63. dist.* ita tamen vt Episcopi comprouinciales non tenebantur Postulatum à populo consecrare, si ei Sacri Canones non obuiarent, vt *dicitur in c.nosse 63.dist.* atque huiusmodi consensum adfuisse in electionibus Episco-
111 porum ex Ecclesiæ permissione, vt eo præsente, vel detegerentur crimina, vel bonorum merita prædicarentur, vt ad hanc dignitatem indignus non accederet, non quia à iure diuino Episcoporum electio ad populum, vel Principem spectaret, vt falso putauerunt Luterus, Caluinus, & alij; recte *Bellarminus lib.1.c.7. de clericis, Emanuel Gonzalez in c.ofius de electione, sub nu.*8.

Pe-

Petricca, loco cit. disp. 4. c. 10. fol. 253. Barbosa d. potes. Episcopi, p. 1. tit. 1. cap. 3. n. 30.

112 quia tamen in huiusmodi electionibus, quæ in populo, & sæcularibus magistratibus fiebant, sæpe tumultus excitabantur: incommoda maiora Ecclesiæ afferebantur, ideo Ecclesia studuit hunc modum auferre, quia legitime à Papa, & Concilijs ratione suadente fie-

113 ri potuit, vt ex Diuo *Chrysostomo, l. 3. de Sacerdotio, dicit Pater Auersa, quæst. 3. sect. 1. sub vers. admittendum tamen tertio est, Petricca loco cit.* & adsunt plures Canones, quod nequaquam facere poterat

114 Ecclesia, si esset de Iure Diuino, nec legitime Apostoli ordinare potuissent Episcopos absque consensu populi per ciuitates: sed hoc fecerunt absque isto consensu; ergo signum euidens, & argumentum irrefragabile, quod non sit de Iure Diuino, bene *Petricca loco citato.*

In occidenti vero, vt dicit *Bellarmi-*

115 *nus, & Azorius inst. moral. li. 3. c. 28. q. 1.* ius electionis Clero communicatum fuit, cum populi tamen consensu, itaut electio fieret per Clerum populo tantum annuente, & consentiente, non vero suffragante, inde dicit *Gonzalez, loco*

106 *cit. in c. Osius, sub nu.* 8. quomodo accipiendum sit, quod Patres Ecclesiæ docent, plures fuisse electos à populo iuxta epistolam Diui Cypriani 68. *Can. Episcoporum, 63. dist.* & hunc electionis modum vsitatum in Africa, in Grecia, Hyspania, & Gallia ex pluribus dicit

117 Gonzalez loco cit. Verum vt dixi, Populi consensum omnino abolitum legimus in sacris canonibus, præsertim in *c. cum terra c. quisquis c. sacrosancta, & c. Messana de elect.* & alibi prius; successit

118 etiam aliud tempus, in quo Episcopi eligebantur à Clero, seu Canonicis ipsius Ecclesiæ viduatæ, vt legitur *in d. c. cum terra, cum inter c. cum in Ecclesia c. quia propter c. Cumana cum cæteris concordantibus de electione*, quod & rationi maxime consentaneum fuit; verum

119 cum Canonici Cathedralium hac potestate abuterentur per Pontifices priuati fuerint, & sedi Apostolicæ siue ipsi Pontifici reseruata fuit totalis electio Episcoporum fusius agunt *Gonzalez in d. c. Osius de electione, & citati per ipsum, atque Michael Maculerus de Monarchia Ecclesiastica, tomo 1. 2. p. lib. 3. c. 12. fol. 424. Iulius Lauorius de electione tit. 4. cap. 14. Sanderus de visibili Monarchia lib. 1. cap. 8. Turrianus, in notis paruis, ad lib. 8. constitutionis Clementis, cap. 2. Franciscus Halier de sacris electionibus, sect. 1. cap. 3. §. 3. Michael Rogussellius, lib. 2. historiæ Pontif. cap. 1. Renatus Coppinus de Sacra politia, lib. 1. tit. 1. Petauius de hierarchia, lib. 1. cap. 18. Vasquez in 3. p. disp. 244. Barbosa p. 1. tit. 1. cap. 3. per totum.*

Scio tamen quod multi Reges in

120 proprijs Regnis ex indulto Sanctæ Sedis, habent ius nominandi, seu eligendi Episcopos, vt noster pijssimus Monarcha in omnibus Regnis Hyspaniarum, & Indiarum, in Sardinia, in Sycilia, & aliquos in Regno Neapolitano, Rex Galliæ in omnibus Regnis suis, de qua re, vide Baronium, *an. 816. Duarenum lib. 5. de Sacramentis Ecclesiæ, cap. 1. Filesc um de authoritate Episcopi fol. 875. Solerzanum de iure Indiarum, to. 2. lib. 3. c. 4. Salzedum deleg. politica, lib. 2. c. 11. Dianam par. 10. tract. 2. ref. 70. Ramos in memoriali ad Alex. 7. pro Episcopatibus Lusitaniæ, propositione 1. Emanuel Gõ-*

121 *zalez, loco cit.* Extant etiam concordata Prouinciarũ. Germaniæ, in quibus à sede Apostolica indultum est, vt electio Episcopatuum in illis Prouincijs spectet ad Capitulum, nullusque ad Episcopatum eligitur, nisi sit de gremio capituli, semper tamen summus Pontifex has electiones confirmat, qua confirmatione ius Romano Pontifici præseruatur, & sine vlla læsione diuini priuilegij Petro collati, manet authoritas, vt aduertunt omnes, *præsertim Maculerus, loco cit. in vltima columna*, vltra

122 quod & Reges, & capitula non propria vtuntur authoritate, sed concessa à Romano Pontifice, qui enim Principis vtitur priuilegio, non propriam exercet iurisdictionem, sed eius, à quo concessam habuit, *vt in d. lege 2. §. mandatum ff. de officio Præsidis*, omniaque etiam nostra facimus, quibus authoritatem nostram impartimur, igitur tunc cum Reges, & capitula eligunt, seu nominant Episcopos, vigore indulti Pon-

Digitized by Google

tificis, ab ipso Pontifice radicitus de-
123 pendet electio, suaque authoritate dicitur facta, vnde semper remanet authoritas Papæ; tamen Ecclesiæ Monarchia illibata, & conseruata, *optime Lotterius de re beneficiata, l.1. quæst.6. n.46. Corradus in praxi benef. l.1. c.4. nu.83.* qui mos confirmandi electiones Pastorum
124 à summo Pontifice inconcusse semper seruatus fuit in Ecclesia à sui æuo, etiam primis temporibus, quibus horum electiones fiebant à Clero, & populo; nam confirmatę semper fuerunt, ne fierent irritæ à Romano Pontifice, vel immediate ab ipso, vel à suis Vicarijs, quos in Prouincijs constituebant, quod & exemplis, & Patrum authoritatibus comprobat erudite *Michael Maculerus, in d. cap 12. fol.424.* atque Episcopos electos in antiqua Ecclesiæ sanctæ
125 facie, & ritu, ad Romanum Pontificem, vel eius Delegatum, fidei formam trasmittere solitos, quam cum Romanus Pontifex comprobasset suamque de ea, & eorum electione comprobationem literis significasset, tunc electum fuisse in ordine Episcoporum, & ad consecrationem admissum; id ipsum alios Episcopos suis Metropolitanis Romani Pontificis Vicarijs, præstare solitos; & hinc in Nicæna Synodo fir-
126 matum fuisse antiquum morem, ne quis in Cathedralem sedem absque iudicio Patriarchæ, ac Metropolitani in aliqua natione Orbis Catholici, vices in his partibus Romani Pontificis exer-
127 centis, creandum esse, Ecclesiam Romanam, quoad omnes Ecclesias Patriarcales, ac Metropolitanas Episcopalibus præsidentes, matricem, radicem, & firmamentum esse, & ita fuisse appellatam in Ephesino concilio, à S.
128 Cypriano in libro de veritate Ecclesiæ. Paulumque Apostolum id suo exẽplo confirmasse, nam à Christo Domino, cum æterno Patre in gloria triumphante vocatum Apostolum electum, prędestinatum, & electionis vas factum, Hyerosolimam accedisse visitandi gratia Petrum, ibique per aliquos dies mansisse non alia de causa, quam vt ab eo, tamquam Apostolorum Principe, & Monarca totius Ecclesię instructum, & probatum in Apostolatu confirmationem ipse acciperet; id quia clare indicasse Sophronium Patriarcam Hyerosolimitanum, in epist ad Honorium Papam, Theodoretum, in cap.1. ad Galathas, Tertullianum, SS. Ambro-
129 sium, & Chrysostomum. Hancque potestatem supremam constituendi, & confirmandi Episcopos in Romano adesse Pontifici, Imperatores, & Principes seculares credidisse, & creditum seruare inuiolate voluisse, prout fecisse Theodosium iuniorem, & Valentinianum tertium in nouella in Codice Theodosiano tit.24. *hęc omnia, & alia Maculerus loco citato.*

Redeamus ad nostram materiam;
130 Episcoporum proprium est, ex Christi Domini institutione ordines conferre, sed cadit disputatio, An alter, quam Episcopus possit ordines ex Papę commissione conferre, intricata sane disputatio, & inuoluta: quippe non tam varie, quam confuse scripserint Doctores nostri, quorum omnium dicta hic referre adamussim, sicuti valdè laboriosum esset, ita inutile; aliquorum antiquorum Canonistarum referam dũtaxat, deinde quid certius credide im-
131 ostendam: *Glosa, in c. parvenit, 95. dist.* in verbo concedimus, docet, quod Papa potest delegare Diacono, vt Diaconum ordinet, non tamen potest concedere, vt aliquis conferat ordinem, quem non habet, nam nemo plus iuris in alium transferre potest, quod in se non habet, hoc etiam supponit *Glosa, in c. munus quoque de consecratione dist.5.* inconfuse loquendo docuit Abbas noster Panor-
132 mitanus, *in c. quanto de consuetudine n.6.* ante ipsum Innocentius, ibidem Angelus, in verbo *ordo 2.n.2. & alij*, quorum sententiam amplexus est Marchinus de ordine, *p.2.c.13.* qui existimauit, simplici Sacerdoti committi posse col-
133 lationem minorũ ordinum, alj etiam concedunt, posse Papam eisdem concedere facultatem conferendi sacros ordines, citra Sacerdotium, nempè Subdiaconatum, alij addunt etiã Diaconatum, vt videre est *S. Thomam in suplem. ad 3. partem q.38. art.1. ad 3. argumen-*

Digitized by Google

mentum, & in dist.25, dist.7. ibidem Ricardum, Paludanum ibidem quæst.1. art.2. Adrianum in 4 q., de conferm. art.3. Maior dist.79.1. Victoriam in summa, n.233. Rodiq. quæst. Reg. q.18. art.3. Vivaldum in tand. aureo, in tract. de ordine rub. de ministro §. 8. Sylvestrum in verbo ordo 3. quæst.7. Couar. variarum, lib.1. c.10. n.20. Valent. q.3. p.2. Sanchez de ordine, cap.1. sub 18. Coninch. disp.20. dub.9. de Sacramentis, tomo 2. Auersam de ordine quæst.3. sect.3. Bellarm., lib.1 de Clericis, c.27. Nugnum in 3.p.S. Thom. q.38. Vasquez in eadem 3.p. tomo 3. disp.243. Henriquez, l.10. c.21. Bellett. disq. Clericali, p.1. tit. de disciplı. clericali §.1. n.25. Bonac. de Sacramentis, disp.8. q. vnica p.4. Sotum in d.4. sent. dist.7. art.11. ad 4. Barbosam de potestate Episcopi alleg.3. n.3. & 4. Azor. tomo 2. l.5. c.1. q.12. & 13. Filiucc. tomo 1. tract.9. de Sacramento ordinis, c.5. n.91. 92. 93. 94. 95. & 96. Pac. Iorda. tomo 1. l.3. tit.6. n.32. & 33. Gonzalez in cap.1. de ordinatis ab Episcopo, qui renunciauit n.9. Fornarium de Sacramento ordinis, c.5. & penes istos alios reperies, qui tractant hanc quæstionem.

Ego verò breuitèr absoluo hanc quæstionem, certum, & extrà controuersiã
154 esse, posse Abbates monasticos conferre primam tonsuram, & minores ordines subditis Regularibus suæ scilicet Religionis, prout supponit Sacrũ Trident. Concilium *sess.23. c.10. de reform.* quamuis circa hoc multa exoriri possũt dubia, & disputant Doctores varios articulos, de quibus non ad Nos. Item verius puto S.R.E. Cardinales, non Episcopos posse conferre primam tonsuram, & minores ordines Clericis Ecclesiæ titularis: nàm quamuis plerique Doctores hoc negauerint, post concilium, attamen probabiliorem sententiã puto affirmatiuam, de qua fusiùs *Diana p.5. tract.2. ref.* 5. vbi multos citat.
156 Insuper puto, & certiùs existimo ordinationem Episcoporum, non posse committi nisi Episcopo, non tamèn simplici Sacerdoti, sicuti ordinationẽ Presbyteri, neque simplici Sacerdoti posse à Papa delegari, prout benè confiderat Auersa loco cit. veriùs etiã pu-
157 to minorum ordinũm collationem simplici Sacerdoti à Papa posse delegari, quod quasi communitèr affirmant
158 Doctores citati; dubium verò restat de Subdiaconatu, & maius de Diaconatu, de Subdiaconatu per testum *in cap.1 de ordinatis* ab Episcopo, qui renunciauit (sed textus loquitur excluſiuè) equidem multi Doctores affirmant, & hoc priuilegium concessum fuit Abbatibus Cistercienſ., & Benedictinis, vt videre est apud Auersã, loco cit. sed valdè dubitabile est negocium, & controuersum non audeo damnare Papæ factum, nec potestatem, remitto me ad iudicium Sanctæ Matris Ecclesiæ, vnum tamèn
159 dico, huiusmodi facultates non absq; maxima causa Religiosis cõcedẽdas esse, hinc damnandi sunt hæretici nostri tẽporis, qui dicũt etiam laicos ministros ordinis licitè esse, quos rectè confutat Petauius de Hierarchia Ecclesiastica par.2. per totam.

Ità, & talitèr inhæret hæc potestas
160 in Episcopis, vt neque auferri possit per priuationem, degradationem, lapsum hæresis, vel censurarum incursum, nam ex eo quia semper remanet character semel impressus, poterit ordines conferre validè, licèt non licitè cum tunc exercitium in ordinato, seù exequutio ordinum sit impedita per suspensionem; character verò semper impressus fuit, nàm characterem impressum sempèr retinet Episcopus, licèt in
161 hæresim, in Apostasiam labat, in censuras incurrat, priuationem patiatur, & tunc executio erit impedita, cum in ordinantem lata fuerit sententia, nam si ab Ecclesia adhùc toleratur, nec executionem impeditam habet ordinatus,
162 poteritq; licitè ministrare iuxtà Constitutionem Martini V. ad euitãda, hęc citrà controuersiam admittunt omnes nostri Doctores, vt videre est nupèr citatos Doctores, præsertim *Barbosam, Pac. Iord. Auersam sect.2. & alios, ac etiam Emanuel Gonzalez in cap. fin. de ordinatis ab Episcopo, qui renunciauit, &c. Squillãte de oblig. Clericor. p.4. n.74. Fagn. in cap. quod à prædecessore de Schismaticis*, probaturque ex multis sacris expressis Canonibus; ità procedit textus in *cap. finali de ordinatis ab Episcopo, qui renun-*

Digitized by Google

ciauit Episcopatui, sic etiam habemus Constitutionem Alexandri Tertij in cap. 1. de eodem titolo, in quo decidit Alexander, quod qui scienter se fecit ordinari ad sacros ordines ab Episcopo, qui nondū loco, verum, & dignitati renunciauit, 163 quia indignum se fecit, executionem officij non habebit, si autem ignorantèr nisi ignorantia fuerit crassa, & supina dictus Pontifex poterit dispensare, vbi notandum est, quod dicit Alexander, quod executionem officij non habebit: ergo character ordinis imprimitur, quia quamuis renunciauerit etiam dignitati, character semèl impressus, sēper remanet, qui sufficit; vt possit ordinato characterem imprimere; quia 164 tamèn executionem non habet ordinans, executio tantum erit impedita, vt optimè ibi glosa, in rubr. executionem, illum textum illustrat nouissimè Gonzalex, quem vide, &c.

Quamuis Episcopus proprius, & or- 165 dinarius sit minister ordinis, attamen non omnis Episcopus, omnes & quoscumq; ordinare poterit, sed dumtaxat proprios subditos. Episcopus enim quilibet relationē habet ad proprias oues, quarum est Pastor, indè rectè ab æuo statutum fuit in Ecclesia, quod nullus Episcopus alienos præsumat ordinare subditos aliàs priuatur facultate conferendi illum gradum, in quo peccauit; extant innumeri sacri canones, in quibus hoc dispositum reperitur, præsertim in *can. 36. Apostolorum, & in tota 71. dist. ca. 2. c. Clericum 72. dist. c. alienum 19. q. 2. c. nullus 21. q. 2. c. quod translationem, de temp. ordinat. c. nullus c. eos eodē tit. in 6.* cum cęteris sacris canonibus, extant innumera concilia, nationalia, & generalia, in quibus hoc enixè firmatū fuit, Romanum *sub Gregorio c. 24. Carthaginense 3. cap. 44. Toletanum 13. c. 17. & 14. can. 4. Taurinum cap. 6. Aurelian 3. c. 5. Araletan. sub Carolo c. 24. Maguntinum sub Arnulpho can. 15.* demū omissis multis, ità definiuit Sacrum Tridentinum Concilium in *sess. 14. cap. 2. de reform. & sess. 23. c. 3. c. 8. & cap. 10. de reformatione*, & alibi cuius obseruantiæ, & statuti in Ecclesia, potissimæ assignātur rationes: 166 præsertim, ne concordiam fraternam iniuria violata contaminet: maxima enim occasio violandæ pacis videbatur, si alter Episcopus alienum subditū arriperet, & sacerdotio manciparet, ità dicitur in Concilio Venetico cap. 9. ad eamdem causam hoc ascripserunt Patres *Goncily Cartaginen. 1 cap. 5.* Item ne proprij subditi inobedientes proprio Prælato redderentur; has, & alias rationes abducunt, prout optimè obseruauit *Emanuel Gonzalez in c. quoad translationem de temporibus ordinationum nu.* 10. Vide de hac re Antonium Augustinum in epi. *iuris lib. 4. tit. 50. & lib. 8. tit. 15. Bell. de Clericis loco cit. & de Sacramento ordinis, lib. 1. cap. 11. Franciscum Hallerium, de Sacramentis elect. cap. 3. art. 1. de hierarchia fol. 68. Rousselium lib. 2. hist. Pontificis dicto cap. 11. Sanch. lib. 3. consil. cap. 1 dub. 20. Barbosam in cap. quoad translationem de tempor. ordinat. Leandrum de Sacramentis tract. 6. disp. 8. Basilium Pontium lib. 5. de matrim. c. 13. Auersam de Sacramento ordinis q. 3. sect. 6. Filiuccium d. tract. 9. c. 4. Vasq. in 3. p. tom. 3. disp. 243. & alibi Campanilem in differ. iuris Canonicis rub. 9. cap. 8. Barbosam de potestate Episcopi alleg. 4. & alleg. 8. Pac. Iordan. dicto l. 3. tit. 6. à num. 34. cum sequent. Prosperum Fagnanum, in cap. quod à prædecessore de Schismaticis, Quarantam in verbo ordo, Nouarium summa bullarum in pluribus rubricis de ordinatis, & in practicalibus Ecclesiasticis concl. 102. & concl. 103. Ioannem Baptistam Ventriglam Episcopum Casertan. annot. 23. Molfes. in summa tom. 3. cap. 2. Volpe in praxi c. 7. Riccium tam in praxi, quam in decisionibus, Dianam concordatum in verbo ordo, Azorium tom. 2. lib. 3. c. 48. Fernerium de ordine cap. 5. Henriq. in summa lib. 10. c. 24. Bonac. disp. 8. de Sacramento ordinis q. vnica Vgolinum de officio Episcopi cap. 26. §. 1. & alios*, quos penès istos inuenies.

Proprium Ordinarium dici, vel ratione originis, vel beneficij, vel domi- 167 cilij: statuit Bonifacius Octauus in *c. cum nullus de temp. ordinat. in 6.* hoc tamen latè declarant Doctores citati, ad quos remitto lectorem beneuolum, ne nimium sim prolixus, dumtaxat adnotare hic adduxi quæ perperam obseruare vidi à quibusdam Prælatis, qui intelli-

Digitized by Google

telligentes ſacros Canones ad libitum eorum malè agunt in perniciem Eccleſiæ propriarum animarum, & ſubditorum: Et in quantum ad Ordinarium
168 originis, licet certa quaſi ſit opinio, & in praxim vſitata, quod originis Ordinarius ſit non ſolum vbi natus eſt ordinandus, ſed etiam eius Pater, qua de re Fagnanus, & alij locis citatis, attamen matris originem nulli Doctores pro ordinibus ſuſcipiendis admittunt, niſi in vulgo concipto, qui alioquin repellitur à ſacris ordinibus: hinc mẽſibus elapſis, cum mihi præſentatę fuiſſent literæ dimiſſoriales cuidam puero
169 conceſſæ pro prima tonſura ſuſcipiẽda, tanquam oriundo: cum caſu comperijſſem, neque dictum puerum eſſe natum in Diœceſi Archiepiſcopi, qui dimiſſorias conceſſerat, neque eius patrem, ſed dumtaxat matrem, nolui tõſurare, ſiquidem dictus non fuiſſet malè ordinatus, atque ipſe, & concedens literas in pęnas ſacrorum Canonum, & Sacri Concilij Tridentini incurriſſet; Cęterum quod mihi optimè ſcãdalum fuerat, fuit quod Archiepiſcopus oſtinatè retinebat ſuam falsã opinionem.

Ratione beneficij, quis ſortitur fo-
170 rum, & certè ordinari poterit ab illo Epiſcopo, in cuius Diœceſi iàm obtinuit beneficium, ſed beneficium debet eſſe obtentum, non obtinendum, nam antequam obtineat, non dicitur
171 ſubditus, nec forum ſortitus, vidi in praxi practicari à quibuſdam Epiſcopis, qui faciunt erigere beneficium in
172 ſuis Diœceſibus, & faciunt præſentare ordinandum, & præſentatum clericant; peto ab eis, quo iure hoc agũt? beneficium non poteſt dari, niſi Clerico, Clericus non poteſt quis ordinari, niſi ſubditus, ſubditus non eſt, qui adhùc beneficium non recepit: per collationem enim beneficij, & tituli acquiſitionem quis ſortitur forum, & efficitur ſubditus: Reſpondent forſitan per pręſentationem ad beneficium; at errant, nam per præſentationem dumtaxat ac-
173 quiritur tantum ius ad beneficium, non verò beneficium adipiſcitur; per pręſentationem tantum eſt ius illud infirmum, non ſolidum: nec ad beneficiũ quis præſentari poterit, niſi ſit habilis qualis non eſt laicus; ad beneficiũ quippè Clericus iam affectus pręſentari debet, non clericandus, aliàs nulla præſentatio, vt canonizauit Sacra Rota Ro-
174 mana, penès *Burattum dec.21. Corradus in praxi benefic.lib.1.cap.5.cum ſequẽtibus*, & quamuis ibidem *Cor.lib.4. eiſdẽ praxis cap.6. num.31.* dixerit, quod lai-
175 cus præſentari poterit ad beneficium, cum hac conditione dummodò clericetur, attamen Epiſcopus coram quo eſt facta præſentatio eſt omninò incompetens, nec dicitur proprius Ordinarius ratione dumtaxàt præſentationis, quia
176 ſicut per ſimplicem pręſentationem, præſentatus non acquiſiuit dominium indiſſolubile ad beneficium, ſed tantum euentuale, & præſentatus non efficitur ſubditus per ipſam illi ordinario, qui inſtituere debet beneficium; ità nec Epiſcopus ante collationem dici poteſt proprius Ordinarius inſtituẽdi, antequam verè inſtituat, & titulum
177 concedat, per quam tituli conceſſionem, ſicut acquirit inſtitutus dominiũ beneficij, ità Epiſcopus dominium in inſtituto, &c. quod verò requiratur collatio, & inſtitutio, vt beneficiatus acquirat dominium, & ius certum in beneficio extrà eſt controuerſiam: Igitur nullo modo poterit Epiſcopus ordinare alienum ſubditum, ſub prętextu pręſentationis ad beneficium exiſtẽs in propria Diœceſi, quia beneficium debet eſſe adeptum, non adipiſcendum, ità antè Me dixit doctus, & olim amiciſſimus quondam Ioannes Baptiſta Ventriglia Epiſcopus Caſertan. *in ſuis adnotationibus, annot.23.§.1. ſub num.14 Sanch.cap.1.de ordine dub.23.n.15. Auerſa q.3. ſect.6. verſ.ſecundus modus in fine*: licèt contrarium ſcripſerit Alphonſus de Leone *de officio Cappellani q.4.p.5. nu.85.*
178 Imò ſcripſere noſtri Doctores, quod ſola collatio non ſufficiat, ſed etiam requiritur poſſeſſio, quia ſolus titulus non efficit quem de foro alterius Epiſcopi, ità *Garzia de benef.p.2.cap.3.nu.8. Barboſa de poteſtate Epiſcopi alleg.4 nu.55 Noua.d.cõcl.102.n.20. Ventrig.loc.cit.n.13* cuius reſolutionis optima aſſignari poteſt, ratio quia cũ adhùc poſſeſſio nõ ſit acqui-

Digitized by Google

acquisita, pacificè potest beneficium cõtrouerti, & impediri effectus collationis per alterum, impediendo scilicèt possessionem, quo casu iura nostra canonica censent, ac si non esset adeptum beneficium, ità & talitèr quod pluries resoluit Sacra Rota, quod per adeptio-
179 nem secundi beneficij incompatibilis, tunc vacet primum, quando secundi est subsequuta pacifica possessio, non autem anteà, vt latè scripsi in libro de exequutoribus literarum gratię. Quod
180 autem dicit Garzia loco citato, quod sufficiat sola possessio sine titulo, vt quis euadet de Alterius Episcopi foro, quem videtur sequi *Barbosa loco cit. & de iure Ecclesiastico lib. 1. tit. de ord. & qualitate ord. cap. 33. num. 33. ac etiam Ventriglia loco cit. num. 14.* mihi placet, contra-
181 rium tamen scripsit *Riccius par. 2. dec.* 189 qui requirit, & titulum, & possessionem, & forsan melius hic Doctor sententiæ, ità etiam tenet *Pac. Iord. dicto lib. 3. tit. 6. to. 1. cum sequent. Squillant. de ob'ig. Clericor. p. 2. sub n. 27. vers. est tamen aduertendum Pignatellus to. 3. consul. can. cons. 13. num. 12.* qui affert declarationẽ S. Congregationis de anno 1668., certum tamen est, quod sufficit, quod quis beneficium habeat in alterius Diœcesi,
182 nec est inquirendum, an à Papa, vel Episcopo habuerit, nam siue à Papa, siue ab Episcopo antecessore semper dicitur subditus illi Episcopo, in cuius territorium habet beneficium, ita bene *Ventriglia, loco cit. n. 16. imò dicit Pac. Iordan. cit. loco, n. 28.* procedere etiam si beneficium non spectaret ad collationem Episcopi, in cuius territorio est: dũmodo subsit, quod ad cætera iura Episcopalia, quod etiã dixerunt: *Quarãta, verbo ordo, vers. 2. Campanilis loco cit. n. 15, Garsia d. c. 4. n. 15. Barbosa d. alleg. 4. n. 52. & nouissime Pignatellus, tomo 3. consult. Can. consult. 13. n. 11.*

Sed pejus agunt illi Episcopi, qui
183 ratione dumtaxat patrimonij constituti in propria Diœcesi, alienos ordinant subditos, prout ego practicari vidi, & nescio, quo iure! Cum non ratione patrimonij, sed beneficij iura canonica concedunt, posse Episcopos ordinare subditos, alioquin non pro-

prios: *obseruant Campanilis, dicto cap. 8. n. 17. Barbosa d. alleg. 4. n. 58. vers. tertio quæro.*

Vidi etiam, & obseruaui; quosdam
184 Episcopos ordinare alienos subditos ratione beneficij tenuissimi, quod habent in suis Diœcesibus; circa quod est obseruandum, quod licet iura Canonica concedant ratione beneficij posse quem ordines recipere ab illo Episcopo in cuius Diœcesi possidet beneficium; & titulus beneficij attendi debet, non reditus, nam titulus facit subditum, & forum sortiri; actamen multi
185 Doctores scripserunt, ratione tenuis beneficij, non posse hoc practicari, *Riuius prax. nouiss. resol. 260. & variarum resol. p. 2. resol. 49. & decis. 77. p. 3. Squillante de oblig. Clericorum, cap. 4. dub. 18.*
186 *n. 238.* Multi autem contrarium scripserunt, nempè quamuis beneficium sit tenue, posse ratione illius ordines recipere ab illo Episcopo, in cuius Diœcesi est tale beneficium, *Barbosa, in d. alleg. 4. n. 44. & ad Trid. sess. 23. c. 8. n. 22. Nouarius in practica d. concl. 102. vol. 2. sub tit. de ordinibus n. 13. Ventriglia d. an. 23. n. 3. Campanilis d. c. 28. n. 12.* dumodo non sit tenuissimum, quod tunc non
187 possit, quod remicti arbitrio Episcopi, dicunt hi vltimi Doctores, & sufficere, quod beneficium excedat ducatos
188 quatuor in annuo valore, ità de praxi testantes: Insuper tam Campanilis, quam Ventriglia dicunt, Sacram Congregationem rescripsisse Archiepiscopo Neapolitano, quod non liceat ra-
189 tione tenuissimi beneficij, Clericos promouere, sed tale decretum fuisse suspensum; Verum Nouarius in summa Bullarum tomo 1. in rubrica de ordinatis ab alieno Episcopo, dicit fuisse
190 hoc mandatum à Paulo V. Sanctæ Memoriæ per literas, quas tamen Cardinalis Carafa Archiepiscopus publicare noluit: Adducitur à Barbosa in di-
191 cto Triden. decreto, & ab alijs declaratio Sacræ Congregationis in vna Fanen. 3. Martij 1620. 3. Martij; in qua declaratum fuit, beneficium ratione cuius, quis ordinari possit, debere esse sex ducatorum; sed in contrarium alij affe-
192 runt declarationem Sacræ Congregatio-

Digitized by Google

gationis in vna Ianuenſ. 18. Martij 1628., in qua declaratum fuit ſufficere beneficium duorum ducatorum, hanc afferunt Diana, & Pignatellus, loco mox citando,& ideò beneficium,quamuis tenuiſſimum, & exiguum ſufficere, ità aduertunt quamplurimi Doctores, præſertim *Henrique lib.* 10. *c.* 22. §. 1. *litt.* 1. *& c*, 17. *tit.* 9. *Garſia loco cit. n.* 8. *Barboſa dicta alleg.* 4. *n.* 45. *& de iure Eccleſ. lib.* 5. *c.* 33. *de Marinis, quot. reſ. lib.* 2. *reſ.* 153. *Auerſa loco cit., ſect.* 6. *verſ. ſecundus modus, Diana p.* 4. *tract.* 4. *reſol.* 51. *Emanuel Gonzalez in d.c. quoad tranſlationem, n.* 7. *Pignatellus d. tomo* 3. *conſult.* 13. *Pacis Iordan, d. tit.* 6. *n.* 74. *Bonac. diſp.* 8 *q. vn. n.* 14. *& alij*. Sed aduerte, quod licet Diana,loco cit.dicat,quod Squill. de oblig.Clericorum, c.4.dub.8. n.238. docet, quod tenue non ſufficiat, Actamen Squillante non dicto loco, ſed p.2. ſub nu.26. docet ſufficere tenue, non tenuiſſimum cum Campanili, & alijs, quodcũque beneficium, etiã ſufficere,docet Pater Bardi poſt ſcripta viſus,lib.3.q.3.n.4.in ſelectis.

Sed quicquid ſit de huiuſmodi opinionibus, Ego ſentio, quod Epiſcopus ratione tenuiſſimi beneficij, non debeat aliquem promouere, qui alioquin ſubditus proprius non ſit, nam ſemper interuenit aliqua fraus: ſæpè enim contingit, quod aliquis non poteſt iuſtè obtinere ordines à proprio Epiſcopo, qui ſcit oues proprias, & vniuſcuiuſque ſufficientiam, vitam, & probitatem, ideò cum excluſus eſt à proprio Ordinario, procurat beneficium in Diæceſi alterius Epiſcopi, qui non ita eſt informatus, & inde procurat, ſe fraudolenter ad ordines promoueri: quod in maximum detrimentum, & perniciem Eccleſiæ, contingit, & vtinam ità non eſſet; & cum beneficium tenue,vel tenuiſſimum in fraudem obtinetur, non debere Epiſcopum illius Diœceſis ad ordines promouere, docent omnes Doctores, etiam illi, quos nuper citauimus,docẽtes tenuiſſimum ſufficere, nam excipiunt expreſsè niſi in fraudem obtinetur; cuius fraudis aperta eſt coniectura, cum ſtatim, ac beneficium eſt obtentum, ordines conferuntur, vt rectè obſeruauit *Pacis Iordanus, n.* 3. Ego enim ſemper firmè in animo tenui, & teneo huiuſmodi beneficiorum, ſic tenuiſſorum obtentiones in fraudem propriorum ordinariorum fieri, ac non debere Epiſcopos, alienos ſubditos ratione talium beneficiorum ad ordines promouere; rarò enim id accidere poterit, abſque manifeſta fraude proprij Ordinarij, ideò bene refert Campanilis, fuiſſe ſuſpenſum quemdam ordinatũ ab alieno Epiſcopo ratione beneficij tenuiſſimi. Proindè meminiſſe oportet illius regulæ naturalis iuris, quod tibi non vis, alteri ne feceris, qua regula ſemper in mente retenta, abſtinere quis debet ab ordinatione ſubditorum alterius Ordinarij quia ſicut diſpliceret ſibi, ſi proprius ſubditus ab altero ordinaretur, ità ſibi diſplicere debet, ne ipſe alienum ſubditum ad ordines promoueat, quare bene monuit Epiſcopus *Ventriglia, loco cit. n.* 15. omnes Epiſcopos, ne facile admittant exteros ratione beneficij ad ordines. Poſt ſcripta vidi Patrem Bardi in ſelectis, lib.3. q.3. n.7. qui mordicus tenet,etiam ſi in fraudem quis beneficium recipiat in aliena Diœceſi poſſe ab illo Epiſcopo ordinari, quia intentio bona,vel mala non poſſet alterare actum internum, vt latius ipſe explicat, Bardum ſequitur Diana, parte 12. tract.4. reſol.1. ſed eſt contra decretum Sacræ Congregationis.

Ratione domicilij, obſeruaui multos, male promotos, præſertim duos meos ſubditos, non enim quælibet habitatio in aliena Diæceſi potens eſt ad præſtandum hoc priuilegium, vt poſſit quis illic ordines recipere; domicilium enim licet animo permanendi,acquiratur, vt in *l. ciues C. de incolis, lib.* 10. itaut cum ex animo expreſſo id conſtet, non requiratur tunc temporis aliqua præfinitio, & tunc repentè acquiratur domicilij, quod probatur ex *l. domicilium C. ad municipiale, ibi gloſa, in verbo domicilium, Hoſt. in ſumm. tit. de Parochis §. pen. n.* 7. *Dominicus, in c. nullus de temp. ord. in* 6. *Abbas. c. fin. de Parochis, Nauar. conſ.* 10. *de tempore ordin. Quaranta, in verbo ordo, in addit. verſ. ad tertium, Campanilis, ſub*

Digitized by Google

*sub q.*18. *n.*18. *Barbosa alleg.*4. *n.*24. *Merolla Theol. moral. tomo.*2. *disp.*4. *c.*3. *n.*527 *Pacis Iordan. d. lib.*3. *tit.*6. *n.*53. *Fagnanus in c. significasti à n.*40. *cum sequen. de Parochis. Ventriglia d. an.*23. § 1. *n.*6. & tunc recurrendum sit ad coniecturas, cum deficit expressus animus, inter quos
202 præcipuam esse decemnij habitationem, ad textum in *l.*2. *C. de incolis l.*10. *Menochius de præsumption. l.*1. *q.*4 *Riccius p.*2. *decis.*198. *Barbosa, Nouarius, Ventriglia, Merolla, locis citatis, Volpe d. c.*7. *n.*26., *Pacis loco cit. sub n.*57. *Fagnanus loco cit.* vel cum ibi domum duxeri, maioremque
203 partem bonorum transtulerit, *Felin. in cap. finali nu.*25. *de foro competenti, Campanilis, Quaranta, Pacis, & alij, & multi sexcitatis*, etiam requirunt emptionem domus, & translationem maio-
204 ris partis bonorū copulatiuè ad textū in *c. delectis de rescriptis, & c. si Episcopus de Parochis, Barbosa loco cit. n.*17. *Nauarr. d. concl.*2. *num.*11. *vers quando*, sed
205 quod alterum diiunctiuè sufficiat, *Ventriglia loco cit. sub num.*6. vel cum familiam transtulerit, omniaque sua bona, quod omnes admittunt; Et viceuersa
206 non acquirendi domicilium animus ex eo pateat, cum familiam alibi habet, etiam si per decennium habitauerit, vt sunt Mercatores, & alij, qui alibi commorantur ratione alicuius mercimonij, vel ministerij, seù officij *Grat. cap.*181. *Barbosa d. alleg.*4. *num.*19. *Nouar. d. cōcl.*2. *sub n.*11. *vers & ideò Vētr. loc. cit. n.*7. *Pac. Iord. loco cit. sub n.*58. *Fagn. loco cit. etalij* passim, & vide de hac materia acquisitionis fori, ratione domicilij *Menoch. d. præsump. Farinac. in fragmen. verbo domicilium.* Quapropter dixi illos
207 duos meos subditos, malè promotos, nam vnus erat filius medici, qui cum Patre habitabat in quadam Terra, vbi eius pater erat medicus cum magna prouisione, ibi tamen neque bona, neq; familiam totam habebat, sed partim ibi, partim in mea Diœcesi, præsertim vxorem, & filias fœminas, habatque, redibatque passim, sicuti enim pater, non acquirit domicilium ratione professionis, ità nec filius; alter verò erat filius farmocopolæ, qui cum patre habitabat in loco, in quo Aromatariam exercebat, quia non aderat animus permanendi, prout postea euenit. Eo etiam quia abierat Pater à mea Diœcesi ad Aromatariam alibi exercendam, quam quia gubernator Ciuitatis erat ipsi parum beneuolus, quo casu numquam acquiritur domicilium, ideo malè hūc etiam promotum dixi.

Et sanè in Curia Archiepiscop. Nea-
208 politana, vt dicunt *Riccius resolut.*263 *Corradus d. lib.*4. *cap.*5. *num.*29. non admittuntur exteri ad ordines sub prætextu domicilij, nisi prius capta informatione constet, quod in eorum patria nihil possideant, & tamdiù Neapolim habitauerint, quod vrgens sit præsumptio, & clara coniectura, illos ad patriam non esse redituros qua capta informatione fit decretum, & declarantur ciues ratione domicilij, & admittuntur ad ordines: hanc praxim cæte-
209 ros Episcopos sequi, vellem: nec illicò ratione domicilij exteris manum imponere: benè enim negotium hoc triturauerunt viri illi conspicui cum cæteris (quorum Neapolis semper cętus existit) qui tunc aderant in illa Curia, aderant enim tunc Neapoli Doctissimi viri perfecti Canonistæ, præsertim Alexander Russus, posteà Episcopus Arianen. ipse Aloysius Riccius vici postea Equensis Episcopus, Thomas Imparatus Episcopus vici Equen. Paulus Squillante Theanen. Episcopus, & alij multi.

Insuper notandum in praxi, quod cū
210 quis in diuersis Diœcesibus forum sortitur, itaut in qualibet ordines recipere poterit; attamen dubitant Doctores, si ab vno Episcopo ordinem aliquem receperit, possit posteà variare, recipiendo alios ordines ab alio. Multi. n. Doctores affirmant, & esse licitū, ostendunt; quia variatio non est prohibita regulariter, & est actus facultatiuus, ità *Nouarius d. concl.* 202. *num.* 22. *Corradus in praxi d. lib.*4. *c.*5. *n.*39. *Diana p.*4. *tract.*4. *resol.*51. *& p.*6. *tract.*7. *resol.*35. *Barbosa ad Tridentinum d. c.*8. *sess.*23. *nu.*27. *Ventriglia, loco cit. n.*9. dicens, hanc probabiliorem Doctus sanè *Iacobus Pignatellus, tomo* 1. *concl.*38. qui refert decla-
211 tionem Sacræ Congregationis in

vna

Digitized by Google

vna Fundana, 27. Februarij 1666. in qua Sacra Congregatio, dixit variationem esse licitam, dummodò non in fraudem. Alij verò negant, licitam hanc variationem, quia semper in frau-
212 dem est, ità *Ricc. in praxi p. 2. resol. 265 Mo sesius in summa tract. 24. 7. nu. 10. p. 1. nouissimè Emanuel Gonzalez in cap. quoad translationem, de tempore ordin. sub nu. 7.* & secundum hanc opinionem vidi declarationem originalem Sacræ Cõgre-
213 gationis S.C.T. interpretis, die 23. Nouembris 1641. quo tẽpore erat Præfectus S. M. Innocentius X. & Secretarius Frãciscus Paulutius, postea S.R.E. Cardinalis, in vna Amalphitana, in qua declaratus fuit suspensus Ioannes Antonius Vollarus Terræ Atrani, Amalphitanæ Diœcesis, arbitrio Archiepiscopi, qui tunc erat Angelus Pichus, ex eò quia variauerat ordinarium in ordinatione, extant literæ originales in Archiuio Amalphitano, in cuius Metropoli per decem ferè annos Vicariatus Generalis officio functus fui. At si attentè perpendantur Doctores vtriusq;
214 sententiæ certè non inueniuntur cõtrarij, nam primæ sententiæ dicunt esse licitam, nisi in fraudem, & ita loquitur declaratio S. Congregationis in illa Fundana, secundæ verò sententiæ dicunt, non licere, & fundantur in fraude præsumpta, sicuti Sacra Congregatio in dicta Amalphitana declarauit suspensũ præfatum Ioannem Antoniũ Vollaro, quia fraudolentam præspexit variationem ab ipso factam, vt expressè legitur in literis directis Archiepiscopo Amalphitano, ideò firmum remanet, quod quoties in variatione interuenit aliqua fraus, tunc non erit licita variatio; cum verò cessat omninò, permissa erit; in hoc debent prospicere, &
215 animadvertere plurimum ordinarij. Ego enim, vt plurimũ existimaui fraudolentam esse variationem, & ideo in facti contingentia, nolui admittere ad ordines quosdã meos subditos originarios, qui tamquam oriundi acceperunt alios ordines ab Episcopo Nuscano, sed eidem remisi prò aliis suscipiendis. Neapoli verò obseruatur, quod alibi ordinati, siue ratione beneficij, si-
216 uè domicilij, siuè originis non amittuntur ad celebrationem, nisi de nouo super cęremonijs examinantur, & constiterit, rectè, & ritè fuisse ordinatos, vt testatur *Corradus d. c. 5. num. 57.* & pluries ego obseruatũ vidi, & in dies practicatum in illa Curia.

Debent Episcopi ordinationes celebrare statutis temporibus in sacris Canibus, mox enim antiquus fuit in Ec-
217 clesia certis diebus dumtaxat promouendos ordinare, vt patet in Pontificali Romano, in qua re quandoq. Episcopos errare obseruaui, vidi enim minores ordines dare in diebus alicuius
218 sancti sub ritu duplici, illa ducti ratione, quia est dies festus in Choro, quod multi Doctores affirmauerunt, nã expressam legem habemus hos ordines conferendos esse diebus festiuis, dies autem festiuus secundum communem vsum loquendi, & secundum Ecclesiæ morem vsitatum est dies festiuus de præcepto, non dies duplex choratus; si enim Ecclesia intellexisset diem festum pro diè in quo choro fit de duplici expressè dixisset; intentio enim Ecclesiæ fuit, vt tales ordines, cum non dantur in quatuor temporibus, dentur in diebus festiuis de præcepto, ob maiorem actus venerationem, quod clarius, ex mox dicendis, apparebit; peius faciunt
219 illi Episcopi, qui die veneris quatuor temporum dant ordines minores, & sabato sequenti ordines sacros, nàm licèt super hoc introduci possit consuetudo, tamèn hæc consuetudo est omninò tollenda, vt benè *Fagnanus in cap. de eo, de temp. ord. à num. 34. cum sequent. & nu. 40.* loquor tamèn cum dies veneris non est festiuus de præcepto, nàm si sit de præcepto, rectè id fieri potest, si iusta ad sit causa dispensandi super interstitijs.

Maiorem errorem committunt illi
220 Episcopi, qui sacros ordines his diebus festiuis duplicibus dant, vigore Breuis extrà tempora nuncupati, equidem licèt hoc affirmauerint multi Doctores, nempè *Pater Præpositus in 3. par. qu.* vndè Sacramento ordinis *dub. 15. num. 150. Sanch. ad præcepta Ecclesiæ, præcepto 1. lib. 1. cap. 2. nu. 15. Homeborns volum. 2. par. 5. resp. 207. Franciscus Haller,*

Digitized by Google

de sacris ordinibus par. 2 sect. 7. cap. 1. ar. 1 num. 2. Patet Antoninus Diana p. 5. trac. 13 resol. 97. At parcant mihi Doctores isti,
221 nam nimis alienant verba à proprio significato, atque concessionem Summi Pontificis contra ipsius intentionem expressam, & formam traditam philosophando extendunt; summus enim Pontifex huiusmodi breuia concedit, vt ad sacros ordines, quis promoueri possit, in tribus diebus festiuis expresse sacris Canonibus derogando, at Papa intelligit de illo die festo, qui secundũ Ecclesiæ morem, & vsitatum modum loquendi est dies festiuus de præcepto, hoc enim clarè patet, & euidenter ex lectura ipsius breuis, inquo datur facultas ordinando, vt si non sit promotus ad ordines minores, possit diebus ferialibus promoueri. Ad sacros verò, diebus festiuis ità enim dicitur in Breui; *ad quatuor minores, quatenus illos non dum susceperis quatuor feriatis, vel non feriatis. seù vnica, & subinde ad sacros ordines Subdiaconatus, Diaconatus, et Presbyteratus ordines tribus Dominicis, seù alijs festiuis diebus continuis, vel interpellatis.* Cum enim Papa concedit facultatem, vt in die feriato possit ordinari ad minores, in die vero festiuo ad sacros ordines apertè intelligit de die festiuo de præcepto qui per hoc contra distinguitur à feriato, & ferialis à die festiuo de præcepto, nam ille non habet festiuitatem de præcepto, hic autem maximè, dies enim in quo cadit aliquis sanctus duplex si non est de præcepto, etiam ferialis dies dicitur, sed si obseruatur de præcepto, non dicitur dies festialis, sed festiuus, igitur cum Papa cõcedit facultatem alicui, vt extrà tempora in diebus festiuis promoueri possit ad sacros ordines, intelligit expresse de die festiuo de præcepto, non de die du-
222 plici tantum, nam hic dicitur dies ferialis, in quo tantum cõcessit, vt possit promoueri ad minores ordines; clarius id comprobatur, quia Summus Pontifex in dictis litteris ad facultatem ordinando, vt in tribus Dominicis, seù alijs festiuis diebus possit ordines sa-
223 cros recipere, illa enim particula (seù) est repetitiua similium, siuè replicatiua similis qualitatis antecedentis, vt dicit Barbosa in explicatione huius dictionis, & stat pro coniunctione, *Gõzalez in cap. 1. de ordine cognitionum in fine*, cum ergo Papa prius concesserit, vt recipere possit ordines sacros in tribus diebus dominicis, & posteà addit (seù) in tribus diebus festiuis, clarè, & manifestè intelligit de tribus diebus festiuis de præcepto, sicut est dies Dominicus, quis verò nescit verba secundum intentionem proferentis esse accipienda, nec eis abutendum? vt rectè, *Quintilianus lib. 5. instit. c. vlt. & lib. 12. cap. 2. Emanuel Gonzalez in cap. nuper de donat. inter virum in notis.* Accedit quia
224 hęc gratia, quam facit Pontifex, est verè dispensatio, per quam lex communis vlceratur, & eidem derogatur, ergo strictè interpretanda, & verba in proprio significatu sunt accipienda, vt loquuntur Doctores in materia de legibus præsertim *Merolla tom. 2. de legibus disp. 4. cap. 6. à num. 5. cum seq. & præsertim n. 14. Salas de legibus disp. 17. sect. 6. n. 44. Sanch. lib. 8. de matrim. disp. 1. n. 10. & antè istos Abbas Panorm. c. 5. ed. 9. num. 2. de rescriptis.*

Hæc certissima redduntur ex ora-
225 culo Sacræ Congregationis, cuius declarationem affert doctissimus, & præcipuus *Fagnanus in c. de eo extra de tempore ord. n. 42* tum etiam in declaratione ministrorum sanctæ Sedis Apostolicæ Summi Pontificis, cum enim quidam meus amicus obtento Breui à Sanctissimo Domino Innocentio XI. vt in tribus diebus festiuis promoueri pos-
226 set ad sacros ordines, accessit ad quẽdam Episcopum cum literis dimissorialibus proprij ordinarij, qui Dominus Episcopus in Octaua Sancti Stephani Prothomartyris ordinauit illum sacro Subdiaconatus ordine, diebus in alijs festiuis ad ceteros sacros ordines hoc cum mihi dixisset, respondi; malè promotum fuisse, ob rationes antè dictas & ob non seruatam formam datam à Papa in Breui, quam obseruare omninò tenetur exequutor, ac egere absolutione à censuris incursis ob iteratas celebrationes, nam in Bulla Pij Secundi *Cum ex sacrorum suspensionis pœna, in eo*

qui

qui extra tempora recepit ordines, ſic etiam Siſtus Quintus in ſua bulla 91. in ordine, cenſuras imponit contra male promotos; ſed cum non ſtatim amicus meis Conſilijs acquieuerit, miniſtros Summi Pontificis primarios, accæteros Miniſtros Curiæ conſului, à quibus fuit mihi reſponſum, hunc meum amicum male fuiſſe promotum, ac incurſum in pœnas inflictas contra male promotos, ac egere abſolutione, quia Papa intelligit per diem feſtum, diem feſtum de præcepto, ac hanc ſuam intentionem, hanc enixam voluentatem declarauit Ill. Dominus Secretarius Breuium, qui eſt organum Papæ, cui credendum eſt, vndè de facto fuit obtenta obſolutio per Breue.

Hanc verò Sententiam docuerunt,
227 quaſi communiter Doctores, qui ſecundum veritatem, & non philoſophãdo ſcripſerunt, *quos citat Diana loco citato Ere fol.97. & Ipſe Diana p.12.tract.4 Miſcelli reſol.6.*, poſtquam tres opiniones retulit de hac re, primam negatiuam, 2. affirmatiuam, tertiam diſtinguentem, ait in fine reſolutionis omnes iſtæ duæ opiniones ſunt probabiles, ſed primam exiſtimo probabiliorem, communiorem, & ab Epiſcopis ſequendam; O quanta mala in Eccleſia Dei cauſant hæ opiniones, his enim deſtruitur, non ædificatur Eccleſia Dei, hic enim eſt tempus, quod prædixit Apoſtolus, dicens, erit enim tempus, cum ſanam doctrinam non ſubſtinebunt, ſed coaceruabunt ſibi magiſtros, prurientes auribus à veritate quidem auditam auertent, ad fabulam autem conuertentur; fabuloſæ ſunt enim hæ opiniones, quas omninò abolere deberet Eccleſia, & ſædes Apoſtolica: Rogo enim dominos Cœpiſcopos meos, ne ſectentur ſimiles opiniones, quæ ſacris Canonibus, conſtitutionibuſque Apoſtolicis omninò repugnant, ſed ſanam doctrinam amplecti, quia hæc eſt via tuta, qua peragitur ad vitam, felicitatemque æternam.

Demum vidi multos regulares pro-
228 moueri ad ſacros ordines, in diebus feſtiuis, abſque diſpenſatione apoſtolica, hoc prætendunt regulares, vigore nonnullorum priuilegiorum, conceſſerum varijs Religionibus, & per communicationem priuilegiorum omnes Religioſi ſibi id licitum eſſe conſtanter affirmant; priuilegia huiuſmodi adducunt varij doctores, *præſertim Diana p.3.tract.2.reſ.31., & p.5.tract.13.reſ.57. & p.51.tract.4. reſol.6., Pater Layna in praxi Regularium tom.3. quæſt.26.; in praxi fatum, & obſeruatum cum alumnis ſuę Religionis, dicit Pater Raphael Auerſa de ordine q.3. ſect.9. verſ. qui vero Emanuel Rodriquez quæſt. regul. tomo 3.q.23. art.5. Barboſa alleg.17. n.6., & Diana cum alijs par.12.tract.4.reſol.6., extendit etiam ed nouitie 5.*

At huiuſmodi priuilegia iam eſſe re-
229 uocata per Concilium Tridentinum ſed: 23.*cap.8.de reformat.*, vel ſaltem per contrarium vſum abrogata contẽdunt alij Doctores, etiam Reguleres, *ita Suarez de legibus c.17.n.8., Vaſquez in 3.par. S.Thomæ tomo 3.diſp.246.c.5.num.50., & cap.6., Hurtado de ordine diſſ.23., Pater Lezana in ſumma q.regul.c.14. n.19., Miralda in Manuali Prælatorum tom.3. q.38. art.4., Pater Donatus à Layna in praxi Regularum tom.4.tract.3.q.26., Emanuel Gõzalez in c. de eo de temp. ordinat.*, & *alij multi*, Pacis vero Iordanus *d.tit.6. n.418.*

230 Videtur expreſsè tenere, quod priuilegia iſta, quæ fuerunt antè Concilium Tridentinum conceſſa Regularibus, iam fuerint per dictum Concilium reuocata, ſecus autem, quæ poſtea; ſed ego conſidero, quod poſt Concilium adeſt bulla Siſti V., contra male promotos.

231 Anno retro elapſo cum Neapoli ob meas infirmitates curandas commorarer, fuerunt ad me duo Clerici Regulares, petieruntque, vt vellem ad ſacros ordines promouere in Dominica quemdam alumnum Nobiliſſimum propriæ Religionis, adduxeruntque mihi dicta priuilegia, præſertim conceſſa Religionis Societatis Ieſu, quibus etiam ipſi fruuntur per communicationem, & per expreſſam conceſſionem Romani Pontificis, ego oſtendi eis Doctores citatos, & præſertim Patrem Laynam, & nifallor, Proſperum Fagnanum præfatum eximium, & quaſi ab in cunabilis Secretarium in varijs Sacris Congrega-

Digitized by Google

tionibus, proindè nolui exponere me, & ordinandum censuris promulgatis contra malè promouentes, & promotos, & præsertim in constitut. Pij II., & Sixti V., Accesserunt ad quemdam alium Dominum Episcopum, qui promouit dictum Regularem ad Sacros ordines in die festiuo; Ego Romam scripsi, & consului sacram Congregationem sacri Concilij Tridentini interpretis, à qua fuit mihi responsum, priuilegia ista fuisse omninò reuocata in generali, nec licere amplius Regularibus ad sacros ordines se promouere facere vigore dictorum priuilegiorũ, verum aliquibus paucis Religionibus fuisse confirmata.

Episcopi etiam abstinere debent à
232 conferenda prima tonsura cum ordinibus minoribus, quod sæpè faciunt sequendo multorum Doctorum opinionem, sed est contra veriorem sententiam, & contra Canones.

Aduertant Domini Episcopi, ne sint
233 nimis proclini ad promouendos ad ordines, iuxtà dictum Apostoli, nec citò manum imponãt; debent inuestigare de moribus, & doctrina ordinandi, nam hodiè multa mala oriuntur in Christiana Reipublica exmultiplicitate malorum Ecclesiasticorum, oritur namque vilipendium Ecclesiasticæ hierarchiæ, vellem dicere multa, sed iustis ex causis sileo Clerum magnum, & conspicuum, non facit numerus Clericorum,
234 sed qualitas ipsorum, melius est habere decem bonos, doctosque Sacerdotes, quam centum malos, & indoctos. O Beati illi Episcopi, qui bonos habent subditos, licet pauciſſimos; animaduertere debent quoque Episcopi, qua intentione promoueri desiderant laici ad ordines, sunt multi, qui non recta intentione postulant se ordinari, sed ad fraudandas gabellas, & tantum se faciunt promoueri ad primam tonsuram absque intentione ascendendi ad Superiores ordines; quos repelli iubet *C. T. sess. 23. c. 6. de reformatione*, *Camp. rubr. 3. c. 5. n. 1. Barbosa alleg. 10. num. 19. & 20. Ventriglia loco cit. n. 40.*, Sed cum hoc in animo consistat, difficilis est inuestigatio, vndè ad coniecturas recurrendum esse, docet Ventriglia loco cit., sed prudẽs Episcopus ex plurimis poterit cognoscere exindole pueri, & alijs circumstantijs, & memini me legisse
236 apud Martinum Hauertum in summa, sed loci in punto non recordor, quod Episcopus debet accipere iuramentum ab initiandis prima tonsura se in ætate opportuna, cæteros ordines suscepturos; Et in illis Ciuitatibus, in quibus Ciues viuunt per Gabellas, vt in mea Patria, Episcopus debet abstinere abordinandis multis, quia multi ordinantur ad fraudandas gabellas, indè maximum oritur præiudicium, onera enim substinenda sunt à Ciuibus, necessario cum sunt multi Ecclesiastici, onus trasfertur in alios Ciues; qui quanto pauciores, eo plus grauantur, sed quod mihi displicet, & cor cruciat, in his soluendis non seruatur iustitia distribuitiua, sed omne onus subsstinent pauperes, & miserabiles, à quibus prò soluendis oneribus, etiam pauperrimum lectulum vi aufertur, &
237 eos humi cubere video, Item non debent Episcopi ordinare vnigenitos sic libenter, & filios diuitum, vt dixit Ventriglia; Cum Ego adhuc puer desiderarem enixè clericari, meus pater rogauit Episcopum meæ Patriæ, qui tunc erat Mattheus Granite Patritius Salernitanus, qui postea fuit Archiepiscopus Amalphitanus, vir vndique absolutus, ac Sanctæ vitæ; examinauit me rigorosè, sed noluit conferre primam tonsuram, sub prætextu, quia postea nõ ascendissem ad ordines minores, quia Primogenitus; Vndè in sede vacante post annum primam tonsurã cum literis dimissorialibus accepi ab Hyppolito Francone Episcopo Nucerino, ita vellem Episcopos omnes fore.

Sicuti animaduertere debent Epi-
238 scopi, cum ordinant cum litteris dimissorialibus Capituli sede vacante, nã quandoque Vicarij parum intelligentes decretum sacri C. T. sess. 7. cap. 10. de reformatione, in quo capite datur licentia Vicarijs Capitularibus faciendi dimissorias intrà annum arctatis ratione beneficij recepti, vel recipiendi arctatos, intelligunt omnes, qui habent aliquod beneficiũ, sed salua pace eorũ

arcta-

Digitized by Google

arctati ratione beneficij sunt illi, qui ratione beneficij recepti, vel recipiendi infrà annum promoueri debent ad Ordines sacros, quem susc ipere omninò tenentur intrà annum, iuxtà sacros Canones, vt sunt videlicet Canonicatus, dignitates in Cathedralibus, in quibus omninò sunt ordines distincti, nempè Subdiaconatus, Diaconatus, & Præsbiteratus, iuxtà constitutionem eiusdem sacri Cõcilij Tridẽtini sess. 24. cap. 12. de reformat., & debet esse Canonicus constitutus in anno vigesimo primo, vt possit intrà annum promoueri, Item qui obtinuit, vel præsentatus
239 fuit ad Parrochialẽ, seù Curatam Ecclesiam, nam intrà annum debet promoueri ad Sacerdotium, iuxtà Textum in cap. licet, *& c. cum exe de electionem in 6., & in d. cap. 12. sac. Concil. Trid. sess. 24.*, Canonicatus autem in Collegiatis non arctant ad ordines recipiendos: quia in Collegiatis potest esse Clericus, & sufficit, vt expleuerit decimum quartum annum, hæc sunt verissima, & passim declarata à sacra Congregatione T. interprete, vt videre est *Merollam tom. 3. disp. 7. cap. 7. sub. 4., & alios*, vndè in facto, cum mihi præsentatæ fuissent
240 aliquæ dimissoriales à quibusdam Canonicis Collegiatæ Ecclesiæ, expeditæ à quodam Vicario Capitulari, quamuis meum non erat videre, quando quis dicatur arctatus, ratione beneficij, actamen quia certò sciebam non esse illos arctatos, & in fraudem ordinari: erant enim Canonici à quatuor annis, & tunc promoueri volebant, ob Caritatem, & Dei amorem, ne ipsi forent male ordinati, & in censuras incurrerent, & quia Vicarius erat amicus, ne ipse quoque in censuras comminatas in eodem Trid. Cap., nolui eis ordines dare, sed audiui ab alijs, ordines recepisse, sed ipsi viderint, illagrimor cernere quamplurimos censuris innodatos existere in nostra hyerarchia Ecclesiastica, sed veh Ministris Ecclesiæ, qui negotijs implicati sæcularibus, vel delicijs dediti nolunt laborare, & libros legere, & quod nesciunt, nec discere cupiunt. Huius etiam oc-
241 casione aliud notandum in Praxi dubi; in quo etiam communiter erratur, cum sedes Episcopalis vacat, cum quis Breue extra tẽpora obtinet, vt scilicet possit promoueri in Tribus diebus festiuis, tunc literæ diriguntur ordinario viciniori, (Capitulari enim Vicario nõ rescribitur) cui Papa dat facultatem promouendi oratorem, sed constito ei prius legitimè de requisitis necessarijs ad ordines susc ipiendos, & si ordinarius vicinior sit impeditus, tunc ipse vicinior debet facere attestationem, seu licteras dimissorias ordinando, vt à quocumque possit ordinari, vt clarè dicitur in Breui. Vndè errant in Praxi Vicarij Capitulares, dum ipsi faciunt dimissorias, & dant etiam facultatem ordinando, vt à quocunque possit ad ordines promoueri; ipsi enim nullam recipiunt facultatem à Papa faciendi tales dimissorias, nec Papa vult, quod Vicarij Capitulares infra annum faciant dimissorias, sed expressè mandat, vt vicinior ordinarius conferat ordines cui concessit breue, & cõstito prius, &c. & cum vicinior nõ poterit, vel nolit tunc viciniori ipsi literas comendatitias, siuè dimissorias cõcedat, vt à quocumque Catholico Antistite ordinari valet, &c. hæc enim sũt verba breuis, *Tibi rescribit oratori, at tento, quod sedes Episcopalis ad præses non tamen ab anno vacat, & ab Ordinario viciniori constito illi prius per legitimas probationes de vita, & moribus, ac legitimis Natalibus, alijsque requisitis, qualitatibus tuis, vel de euitus, (ideſt vicinioris) testimonio, vita, & mores tui commendentur, vt licentia, & quocumque alio*; Hęc enim
243 verba clara sunt, & omnis qui latina lingua callet, intellige dant formam, quam præterire, vel alterare nemo potest, omnisque exequutor præcisè obseruare debet, alias perperam agit, vt latè alibi scripsimus.

Hæc ad praxim occurrentia notan-
244 da duxi, cæteraque verò dubia, quæ circa hoc Sacramentum occurrere poterunt, benignus lector videre poterit, apud citatos Doctores, & alios.

Cæterum autem Sacramentorũ Epi-
245 scopus non necessarius, sed voluntarius

rius minister est, potest tamen ex voluntario necessarius fieri, si necessitas vrgeat, & in defectu aliorum ministrorum, seù illorum, quibus immediatè imminet cura animarum; verum debet in quibusdam sollemnioribus diebus Sacramẽta ministrare populo, nempè Paschate, & alijs sollẽnioribus diebus, scilicèt Sacramentum pœnitentiæ, sanctissimæ Eucharistiæ Sacramentum, vt aduertunt omnes scribentes; Præsertim *Pacis Iordanus, tom.1. lib.3.tit.3.to.1 lib.3.tit.4.num.2.* lætatur enim populus
146 cum proprius Pastor immediatè illum pascit, & cibat; multa enim in confessionibus audit, scit necessaria, amorem sibi conciliat subditorũ, aliaq; oriuntur bona ad Dei gloriam: exemplum peremne nobis reliquit Clemens Papa Nonus, sanctæ semper, & recolẽdę memoriæ, quem audiuimus in Ecclesia Vaticana confessiones in hebdomada sancta confluentium ad Vrbem
147 audire, dum in Pontificatu vixit: ò vtinam foret immortalis in hac vita, sicut nunc sempiternaliter viuit in gloria, nihil agere prætermisit hic sanctus, imò verè Santissimus Pontifex prò optimo regimine Ecclesiæ Catholicæ, prò defensione Reipublicę Christianæ, atq; orthodoxę fidei, enixam habuit applicationem contra Turcas, contra hęreticos, suæ propriæ salutis oblitus, saluti gregis, sibi ab alto commissi, omninò deditus, in pauperes liberalissimus, in suos auarus; dispersit, dedit pauperibus, iustitia eius manet in sæculum sæculi.

SECTIO SEXTA.

De Visitatione Diœcesis ab Episcopo facienda, &c.

1 INter Pastorales curas, præcipuum habet locum sollicitudo, Diœcesim visitandi; est enim visitatio, quasi anima regiminis Episcopalis, quoniam Pastor se diffundit, & expandit omniũ suarum ouium cõmodis, & vtilitatibus, vt optimè venerabilis, vir ille frater Bartholomeus à Maribus præclarę Dominicanæ familiæ alumnus, & Archiepiscopus Barchinonen. dixit in suo aureo tractatu de moribus *Prælatorum p.2. cap.1. fol.54.* ipsoque non citato *Barbosa de potestate Episcopi tit.2.glos.10.n.21. alleg.73. num.6.* nam Patres, Concilia,
2 & Doctores omnes, præcipuum munus Episcoporum esse visitare Diœcesim constanter affirmant, vt sic ei innotescat, quæ in Diœcesi corrigenda, quæ mutanda, quæ temperanda sunt (vt alijs omissis) exposuit, nouissimè *Emanuel Gonzalez in cap.cum Apostolus num.6. de censibus*; Quarè non abs re Doctores
3 Episcopos Soli compararunt, quia sicut de sole dicit Ecclesiast. *cap.1. oritur sol, & occidit, & ad locum suum reuertitur, ibique renascens, girat per Meridiem, & flectitur ad Aquilonem, lustrans vniuersa, in circuitu, pergit spiritus, & in circulos suos reuertitur*; omnia enim mundi tuguria sol visitat, ità Episcopus totam suam
4 debet lustrare Diœcesim, & *Prouerb. 27* dicitur *diligenter agnosce vultum pecoris tui*, tuosq; greges cõsidera, quod quidem absque visitatione omnium locorũ fieri nequit, nec vocare poterit oues nominatim vt dicitur *apud Ioãnẽ X.* nisi omnes oues visitando, agnoscat.

Vt autem huius rei ab alto, principium petamus reminiscì oportet visitare subditos, omnes Principes consueuisse; siquidem legimus *in Genesi c.41.*, quod cum fuerit constitutus Ioseph Pharaone super terra Egypti primus
5 minister, ille statim circuiuit omnes
6 regiones Egypti, vbi Oleaster ait, *debent Gubernatores visitare, & videre suis propriis oculis, quæ sibi commissa sunt*; de
7 Samuele habemus; *in primo Regum c.7.* quod ibat per singulos annos circuens Betfel, & Galgala, & Masaphath, & iudicabat Israèlem, in supradictis locis; reuertebaturque in Ramatha, ibi enim erat domus eius, & ibi iudicabat Israelem. De Iosaphat Rege Iuda, *in lib.2. paradipemenon.c.7.* legimus,
8 *quod tertio anno Regni sui misit de Principibus suis Benahil, & Obdiam, & Zacheriam, & Nathanuel, & Micheal, vt docerent in Ciuitatibus Iuda, & cum eis leuitas Semeiam, & Nathanian, & Zabadiam, Asael quoque, & Semiramoth, & Ionathan, Adoniumque, & Tobiam, & Dobadoniam leuitas, & cum eis*

Eli-

Eliſum, & foram Sacerdotes, docebantque populum in Iuda, habentes librum legis domini, & circumibant cunctas vrbes Iuda, atque erudiebant populum. Et de Filippo Tetrarcha Iturææ, & Trachonidis, ſcribit *Ioſephus, lib. 15. c. 6., & 9. ſolitum iter facere cum paucis electis comitibus ſubſequẽte ſella, in qua ſedens iura redderet*, Antiquitus enim ſemper fuit viſitatorum ordo, quorum eſſet minores magiſtratus inquirere, cum poteſtate Prouincias viſitandi, atque emendandi, & corrigendi *Theatrum vitæ humanæ verb. viſitatio fol. 166.*, & apud Iudeos, viſitatores fuerunt, qui circa miniſteria diuinorum, ac legum, ſe ſe impenderent, & magiſtrarent, qui etiam Apoſtolorum titulum deferebant, *Theatrum vitæ humanæ loc. cit. verb. viſitatio Eccleſiaſtica*, atque idem author tradit, Perſarum Regibus ſollemne fuiſſe abire ditionem vniuerſam, eamque luſtrare, ac exquirere, quid opem Regiam deſideraret.

Chriſtus Dominus venit de Cælo in mundum, ipſum viſitaturus, vt in cant. Zachariæ Lucæ primo, dicẽs, *per viſcera miſericordiæ Dei noſtri, in quibus viſitauit nos oriens ex alto*, & Matthæus Euangeliſta, narrat de Saluatore noſtro, quod circumibat *Ieſus totam Galilæam docens in Synagogis eorum*, *Matth. 14. c. 4. & Lucas c. 4. narrat, quod cum detinebatur Ieſus à Turbis, ne ab eis diſcederet, dixit illis: quia & alijs Ciuitatibus oportet me euangelizare Regum Dei, & S. Euangeliſta Marcus c. 6. quoquè ſcripſit de Ieſu, quod circuibat caſtella in circuitu docens, & quod miſit Apoſtolos prædicare, aeruſurgens à mortuis, præcipit Apoſtolis, dicens, euntes in Mundum vniuerſum, prædicate Euangelium omni Creaturæ Matth. c. 16.*, prò vt fecerunt, nam totum orbem luſtrarunt: in omnem enim Terram exiuit ſonus eorum, & in fines orbis Terræ verba eorum; de Paulo, & Barnaba, quommodò circumiuerint, & viſitauerint orbem Terrarum, narrat Lucas in actibus Apoſtolorum, *c. 15. 18. 20. & 28.* Paulus Apoſtolus ad Corynthios miſit Timotheum, *vt in prima ad Corinth. c. 4.* Hinc vnanimiter Patres, & Doctores concludunt, morem hunc viſitandi Diœceſes à propriis Prælatis, cum Eccleſiæ ortu cœpiſſe, ac inualuiſſe, ac ſemper inconcuſſe præceptum, ac obſeruatum, vt ſcilicet ſemel in Anno Epiſcopi viſitare tenentur propriam Diœceſim, habemus multos Canones, *in 10. q. 1., nempè c. decernimus ex Concilio Tarraconenſi, c. Epiſcopum ex Concilio Toletano 4. c. placuit, ex Concilio Bracharenſi c. inter cætera de offi. ord. ibi, ſollicitè viſitantes*, multos alios Canones habemus in eadem *10. q. 3.*; adſunt multi etiam Canones tam extrà, quam in *6. Clem.*, & extrauagantibus ſub tit. de cenſibus, multa diuerſorum conciliorum decreta, quæ cumulat eruditus *Emanuel Gonzalez, in c. cum Apoſtolus de cenſibus n. 5.*, Tandem enixè hoc in ſacro Tridentino Concilio magna expoſtulante ratione præceptum fuit; *tam ſeſſ. 6. c. 3. de reform., quam ſeſſ. 24. c. 8. de reform. & ſeſſ. 24. c. 3 de reform.*, in quo canone mandatur Archiepiſcopis, Epiſcopis, & cæteris habentibus ius viſitandi, vt ſingulis annis propriam viſitent Diœceſim: Et ita Canones ſtrictè viſitationem hanc demandarunt, vt etiam omnem conſuetudinem, & præſcriptionem contrà viſitationem abolerunt, prò vt expreſsè ſtatuit *Innocentius in c. cum ex officij de præſcriptionibus, & in dicto decreto Tridentini ſeſſ. 24. c. 3.* alijs omiſſis ſacris Canonibus excondicto, ad quod munus viſitationis Epiſcopus per ſe ipſum tenetur, itaut regulariter nequit per alium explere, niſi legitimè ſit impeditus, nam tunc poterit per alium *c. Epiſcopum 10. q. 1. c. ſi Epiſcopus de cenſ. in 6. Tridentinum loco cit. d. c. 3. ſeſſ. 24.*

Viſitationis autem ſcopus, ſalus animarum, comodum ſubditorum; vt ex prælegatis ſacris Canonibus, expreſsè haberur; præſertim in *Can. placuit 10. q. 1. & c. Romana §. ſanè de cenſibus in 6. c. procurationes §. porrò de cenſibus, vt de cap. inter cætera*, ibi *verbo ædificent, & exemplo*, ex quibus Patres ſacro Tridentino Concilio inter. fuentes in d. cap. 3. *ſeſſ. 24. ita ſtatuerunt, viſitatio cum omnia iſtarum præcipuus ſit ſcopus ſanam orthodoxamque doctrinam expulſis hæreſibus inducere, bonos mores tueri, prauos corrigere, populum, cohortationibus, & admonitionibus*

bus ad religionem, pacem, innocentiamque accendere, cætera prout locus, tempus, & occasio ferit ex visitantium prudentia, ac fidelium fructum constituere, quæ vt facilius, feliciusque succedant, moneantur prædicti omnes, & singuli, ad quos visitatio spectat; vt paterna charitate, Christianoque Zelo omnes amplectantur, latè Fuscus de visitatione *lib.1.c.4.n.22., & lib.2.c.7.*

Quid verò obseruandum ab Episcopis
22 ponunt supracitati Canones; præsertim c.placuit, 10.q.1. in quo Canone mandatur Episcopis, vt 1. discutiant Clericos quomodo Sacramenta administrant, & quomodò officia Ecclesiæ peragant, postquam verò Clericos visitauerint, debent docere populum orthodoxam doctrinam, & vt fugiant peccata, & quod sibi nolint, alteri non faciant, Canone autem istum fuisse correctum per sacrum Concilium Trid. *dicit Pac.t.2. lib.7. tit.18. sub n.20. vers. quare*, sed, & si quoad formam, non tamen quo ad substantiam, illum corre-
23 xit sacrum Concilium; formam, quam seruare debet Episcopus in visitatione ponit Pontificale Romanum, ac multi Doctores, præsertim *Gauantus in praxi Diffi. Pac. Iordanus tom.2. lib.7. tit.1.*, & *alij passim.*

Quia tamen vt dicit Apostolus Pau-
24 lus 1. *ad Corinthios c.9. si nos vobis spiritualia seminauimus, magnum est, si nos carnalia vestra metamus*; hac ratione sanxerunt Pontifices, sacraque Concilia, vt Episcopo visitanti præstentur expensæ, siue detur procuratio, *habetur in c. cauendum, & c.inter 10.q.3.c.cum ex officij de præscriptionibus, c.venerabilis, & c. cum instantia de censibus c. Romana c.exigit c.Felicis eodem tit.in 6.* adsunt quamplurimæ constitutiones cõciliares, quas citat Emanuel *Gonzalez d.c. cum Apostolus n.7., & demum habetur in eodem Tridentini decreto c.3.sess.24., idemque voluit D.Gregorius lib.3.epist.21. scribens Maximo Syracusano Episcopo, & lib.2.Epist.29. Felici rescribens Episcopo, Innocentius III.*
25 *l.1.Epist. fol.147.* has autem procurationes, & exactiones, interdictum fuit Episcopis, & aliis visitatoribus in pecunia recipere; sed tantum in victualibus exigere, prò vt necessitas exigebat, ità statuit *Innocentius IV. in c. Romana § procurationes de censibus in 6.*, quod confirmauit Gregorius X. in Concilio generali Lugduñ. *prò vt habetur in c.2.exi-*
26 *git de censibus in 6.*, actamen Bonifacius VIII. ob incomoda, quæ prædictæ constitutiones attulebant, illas reuocauit, atque concessit, vt in pecunia possint visitatores recipere procurationẽ, & exactiones, quod in arbitrio visitatorum posuit Benedictus XII. *in dicta extranaganti. Vas electionis decensibus*, &
27 confirmatum fuit in Tridentino Concilio *d.c.3.*, & cum hoc sit infacultate visitatorum, vtiquè variatio erit eis permissa, vt si vno anno soluerint in pecunia, poterunt in alio in victualibus *Gen. in praxi c.21.n.7. Squillante loco cit.n.38. Pac. Iord. loco cit.n.7., Barbosa alleg.73. n.56., Grat.c.57.*, & alij communiter, qui afferunt decl. sacræ Congregatio-
28 nis Sicuti in vetustis Concilijs, præsertim in Concilio Cabilonensi 2. *c.29. prò vt habetur in d.c.cauendum 10.q.3.*, & *Parisiensi sub Ludouico, & Lothario lib.1. c.31.* fuit statutum, quod expensæ tribuantur Episcopo visitanti, cum aliundè non habuerit, *& Glosa in d.c. cauendum verbo sumptus*, dicit, quod si habet sumptus, vndè possit expendere, non debent alios grauare, nam potius hæc peti videntur ex gratia, quam de Iure, & ea quæ domi consueuit expendere, debet expendere cum est in via: verum
29 postea per subsequentes sacros Canones hoc moderatum fuit, & indistinctè Episcopis, & cæteris visitatoribus concessum absquè hac restrictione, vt procurationem, & exactiones recipere possint, illa ratione, de qua supra moti, *quia si spiritualia seminamus, dignum est, vt & temporalia metamus, & dignus est operarius mercede sua, Barbosa de Iure Ecclesiastico lib.3. c.22.n.7. Emanuel Gonzalez in d.c. cum Apostolus de censibus sub*
30 *n.2.*, *sunditus tamen de alimentis tit.1.q.64. n.6.* dicit, quod Episcopus recipit procurationem in signum subiectionis, & ratione hospitalitatis, & ita quoque dicit *Riccius p.4.resol.150. & Pac.Iord.to.2 l.7.tit.18. n.2.*, verum cum expressam
31 habeamus in sacris Canonibus, aliam non requiramus; Et ita procurationem

Epi-

Episcopo visitanti strictè Canones iusserunt, vt sicut contra visitationem omnem consuetudinem,& præscriptionem sustulerunt, ita quoque contra procurationis præscriptionẽ,vt expressè in *d.c. cum ex officijs de præscript.c. cum instantia c. venerabilis de censibus*, tamen Canones isti per Tridentinum d. c.3. fuerunt correcti, cum consuetudinem non soluendi procurationem admittant,ibi *in ijs vero locis,seù Prouincijs,vbi consuetudo est, vt nec victualia, nec pecunia, nec quidquam aliud à visitatoribus accipiatur,sed omnia gratis fiant,& ibi obseruetur. Fagnanus in d.c. venerabili à n.20. cum sequentibus*; Verum doctus Gõzalez *in c. cum non liceat sub n.4. de præscript.* docet, quod cõsuetudine introduci potest, vt visitati ad nihilum teneantur, sed hoc non posse præscriptione obtineri,quia diuersa est consuetudo à præscriptione, & ante Gonzalez *Zerol. in prax.verb. visitatio §.6. dub.8., Pac.Iord. tit.18.n.50.*

Attento Iure communi antiquiori, Episcopi cum Cathedralem, & Ciuitatem visitabant,procurationem exigere poterant,quod probatur *ex c.cum Venerabilis de censibus c. cum instantia, eodem tit.*, & apertius in d. extrauag. *vas electionis de censibus*, actamen attento Iure nouissimo Tridentini, dicit Fagnanus, quia secus est, *& ita Barbosa alleg.73.n.46.,Squill.p.1.c.3.n.53.,ita etiam sentit doctus Pac. Iordanus Episcopus Tragurienſis loco cit.d.tit.18.n.45.,& 46.*, sed *Surdus loco cit..n.12.*, tenet, quod Ecclesiæ Ciuitatis teneantur ad procurationem præstandam:contrarium dicendum esse post Concilium, dicunt *Gen. in praxi.c.19.Barbos.alleg.73.n.46.,Squillant. de priuileg. Episcoporum par. 1. c. 3. n.50.*, vna tamen procuratio Episcopo in diem soluenda est, etiam si plura loca visitauerit, vt expressè cauetur in d.cap. felicis. Notant *Squillante loco cit. p.1. cap.3. n.44.*, *Nouarius de Iure Pontif. concl.5.sub rub.de visit. Ricc.p.2.ref.157. Pac.Iord. loco cit.n.76.*, si tamen plures Ecclesias visitauerit, possent dictæ Ecclesiæ diuidere inter se expensas. Si tamen vna Ecclesia non possit integrè Episcopo procurationem soluere, dubium est; an Episcopus tunc possit plures Ecclesias ad vnam procurationem soluendam congregare, agitat hanc quæstionem *Fagnanus in c. procurationes de cẽsibus*,& prò parte affirmatiua inducit *testum in d. cap. procurationes*, & *c.cum instantia*, tamẽ prò contraria opinione citat *Archidiaconum in c. Romana n.1. de Censibus in 6.* quem ipse sequitur *n.20*,quia cum vna Ecclesia est pauper, debet proprijs sumptibus Episcopus visitare, *citat c.placuit 1. quæst.2.*, sed testus ille loquitur, cum Episcopus inuitatur ad consecrandam aliquam Ecclesiam,ab ipsius fundatore vt nihil recipiat,cum est pauper. Verũ quasi cõmuniter docent,Episcopum teneri visitare Ecclesiam pauperem absque procuratione *Barbosa loco citato n.50.*, & *Gen.in prax.c.p. 17. Ricc. in praxi par. 4. resol.151.,et 152.,Squill.d.c.3.n.54., Pac. Iord loco cit.tit.18 33.,et n.39.,et 40.* Sed obstare clarè videtur testus *in c.cum Apostolus §.sanè de censibus*, vbi dicitur, *quod in pauperrimis autem locis, tantam volumus teneri mensuram, vt ex accessu maiorum, minores merito non doleant se grauari*; Non dicit testus, quod gratis fiat,& ita videtur tenere *Pac.Iord.loc.cit. n.43.*, suadet tamen Pacius Iordanus n.41. Episcopum proprijs sumptibus Ecclesias pauperes visitare, siut ipse fecit, & libenter huius docti viri sententiæ adhereo.

Non exigit procurationem Episcopus, cum visitat oratoria priuata, seù grancias, vt habetur *in c. finali de censibus*,vbi Gonzalez,sicuti cum Episcopus *iure nouo Tridentini* exemptas Ecclesias, seù loca visitat Iure Delegato procurationem petere nequit, *Azorius instit. moral.part.2.l.3.c.42.q.2.*, *Barbosa d.alleg.73.n.47.*, *et 48. Squillante loco cit. n.52.*, *Pignatellus tom.3. consul.57.n.6.*, qui loquitur, cum Episcopus visitet Parochiale annexas Religioni Hierosolymitanæ,licet in alijs contrarium tenere videtur, verum *Nouarius p.2. bull.rub. de exemptorum priuilegijs n.6.* affert declarationem sacræ Congregationis in Augustana 26. Iunij 1627., posse Episcopum, cum visitat exemptas Ecclesias Hierosolymitanas,ratione cu-

Digitized by Google

re exigere procurationem, nisi adsit consuetudo in contrarium.

Imò proposito dubio in sacra Con-
45 gregatione, an Episcopus visitans conuentus suppressos, & Religioni postea restitutos, & suæ Iurisdictioni suppositos, aut personas in eis degentes, possit à visitatis procurationem exigere in victualibus, vel in pecunia, sub die 27. *Iulij* 1655., respondit per hæc verba. *Expedire, vt Santissimus Dominus noster decernat, & declaret, non licere Episcopo tales Conuentus visitanti quicquam accipe-*
46 *re procurationis nomine; Insuper Leo. X. in sua constitut. n. 6. §. 3. declarauit, dum Episcopus visitat Parochiam Abbatiæ, seù Monasterio annexam, non possit procurationem recipere, sed gratis hæc agat.*

Neque accipere poterit procuratio-
47 nem Episcopus, cum visitat hospitalia aliaque pia loca, quia id gratis facere tenetur, docent *Barbosa, Squillante locis citatis, Belletus disq. Cler. p. 1. tit. de Clericis n.* 167., *Pac. loco cit. n.* 33., sed Fagnanus in c. Venerabili de cens. dicit, quod 18. Nouembris 1673. fuit propositum hoc dubium, nihil tamen certum Cardinales deciderunt.

Prò procuratione recipienda, qua-
48 muis Canones excommunicationis gladium concedunt Episcopis, & alijs visitandi ius habentibus contra retinentes, vt habetur *in c. cum nuper de censibus*, actamen in exigenda procuratione, siue in victualibus, siue in pecunia, maximam moderationem Episcopi, & cæteri Visitatores adhibere debent, & subditos grauare nõ debent, vt expres-
49 sè iubent Sacri Canones supracitati, ita enim habetur *In can. cauendum* 10. *q.* 3., *qui Canon est Concilij Cabilonensi* 2. *c.* 24., *ita enim ibi dicitur, cauendum est, ne cum Episcopi Parochias suas peragant, quãquam damnosam, erga subditos, seù erga Socios Tyranni, dum exercent, (nec quod absit) cum charitate, sed cum quadam indiciaria inuentione stipendia ab eis exigant; obseruandum etiam modis omnibus, vt si quando eis peragende Parrochia necessitas incumbit in confirmandis hominibus in inquirendis rebus emandatione dignis, in prædicatione verbi Dei, in lucris animarum potius, quam in depredandis, & spoliandis hominibus, & scãdalizandis fratribus operam dent, & si quando eis ad peragendum ministerium suum à Fratribus, aut subditis aliquid accipiendum est; hoc summoperc obseruare debent, ne quem scandalizent, aut grauent tanta ergo in hac re discretio tenenda est, vt & verbi Dei Prædicator, vbi propryjs sumptibus desunt à Fratribus accipiat, & item fratres illius potentia non grauentur, exemplo Apostoli Pauli, qui ne quem grauaret arte, & manu*
50 *victum quærebat. In Concilio Toletano tertio c.* 20. *de quo in c. quia cognouimus* 10. *q.* 3. *dicitur, quia cognouimus Episcopus per Parochias suas, non sacerdotaliter, sed crudeliter deseruire, & dum scriptum sit, forma estote gregi, neque vt dominantes in Clero exactiones Diœcesi suæ, vel damna inflagitant, ideò censemus, (excepto quod veterum constitutiones à Parrochis habere iubent Episcopos) vt alia quæ illis huc vsq; præsumpta sunt, denegentur, hæc est neque in angarijs Præsbyteri, aut Diaconi, neque in aliquibus fatigentur indictionibus, ne videamur in Ecclesia Dei, & raptores totius, quam Dei Pontifices nominari; Idem*
51 *in Concilio Toletano septimo cap.* 4. *habet, cuius dispositio translata est, in c. inter cætera, eadem causa, & quæstione, ibi cum vero Episcopus Diœcesim visitat, nulli præ*
52 *multitudine onerosus existat;* In Concilio Lateranensi, ita quoque sancitum fuit, vt legitur in Can. cum Apostolus de censibus, & ita procedere iussit, *vt non quæ sua sunt, sed quæ Iesu Christi quærere videantur, nec sumper vsas espulas querat, sed cum gratiarum actione recipiant. quod honestè, & competentis illis fuerit ministratum, ac cum dicit Apostolus* 2. *ad Corint. c.* 12. 7. *non debent filij thesaurizare parentibus, sed parentes filijs, multum longe à paterna pietate videtur, si prapositis suis graues existant, quos in cunctis*
53 *necessitatibus Pastoris debent more fouere.* Item Innoc III. in c. cum instantia §. fane eodem tit. de censibus ita statuit, *fane in his exigendis, cum modum, & ordinem volumus obseruari, & nulla Ecclesia, vel Prælatus, se indebite pragrauare, rationabiliter conqueratur*, & Idem Innocen-
54 tius *in c. cum venerabilis eod. tit.* 161. *decernimus, quod Idem Episcopus, cum ad ipsam Ecclesiam causa correctionis accepe-*

ris

rit moderatam, ab eo procurationem reci-
55 *piat*; ita id. m Innoc. in Concilio generali 4. vt reformatio in cap.procurationes, eodem tit.idem sanxit Bonifacius Octauus in cap.felicis eodem titulo in 6. ibi, *pro sumptibus moderatis Clemens Quintus in Concilio Viennensi, prout in Clem. II. de censibus* ibi, *ipsis etiam recipiendis procurationibus, ità graues exi-*
56 *stunt, quod in eorum Monasteryis, ac Ecclesijs procurationes recipientibus longi tẽporis victum brèuis hora consumit*. & Benedictus Duodecim. *in extrauagãti, sapè citata, vas electionis*, ibi, *Sanè licet circa modestiam in exigendis procurationibus obseruanda à prædecessoribus nostris Romanis Pontificibus salubria emanauerint instituta, quia tamen (sicut experientia docet) nonnulli Prælatorum, nec non Diœcesis Nuntiorum, vel Legatorum Apostolicæ sedis, de quibus nullam faciant mentionem expressè, sic se reddiderunt, & reddunt in dictarum procurationum exactionibus oneroſos, vt oppressi subditi huiusmodi onera nequeunt supportare, & victum longi temporis breuis hora consumat. Nos attendentes, quod parentes debent thesaurizare filijs, non delicijs fastidiosis eorum substantiã absorbere, ac cupientes pro diurnitate conditionum visitantium Prælatorũ, & Prouinciarum, ac Ecclesiasticarum, etiã facultatum, certum modum sufficientem visi tantibus, & supportabilem visitatis in præmissis, fore de cætero obseruandũ*: Hoc tandem omninò seruandum statuerunt
57 Patres Oecumenici Sacro Tridentino Concilio interessentes, ita statuentes in præfato cap.3. *Quæ vt facilius, feliciusque succedant, monentur prædicti omnes, & singuli, ad quos visitatio spectat, vt paterna charitate, Christianoque zelo omnes amplectantur, ideoque modesto consensu æquitatui famulatuiq; studeant, quam celerrimè debita tamen cum diligentia visitationem ipsam absoluere; Interimque caueant, ne inutilibus sumptibus cuiquam graues oneroſiuè sint: nè vi ipsi, aut quisquã ipsorum quidquam procurationis causa pro visitatione etiam testamentorum ad pios vsu præter id, quod ex relictis pijs iure debetur, aut alio quouis nomine, nec pecuniam, nec munus quodcumque sit, etiam qualitercumque offeratur, accipiant: non obstante quacumque consuetudine, etiam immemorabili, exceptis tamen victualibus, quę sibi, ac suis frugaliter, moderatè que pro temporis tantum necessitate, & non vltra erunt ministranda* multas alias cõciliares Constitutiones de hac eadem re affert doctus *Emanuel Gonzalez in dicto cap. cum Apostolus sub n.* 8.atq; hoc etiã vsitatũ fuisse apud Romanos, dicit
58 ex Liuio lib.2. decad.5. Ex his igitur sacris expressis Canonibus; Omnes posteà scribentes vnanimitèr scripserunt: moderationem Episcopum teneri obseruare in procuratione recipienda, siuè in victualibus, siuè in pecunia eam velint visitati soluere, nèc visitatis grauamen aliquod intulere, vt videre est, *Barbosum, Squillantem, Pacium, Azorium, Riccium, Fagnanum, Gonzalez, & cæteros Canonistas in cap. procurationes, & c. cum Apostolus de censibus &c.* Appellatione
59 autem victualium, & expensarum, illæ tantum compræhenduntur, quæ consistunt in victu, non autem, quæ concurrunt alia necessaria personæ, & solũ victum pro illo die, quo visitat: vecturas tamèn, & ferraturas equorum præstarè non tenentur. *Gen. dicto cap. 34. num. 9 Barbosa loco cit. num. 57. Squillante dec. 3. num.* 40. nisi tamèn extaret consuetudo, vt Ecclesia visitanda præstare debeat
60 vecturas, aut cymbas, vel currus, prò vtensilibus non esset seruanda, *Pac. Iord. loco cit. num. 93. in Archiepiscopatu Amalfetano*.

Præter procurationem nihil aliud
61 recipere posse visitatorem, nec munus aliquod, nec ipse, nec aliquis de familia, vt expressè habetur in *cap. Romana* §. *procurationes de censibus in 6. exigit eodem cap. in 6. extrauag. vas electionis eod. tit. de censib.* & tam in dicto cap. exigit, quam in dicta extrauagãti vas electionis imponitur pœna restituendi duplũ intrà mensem, & si in hoc fuerunt contumaces, pœna interdicti ab ingressu Ecclesiæ, quod confirmatum fuit per Sacrum Concilium Tridentinum in dicta sess. 24. cap. 3. de reformat. in fine, ibi, *Quod si quisquam (quod absit) aliquid amplius in supradictis omnibus casibus accipere præsumpserit, id præter dupli restitutionẽ intra mensem faciendam, alijs etiam pœnis*

Digitized by Google

iuxtà Constitutionem Concilij generalis Lugdunen. quæ incipit, exigit, neç non & alijs pęnis in Synodo prouinciali arbitrio Synodi, absq; vlla spe curiæ multetur.

Dubitari potest hic, an in visitatio-
63 ne Episcopus poterit recipere munuscula comestibilia, & alia leuia, seu esculentum, & poculentum, quod non potest manere; & quidam affirmãt glosa in dicto cap. exigit, verbo munere, quia hæc nec mouere possunt, nec trahunt ad munera, iuxta testum in *l. solet ff. de officio Proconsulis*, *vbi Vlpianus ait etiam, quod mandatis continetur, nec donum, vel munus ipse Proconsul, vel qui in aliquo officio erit, recipiat, erantque quid nisi victus quotidiana causa ad xenia non pertinet*, sed ad ea, *quę edulium excedũt vsum, sed nec xenia perducenda sunt ad munerum qualitatem*; *Verum Ioannes Andreas in d.c. Romana §. procurationes, Gauante in manuali Episcoporum verb. visitatio num.47. Squillante loco cit.nu.46.* existimant, quod exculenta, & poculenta recipi possunt, dũmodò ibi consumentur, non tamen licèt ea domi trãsportare; Et ità quoque dixerunt *Gen. in manuali d.c.35. n.7. Barbos. alleg.73.n.54.*
64 nec fragmenta notabilia, quæ in mensa remanẽt, poterit Episcopus trasportare, sed eroganda sunt pauperibus illius loci, quem visitat, *Gauante loco cit. n.49. Genuensis in manuali c.35. qui plura, Barbosa loco cit.n.55. Squillante loco citato n.47. Pac. Iord. loco cit.nu.85.* Sed quid si procuratio esset soluta in pecunia, & de ea fuit remansum, vtrum Episcopus
65 restituere tenetur superfluum, affirmãt *Baldus in sum. verb. visitare n.10. Gen. in manuali d.c.35. num.3. Ricc. p.4. resol.149. Squill. loco cit. num.39.* Episcopus non euitaret pęnas, hoc tamen ego intelligo, quando non adest conuentio, nam conuentiones non tolluntur, imò expresè præseruantur in dictis iuribus, præsertim in Tridentino Concilio, ibi, saluo item iure conuentionum, & optimè *Pac. Iord. loco cit. num.86.* ità in huiusmodi re scribit, sed eius dictum (loquitur de Haldo (mihi non satisfacit, omisso enim, quod reliqua possent ibi pauperibus erogari, prout diximus de fragmentis, arbitror, quod quicquid parsimonia, industria, aliaue ratione supereresset, vt proprium visitatoris censendum sit; quia pecunia tradita videtur esse pretium liberationis ab onere parandi victualia, quod liberè transit in dominium recipientis; victualia vero quando parantur, non traduntur absolutè, sed tantum pro ea parte, quæ sufficiat ad victum, retenta quodam modo dispositione residui, quatenus nõ consumatur in mensis, aut in distributione pauperum. Ad contrarium de subrogato dicitur, satis esse, subrogatũ sapere naturam subrogati, quoad substantialia, & præcipua, nõ quoad omnia, & singula: Prout traditur de simili, quod non oportet concordare in omni bico, sed in aliquo, quia tamen satis probabile videtur, & magis tutũ, quod tradit Nald. laudabile, non necessarium erit illud amplecti. *hæc Pac.*

Neque cum Episcopus discedit, ac-
66 cipere poterit munera, finita visitatione, quia fieret fraus legi, munera solent dari in digressu, ità *Gen. d.c.35.n.5 Squillante loco cit.n.48.* & non solum ab Ecclesiasticis recipere prohibetur, verum etiam à laicis, seu ab Vniuersitate illius loci, quem visitat, *secundum Gauensem loco cit. c.35. num.4.* & si accipiat debet dare pauperibus illius loci, leuia
67 tamen posset deferre secundum eosdem, & non solum Episcopus, verum, nec eius familiares aliquid recipere possunt sub eadem pęna, & Episcopus tenetur de facto familiarium si ratum habeat, vel si sciat, vt dicitur in dicta extrauagant. vas electionis, notant omnes præsertim. *Pac. loco cit.n.89.*

Procuratio debetur Episcopo, & alijs
68 visitatoribus, cum personaliter hoc munus explent, prout sanxit Innocentius III. in Concilio generali, prout habetur in cap. procurationes de censibus, ità disponens, *procurationes quæ ratione visitationis debentur Episcopis, vel Archidiaconis, vel quibuslibet alijs, etiam Apostolicæ sedis legatis, aut Nuncijs, absq; manifesta, & necessaria causa nullatenus exigantur, nisi quando personaliter Officiũ Visitationis impendunt*, ità ibi, procuratio enim habet relationem, & respectũ

ad

Digitized by Google

ad officiũ personale, quod præstat Episcopus; Sunt enim correlatiua, vt dixit idem Pontifex in *cap. cum venerabelis eodem tit. de censibus*, dicens, *quia ergo visitationi annexa est procuratio, &c. Et Episcopus ratione Episcopalis iurisdictionis quam habet in ea, tenetur causa correctionis Ecclesiam visitare prefatam, nec intelligatur, quasi nouum imponi, quod ipsa fundatione de communi fuerat iure impositum, decernimus, quod idem Episcopus cum accedit personaliter, tunc procurationem*
69 *habebit.* Procuratio enim loco alimentorum succedit, vt dicit *Surdus de alim. loco supracitato*, non enim tenetur alere Ecclesia Episcopum, nisi ad ipsam accedat personaliter: idem statuit Bonifacius Octauus *in cap. Felic. de censib. in 6 ibi, concedimus, vt Patriarchæ, Archiepiscopi, Episcopi, & alij, quibus ex officio competit visitare à volentibus Ecclesiasticis, & locorum visitatorum Rectoribus, seù personis, pecuniam licitè recipere valeant pro sumptibus moderatis faciẽdis in victualibus diebus, quibus visitationis officiũ personaliter exercebunt: negligentię enim, & auaritiæ pariter inculpatur Episcopus, dum exigere intendit procurationem officio visitationis non impenso, quo circa sic ità fuerit interdicti ab ingressu Ecclesiæ pœnam non euitabit, si intra mensem non restituet duplum*, ità etiam Gregorius Decimus in Concilio generali Lugdunensi, prò vt refertur in sæpè cit. cap. exigit de censibus in 6. clarè disposuit, ibi, *siue visitationis officio non impenso procurationem in victualibus, aut aliquod aliud procurationis occasione violare præsumpserint, duplum eius, quod receperint, Ecclesię. vbi receptum fuerit infra mensem reddere teneantur, alioquin ex tunc Patriarchæ, Archiepiscopi, Episcopi duplum ipsum vltrà prædictum tempus restituere differentes, ingressus Ecclesiæ sentiant interdictum*;
70 Notat prętereà Fagnanus d. cap procurationes 22. grauissimè enim peccaret Episcopus, si procurationem recipiat, & non visitauerit, & vltrà dictas pœnas existimat *Genuensis in manuali cap. 34. n. 2* quod esset deponendus, quia esset pecuniam accipere pro offensis Dei non puniendis, iuxtà textum in cap. si quis *Episcopus 83. dist. Genuens. sequitur Squill. d. p. 1. c. 3. n. 43.*

Cum tamèn Episcopus per alium vi-
71 sitauerit, in casu sibi permisso, tunc visitatori, & non Episcopo debetur procuratio. Bonifacius Octauus in *c. si Episcopus de off. ordinis in 6. si Episcopus*, ait, *suam Diœcesim*, vbi ei *à iure permittitur, faciat per alium visitare, licet ipse illi habeat in alijs necessarijs prouideri. Hi tamen, qui visitantur, ministrare tenentur expensas, victualia visitanti*, (& infra) *Idem tamen Episcopus, cum personaliter nõ visitat, nihil prorsus ab his, qui per alium quem deputat, fuerint visitati, exigere poterit*, aut debebit, vbi plenè Glosa in verbo debebit, & in cap. exigit verbo non impenso de censibus in 6. & in cap. felicis verbo officio eodem tit. in 6. prętер alios *Fagnanus in d. cap. procurationes num. 12. & 14. qui affert declarationem Sacræ Congregationis S. C. T. interpretis d. an. 1603.* in vna Eluen. nam cum Episcopus Eluen. cępisset visitare suã Diœcesim, incidit in morbum, nec potuit perficere, perfecit tamen visitationem per Vicarium, supplicauit verò Sacram Congregationem, vt sibi liceret accipere procurationem, ac si personalitèr visitasset; attamen Sacram Congregationem noluisse concedere procurationem, ac si personaliter visitasset, vndè cum visitat alius, seù Vicarius nomine Episcopi, ipsi debetur procuratio, siuè in pecunia, siuè in victualibus, vt ait *Glosa in cap. si Episcopus de off. ord. in 6.* per illum testum Clarum, Attamen non
72 eodem modo procurãdus est Vicarius, ac Episcopus, nec tunc Clerus visitans tenetur exoluere procurationem, ac si accessisset Episcopus: neq; illud plus, quod expenderetur, si accederet Episcopus, potest petere Episcopus, vt be-
73 nè *Surdus loco cit. num. 16. & 17.* etiam si procuratio esset transacta, & composita, quia transactio, seù compositio est facta, cum accedit Episcopus personaliter, quo casu maiores expensæ sunt faciendæ, vide *Ricc. p. 4. resol. 158. Squillante loco cit. n. 42.*

Ex hactenus cumulatis, iam clarè manifesteque patet visitationis munus,
74 quod debet adimplere Episcopus, non sui, sed visitatorum, & ouium gratia debet explere, non quæ sua, sed quæ

Iesu

Iesu Christi sunt, quærere illum oportet, vt statuitur in cap. procurationes de censibus, ibi, *Porrò visitationis officiũ exercentes non quærant, quę sua sunt, sed Iesu Christi prædicationi, & cohortationi, correctioni, & reformationi vacando, vt fructum referant, qui non perit* hæc Innocentius Tertius in dicto cap. Sed heù, ità fit hodie in Ecclesia Christi? ità ne practicatur? sunt in Ecclesia, dicebat Diuus Augustinus in tract. 46. c. 10. in Ioann. (habetur in cap. sunt 3. q. 1. & ego flens dico,) *Sunt inquam in Ecclesia quidam Propositi, de quibus Paulus Apostolus* dicit, *sua quærentes, non quæ Iesu Christi; quid est sua quærentes? non Christum gratis diligentes, non Deum propter Deum quærentes, temporalia commoda sectantes, lucris inhiantes, honores ab hominibus appetentes, hęc quandò amantur à præposito, & propter hoc seruitur Deo, quisquis talis est, mercenarius est, inter filios, se non computet*; hæc Diuus Augustinus. Obseruaui æquidem ego multos Episcopos officium visitationis non impendere, procurationem tamen recipere; Hi ra pinam committunt. Prædones, non Prælati nominari digni sunt, & semper restitutioni obnoxi sunt, vltrà pœnas, quas incurrunt, in sacris Canonibus allegatis constitutas. Alios vidi visitationis officium per Vicarios explere; Verum Canones post tergà mandantes integram procurationem, ac si ipsi personaliter accessissent, exigere. Imò scio quemdam Archiepiscopum, qui non solum integram procurationem recepit, cum visitationem per Vicarium expleuit; sed etiam exigisse à Pauperrimis subditis visitatis illud plus, quod expẽdere potuisset in prãdio, si ipse Archiepiscopus personaliter accessisset. Omira res, alios vidi visitationẽ explere personaliter, recipere procurationem in pecunia, ac etiam in victualibus, hoc frequentius faciunt. Verum cum D. Ar-
75 chiepiscopus Beneuentanus hoc facere voluisset in Terra Montiscalui, nam cum procuratus fuisset in victualibus tribus continuis diebus, ac cum posteà exigere intendebat consuetam procurationem in pecunia, quam noluit soluere Capitulũ insignis Collegiatæ ibi existentis, Dominus Archiepiscopus interdicto subijecit capitulum, quod cum recursum habuisset ad Ill. ac Reu. Dominum Auditorem Cameræ, obtentisque literis remissorialibus directis meo Vicario Generali, à quo examinati fuerunt quamplurimi Testes, qui omnes deposuerunt dictum Dominum Archiepiscopum in victualibus procuratum fuisse; ideoque inter dictũ male relaxatũ, decreuit Ill. Camerę Auditor siue eius. Dominus Locũtenẽs. Similem sententiam obtinuit Terra Ferrandinæ contra Archiepiscopũ Materæ. Obseruaui quamplurimos Episcopos personaliter accedere, & non solum procurationem accipere, sed munera. Sed nõ omnia munera recipi possunt, & generaliter Canones interdicunt huiusmodi munerum receptionem. Melius enim est Canones exactè obseruare: Alios vidi accedere personaliter, sed vt fulgur, accedunt ad locum, & statim recedunt, non inquirunt, non vident, non docent populum, & sic materialiter explent, sed non formaliter, vt Canones iubent, visitationis munus, visitationem ad pompam faciunt, non ad salutem animarum, quod rectè exprobauit *Pater Oliua in l. 2. c. 2. Esdræ fol. 347.*, *& in cantica, fol. 123.* super illis verbis *egrediamur in agrum, commoremur in vineis*, ait enim non sufficit in agrum excurrisse, & repedasse illico in vrbes, in villis commorandum est, vt plenius consulatur culturæ cãporum. Quid ad hæc respondent Prælati, qui putant suo à se muneri factum satis, si semel in Diœcesim excurrerint: Alios obseruaui in vna die plures visitare Ecclesias, pluresque recipere procurationes, quod iura vetant: Ij omnes sua quærunt, non quæ Iesu Christi, visitationem faciunt, non gratia ouium, sed ad propriam crumenam implendam, subditorumque euacuandam, exactores sunt, non Pastores: Alios vero, & multos obseruaui, qui formaliter visitationem, iuxtà mentem Sacrorum Canonum adimplent, accedunt personaliter, prædicant populo, vitia detestantur, docent de necessarijs oues suas, non accipiunt munera, imò eleemosynas erogan-

Digitized by Google

gant, corrigunt Clericos, ſcandalis occurrunt, & cætera, quæ Ieſu Chriſti ſunt, dumtaxat quærunt, & ita exactè viſitationis manus expletur, vt monet *Pater Olina in Eſdr. l. 2. c. 2. fol. 366. col. 2.* Quon. Ill. ac Reuerendiſſimus Fabritius Campana Archiepiſcopus Compſanus, qui in viſitatione Populi, annunciabat Dei verbum, ſatagebat correctioni ſubditorum, multaque erogabat eleemoſynas pauperibus. Item olim Archiepiſcopus Amalphitanus Ill. ac Reuerendiſſimus Stephanus Quaranta, vir certè genere, & ingenio clarus, qui in viſitatione ſtatim ac ad locum perueniebat, facta abſolutione mortuorū, ac viſitatione ad SS., ad populum ſermonē habebat, ōnia diligenter inquirebat, & circa mores Eccleſiaſticorum, & ſcādala, ſi quæ erāt in illa Terra circa adminiſtrationem Sacramentorum, ſi rectè fiat, omnem adhibebat diligentiā, Sacramentum confirmationis, antequam adminiſtraret, in die illa explicabat populo omnia fidei rudimenta, cū præsbyteris ſæpe conferentias caſuum conſcientiæ abſoluebat, nulla munera, etiā parui momenti accipiebat: Si pauperes exiſtant, illis clementer ſuccurrebat in eorū neceſſitatibus. O bone Præſul in morte ſua, certe audiuit, euge, ſerue bone, & fidelis, quia in pauca fuiſti fidelis, ſupra multa te conſtituam, intrà in gaudium Domini tui. Item & Ill. ac R. Dominus D. Caietanus de Afflicto, olim egregius aduocatus in Sacro Regio Conſilio Neapolitano, poſtea Clericus Regularis Theatinus, demum Epiſcopus Cauenſis, hic ab omni quæſtu p. oprio totaliter alienus, gloriam Dei enixè dumtaxat quærens, ſollicitus in animarum cura, gregem ſuum verbo, & exemplo aſſiduè paſcendo corrigendo peruigil, in viſitationibus accuratus, nihil porſus recipiendo; & cæteros omitto, ne tempus in his conſumem.

Sed quæ loca viſitare debet Epiſcopus? ſatis hoc expreſſit Sacrum Triden-
76 tinum Concilium in diuerſis locis, ſiquidem *ſeſſ. 6. cap. 3. de reformat.* dat facultatem viſitandi quaſcumque perſonas ſæculares exēptas, & regulares degentes extra clauſtra, & *cap. 4. de reformatione*, ſtatuit, vt Epiſcopus capitula cathedralium, & aliarum Eccleſiarum nullis exemptionibus, conſuetudiuibus, ſententijs, concordijs obſtantibus, viſitet per ſe ipſos ſolos, vel illis, quibus ſibi videbitur, adiunctis, toties quoties opus fuerit: *in ſeſſ. 7. cap. 7. de refor-*
77 *mat.* ſtatuit, vt beneficia Eccleſiaſtica, quæ Cathedralibus, Collegiatis, ſeù alijs Eccleſijs, vel Monaſterijs, Collegijs, vel beneficijs, aut pijs locis, perpetuò vnita fuerint, ab Ordinarijs locorum ſingulis annis viſitentur, appellationibus, & exemptionibus minimè ſuffragantibus. *in eadem ſeſſ. cap. 8.* etiam
78 de reformatione ſtatuit, vt locorum Ordinarij Eccleſias quaſcumque quomodolibet exemptas authoritate Apoſtolica ſingulis annis viſitare teneātur, & opportunis iuris remedijs prouidere, vt quæ reformatione indigent, reparentur, & cura animarum, ſi quæ illis immineat, alijſque oſſequij debitis minimè defraudentur, appellationibus conſuetudinibus, etiam immemorabili tempore præſcriptis, penitus excluſis. in *ſeſſ. 14. cap. 4. de reformat.* ſtatuitur,
79 quod Epiſcopus viſitare poterit quoſcumque Clericos ſeculares exemptos, & ſi reſiderint Clericos ſeculares, qualitercumque exemptos, punire poterit, etiam extra viſitationem, tamquam ſedis Apoſtolicæ delegati, quibuſcumque
80 priuilegijs non obſtantibus. in *ſeſſ. 21. cap. 8. de reformat.* vt commendata monaſteria, etiam Abbatię. Prioratus, & Præpoſituræ, in quibus non viget regularis obſeruantia, nec non beneficia, tam curata, quam non curata, ſeculatia, & regularia qualitercumque commendata, etiam exempta, ab Epiſcopis, etiam tamquam ſedis Apoſtolicæ delegatis, annis ſingulis viſitentur, & curent Epiſcopi congruentibus remedijs, etiam per ſequeſtrationem fructuum, vt quæ renouatione indigent, reficiantur, & cura animarum, ſi qua illis immineat, vel eorum annexis imminent, rectè exercentur, nō obſtantibus, &c & ſi in eis nō viget regularis obſeruantia, prouideant Epiſcopi paternis admonitionibus, vt eorum ſuperiores Regularium,

Digitized by Google

rium iuxtà regularia instituta viuant, &c. & si negligentes fuerint superiores Regulares in visitando, vel corrigendo, intrà sex menses Episcopi poterint
81 visitare, tamquam sedis Apostolicę Delegati. in *sess.* 22. *cap.* 8. *de reformat.* statuitur quod Episcopi habeant ius visitandi hospitalia, collegia, quæcumque cõfraternitates Laicorum, non tamen quę sub immediata Regum sunt protectione, & pia loca quocumque nomine nũcupentur, etiam si cura prædictorum locorum ad laicos pertinet, & etiam si pia loca priuilegio exẽptionis sint mu-
82 nita: non obstantibus, &c. in *sess.* 20. *cap.* 9. *de reformat.* statuit sancta Synodus, vt Episcopus vicinior, seu cuius Cathedralis Ecclesia est proximior, possit Ecclesias sæculares, quæ in nullius Diœcesi esse dicuntur, visitare debeat, tamquam sedis Apostolicæ Delegatus, non obstantibus priuilegijs, & consuetudinibus quibuscumque, etiam imme-
83 morabilibus. In *sess.* 24 *cap.* 10. tollit omnes appellationes, cum agitur de visi-
84 tatione, & *cap.* 11. eiusdem sessionis dat facultatem Episcopis visitandi, & corrigendi omnes exemptos, vti sedis Apostolicæ delegatis, iuxta cap. cum cappella de priuilegijs. In *sess.* 25. *cap.* 5. de
85 Reg. Monasteria sanctimonialium exempta, quoad clausuram inuiolatè seruandam, vel restituendam Episcopis,
86 tamquam sedis Apostolicæ delegatis, subiecit. In *sess.* 25. *cap.* 11. de Regularibus statuit, quod in Monasterijs, seù domibus virorum, & mulierum, in quibus exercetur cura animarum personarum sæcularium, præter eas, quæ sunt de illorum Monasteriorũ, seù locorum familia, personæ, tàm regulares, quàm sæculares huiusmodi curam exercentes, subsint immediatè in ijs, quę ad dictam curam, & Sacramentorum administra-
87 tionem pertinent, iurisdictioni, visitationi, & correctioni Episcopi, in cuius Diœcesi sunt sita: ac in eadem *sess.* 25. *cap.* 20. etiam de regul. decernit, quod Monasteria, quæ sunt ordinum capita, visitentur à proprijs superioribus regularibus, non tamen ab Episcopis, à qui-
88 bus inferiora Monasteria visitanda sũt, iuxtà superius dicta, &c. Insuper in eadem *sess.* 21. *cap.* 6. *de reformat.* sancta Synodus innouat decretum *sess.* 6. *cap.* 4. *de reformat.* scilicet, vt in omnibus Ecclesijs Cathedralibus, & Collegiatis obseruetur, quando Episcopus visitauerit.

Post prædicta decreta S.C. Tridenti-
89 ni emanauit Constitutio S. Mem. Gregorij XV. incipit, inscrutabili Dei prouidentia, in qua circa nostram materiã innouantur decreta Sacri Concilij Tridentini cap. 5. & cap. 11. de regularibus ibi: *Nec non, vt in Monasteryjs, seù Domibus virorum, seù mulierum, quibus immineat animarum cura personarum sæcularium, præter eas, quæ sunt de illorum Monasteriorum, seù locorum familia, personæ tàm regulares, quàm sæculares huiusmodi curam exercẽtes, subsint immediatè ijs, qui ad dictam curam, & Sacramentorum administrationem pertinẽt, iurisdictioni, visitationi, & correctioni Episcopi, in cuius Diœcesi sunt sita. Itemque vt Episcopi vniuersi sub obtestatione diuini iudicij in terminatione maledictionis æternæ in omnibus Monasteryjs sibi subiectis, ordinaria verò in alijs sedis Apostolicę authoritate, clausuram sanctimonialium, vbi violata fuerit, diligenter restitui, & vbi inuiolata est, conseruari, maximè procurent, inobedientes, atque contradictores per censuras Ecclesiasticas, aliasque pœnas, quacumque appellatione postposita, compescentes, & paulò post. Verum quia experientia compertum est, Ecclesiastici regiminis rationes postulare, vt decretis eiusmodi aliquid adiũgatur, matura deliberatione nostra, & ex certa scientia, & de potestatis Apostolicæ plenitudine, hac generali, ac perpetuo valitura Constitutione, decernimus, statuimus, ac declaramus, vt deinceps tam regulares, quàm sæculares, quomodolibet exempti, siuè animarum curam personarum sæcularium, Monasteryjs, seù domibus Regularibus, aut quibusuis alijs Ecclesijs, vel beneficijs, siuè Regularibus, siuè sęcularibus incumbentem, exerceant, siuè alias Ecclesiastica Sacramenta, aut vnum ex illis, præmia Episcopi licentia, & approbatione, siuè quoquò modo in dicta curę exercitio, aut in eorumdem Sacramentorum, vel alicuius ex illis administrationi, de facto absque vlla authoritate ingerant in his, quę eiusmodi curam, seù administrationem congerunt,*

om-

Digitized by Google

omnimodę iurisdictioni, visitationi, & correctioni Diœcesani Episcopi, tamquam Sedis Apostolicæ Delegati, plene in omnibus subiaceant, hæc ibi, in qua constitut. plenariè derogatur omnibus priuilegijs quarumcumque personarum,& ordinum, etiam militarium S.Ioānis Hierosolymitani, & Societatum: hæ sunt vltimæ constitutiones, quas in hac re habemus:de iure tamen antiquo Cano-
90 num Episcopi omnia Monasteria in Diœcesi existentia visitabant, vt probant *Germonius de Sacrorum imm. lib.3. c.9. Renatus Copinus lib. 1. Monast. tit. 2.*
91 *n.12. & alij*, ac etiam tempore Innocentij III.erant multa Monasteria, quæ adhuc ab Episcopis,in quorum territorijs erant sita,visitabantur,vt clarè probatur ex textu in c. insingulis de statu Monast.*ibi,porrò Diœcesani Episcopi monasteria sibi subiecta, ita studeant reformare, vbi notat hoc expresse Gonzalez n.5. in notis*; Actamen hodie per Concilium moderatum est, & reductum, vt supra notauimus.

Quæ autem à Doctoribus sparsim circa præfata Tridentini decreta dicta sunt,hic adnotare me non piget, & singulatim de vnoquoq; decreto agemus breuiter, quantum fieri potest, etenim
92 quod actinet *ad cap. 3. sess.6. de reformatione*, in qua Episcopo conceditur facultas visitandi Clericos quoscumque intra limites suæDiœcesis existētes, & regulares extra Monasterium degentes, non obstante quocumque priuilegio. *& c.4. sess.14.* dat potestatem,non solum visitandi, sed puniendi Clericos exemptos extra visitationem,si Episcopi resederint, non obstantè quacumque exemptione,priuilegio,&c.In quantum ad Regulares degentes extra Claustra, rem à suis principijs petere oportet;
93 Etenim prisco attento statu Ecclesiæ, omnes Monaci, & Religiosi erant subiecti Episcopis Diœcesanis, quod patet primo ex Concilio Calcedonensi c.4. translato in c. qui vere 16.q.1. ibi, *Eos vero qui per Ciuitates singulas,seù possessiones in Monasterijs sunt, placet Nobis, Episcopo esse subiectos, & quieti operam dare,atque obseruare ieiunia;& in fine Canonis dicitur, conuenit vero Ciuitatis Episcopo curam,sollicitudinemque necessariam Monasterijs exhibere*. Hic Canon immutatus est aliquo modo à translatore ab eius originali, in quo habetur, *Monacos vero per vnamque Ciuitatem, aut Regionē subiectos esse Episcopo, & quietem diligere, & intentos esse tantummodo ieiunio, & orationi*. Et in eodem Concilio c.4. dicitur,quod Monaci, qui nolunt subesse Episcopo, communione priuentur, *vt legitur in Can. quidam* 18.*q.*2. Item ex Concilio Aurelianensi *p.c.*21.*in c.Abbates* 18.*q.*2.*ibi, Abbates pro humilitate Religionis in Episcoporum potestate consistant; Et si quid extrà Regulam fecerint, ab Episcopis corrigantur, qui semel in anno, in loco vbi Episcopus elegerit, accepta vocatione conueniant*. Et in Concilio Arelatensi translato *in c.Monasteria d.*18.*q.*2.*dicitur, Monasteria, vel Monacorum disciplina, ad eum pertinent Episcopum, in cuius sunt Territorio constituti: probatur etiam ex c.peruenit* 16.*q.*1.*in quo Canone rescribens Paschalis II. Victori* Episcopo Bononiēsi,de quibusdā Monacis,& Abbatibus,qui in dictaDiœcesi Bononiēsi vsurpabant iura Episcopalia,ait, *cum absque proprij Episcopi licentia, vel Sedis Apostolicæ authoritate, hoc nullatenus præsumere debēt*.Atque idem Pascalis statuit,quod Abbates, qui neque sub Episcopo, neque sub Metropolitano, neque sub Primate,neque sub Patriarca sunt, nullus prorsus Episcoporum Episcopalia quęlibet administret, cum enim se nullo Episcopo omninò subesse profiteantur, consequens est, *vt nullus Episcoporum, quæ sua sunt, eis tamquam extraneis largiatur, late probant hoc Michael Rousselet. l.4.hist.de Pontif.Iurisd.c.7. Duarenus l.1. de sacris Eccl. c.20. Azorius tom. 1.l.12. c.10.Barbosa de Iure Ecclesiastico l.2.c.12. n.21. & alleg.105.n.1. Campanilis in diuersorum rub.12.cap.13.late Emanuel Gonzalez in cap.graue de off. ordinarij*: Sed
94 non æqualiter in omnibus Regionibus hæc subiectio obseruata legitur, vt bene ponderat idem eruditus *Gonzalez loco cit.* nam in Orientali Ecclesia Monaci adeò Episcopo subdebantur, vt nullus Episcopus inscit regulam Monasticam profiteri poterat, vt statutum fuit in Niceno Concilio *1.cap.4. in*

Digitized by Google

Corullano c.40. & 41. in Ecclesia vero Africana nullus Monacus præesse poterat Monasterio, sine Episcopi consensu: in Hispania nullus Monacus præesse poterat, nisi Episcopo approbante, vt patet in Concilio Toletano 2. *cap.1.* Episcopusque præscribebat ritum officij Monacis, prò vt in *Concilio Tolet.11.* 95 *c.3.* In Gallicana vero Ecclesia Monaci, & Abbates omnimodam obedientiam, & reuerentiam Episcopis præstabant: Iuxta Concilium Aurelian.2.*c.21.* nec proficisci poterant peregrè absque literis commendatitijs Episcoporum, vt in eodem Concilio *c.13.* quare iure comuni inspecto, à lege iurisdictionis Episcoporum neque Regulares sunt exempti, nec confundenda est Diœcesana lex cum lege iurisdictionali, nam etiam Regulares in his, quæ extra regulam sunt, iure communi subiacent Iurisdictioni Episcoporum, vt ex dictis iuribus erudite *Lotterius, l.1.q.24. n.88. Tamburinus de iure Abbatuum tom. 1. disp.15.q.2.*

At postmodum, cum Episcopi Mo- 96 nacos, & Fratres sibi subiectos dire, & parum rationabiliter tractabant, vexabant, opprimebantque, atque hij à diuinis Officijs retrahebantur, inceperunt Pontifices eximere Monacos, Regulareſque eximere ab Episcoporum iurisdictione. Hæc enim fuit causa impulsiua, vt dicit *Cochier. de iurisd. in exempt. par.1.q.1, n.3. & 15.* Multi Doctores principium exemptionis tribuunt Gregorio Magno in Can. quam *ritu 5. in ordine 18.q.2. ita Gonzalez d.c.graue sub n.9.* Contrarium tamen mordicus defendit Barbosa *d.alleg.105. à n.11.* cum sequenti, & de iure *Eccl.8.l.2.c.12. n.25. Pac.Iordan.l.7. tit.14. n.5.* qui latius; & docet, quod exemptio Regularium recessit ab aula, licet postea renouata fuerit, & vide *Tamburinum de iure Abbatum tom.p. disp.15. q.12. à n.14.* At hanc 97 rē erudite tractat eruditissimus Card. Franciscus de Albitijs, vir certè, & ex omni parte Emin. in sua secunda disceptione impressa post librum tertium, de Luca *de iurisd. in 1.q. per totam*, in qua demostrat Monachismum ab initio per quinque sæcula sub Episcoporum iurisd. fuisse, & ante Gregorium Magnum ab Episcopis cępisse exemptionem, sub Gregorio tamen ampliatam, sed illam non fuisse vniuersalem, sed particularem aliquorum Monachorum Cassinensium, ac semper displicuisse D.Bernardo ac S.Francisco, Sed quicquid sit de hac re, certum est per diuersos Summos Pontifices, Monacos, cæteroſque seculares exemptos fuisse ab Episcoporum Iurisdictione, prò vt est videre in Compendio priuilegiorum Fratrum Minorum, & aliorum mendicantium. Alphonsi casa Rubios, & Patris Hieronymi à Sorbo in verbo exemptio, *& hæc exemptio fuit etiã à lege iurisdictionis*, quæ habuit ortum ex specialibus concessionibus diuersorum summorum Pontificum, vt distin- 98 guit, & loquitur bene Locterius *loco citato n.89.* verum per Sacrum Concilium Tridentinum d. exemptio in multis fuit restricta, *præsertim in cit.cap.3.sess.6*, quando scilicet Regulares degerent extra claustra Monasterij, nam ipsos visitare posse Episcopum Diocesanum, clare statuit: Item cum Regulares non viuunt in regulari obseruantia, subsunt Episcopo, quod intelligendum est eo modo, quo infra dicemus, sic etiam subsunt Ordinario Regulares, cum curam exercent personarum secularium, de qua re etiam mox infrà agemus. Ho- 99 die etiam post Bullam Innoc.X. Sanctæ M. incipit instaurandæ: Regulares illi, qui degunt in Conuētibus, seù Monasterijs constructis ante bullam Vrbani de anno 1626. & non sunt sex maturæ ætatis, & in Monasterijs, seù Conuentibus constructis post dictã bullam, & non sunt duodecim, vt patet in dicta bulla, quam infrà suo loco apponemus, cum de visitatione locorum exemptorum tractabimus, Deo permittente. 100 Item omnes illi Religiosi, qui degunt in Monasterijs suppressis per eumdem S.M.Innoc.X. & postea Religioni restitutis, prout expresse Sacra Congregatio super hijs negotijs proposita declarauit, & adsunt literæ directę meo prędecessori, recolendę mem. Fratri Ignatio Ciantes, tenoris seq. *v3.* à foris, *All' Illustre, e Molto Reuerendo Monsignore*

come

come fratello, il Vescouo di Sant' Angelo,& Bisaccia. intus, Ill.e Molto Reuerendo Mõsignore, come fratello. in virtù della Bolla di Nostro Signore, che comincia, Instauranda, in coteſta Dioceſe furono da principio soppressi, e secolarizzati, e poi per cause ragioneuoli, da Sua Santità ridotti al primo stato Regolare, e di nuouo concessi alle Religioni gl' infrascritti Conuenti cioè di Carmelitani di Monte Santo di Torella, e di Minori Conuentuali di Bisaccio, ma però da Sua Beatitudine sono stati sottoposti alla giurisdittione di V. S. come Delegato della sede Apostolica, tanto li Conuenti predetti, quanto ogn' altro non suppresso, oue effettiuamente non si mantenga il numero de' Religiosi prescritto nel decreto di Sua Sãtità publicato sotto il dì 21. del corrente mese di Febraro, il quale io hora trasmetto à V.S., qui complicato, perche sappia fin doue s'estenda la sua giurisdittione, & inuigili sopra i Religiosi de' medesimi Conuenti, per non hauerne à renderne conto alla Maestà Diuina, d'hauer trascurato la salute del Gregge cõmesso alla sua Custodia. Registri poi la presente nella sua Cancellaria, con darne auuiso. E Dio la prosperi. di Roma a' 26. di Febraro 1654. di V. S. come fratello, R. Card. Spada, P. Fagnano Segretario.

Ex qua liquet, dictos Religiosos subesse Episcopis, in cuius Diœcesi existunt, adsunt quam plurimæ declarationes circà hanc materiam, quas suo loco, vt diximus, apponemus. Nec scire permit-
101 tendum, quod cum aliqua Cathedralis deseruitur per Religiosos, vt est Ecclesia Montis Realis in Sicilia, quæ per Benedictinos inseruitur, tunc Episcopus stat loco Abbatis, seù Superioris, & habet iurisdictionem in dictos Monachos, seù Religiosos præter ea, quæ concernunt regularia statuta.

Personæ verò sęculares, quantumuis
102 exemptæ visitationi Episcoporum, in quorum Diœcesi commorantur, subiacent, vt in dictis decretis Sacri Concilij Tridentini, & *sess.24. cap.11. de reformatione*, sic Prothonotarij, Comites Palatini, Regij Cappellani subsunt visitationi Episcoporum, vt in dicto decreto cap. 11. Equites tamèn Hierosolymitani non possunt visitari, *Barbosa d. alleg. 24. sub num. 26.* Subcollectores
103 Reu. Cameræ Apostolicæ non possũt visitari ab Episcopo, *Barbosa allegat. 24 num. 28. Garsia de benef. p. 3. c. 2. n. 198. Nouar. in summa bullar. p. 2. in tit. de Subcollectoribus num. 3.* qui priuilegium hoc exemptionis retinent, etiam post finitum officium, iuxtà breue S. Mem. Vrbani Octaui die 2. Iulij 1636. quod refert *Nouar. loco cit. sub num. 5.* nisi ob aliquod delictum fuisset priuatus, nã tunc nulla exemptione gaudet: Idem *Nouar. loco cit. num. 10.* hodiè tamèn, & numerus, & exemptio talium personarum fuit restricta, iuxtà nouissimum decretum Sacræ Congregationis, annuente Sanctissimo, quod habebis in fine huius sectionis.

At quo ad ea quę vlterius disponit
104 Sacrum Concilium in *sess. 6. c. 4. de reformat.* scilicet, quod cum Episcopus visitat Capitula Cathedralium cum adiũctis, si sibi videbitur, visitabit, sciẽdum est, quod antè Concilium Tridẽtinum multa Capitula Cathedralium erant exempta à iurisdictione Episcopi, postea cum fuerint subiecta Episcopali iurisdictioni ab eodem Sacro Concilio, statuerunt Patres illi, vt Episcopus in causis canonicorum procedere debeat cum adiunctis: quare illa Capi-
105 tula habent hoc priuilegium adiunctorum, quæ prius exempta fuerunt; & sunt exempta. *Rota apud. Seraph. dec. 741. & 493. Ricc. collect. 751. & in praxi fori Eccleſiast. dec. 566. Barbos. alleg. 55. num. 5. in fine, Squill. d. par. 1. c. 3. num. 28. Tondut. in quæst. Canon. lib. 1. cap. 61. num. 2.* Sed
106 idem Concilium restrinxit, & limitauit, vt tunc *Episcopus adhibere debeat adiunctos* ex Capitulo electos, quãdo Episcopus procedere vult contra Canonicos criminalitèr extrà visitationem, vt expressè legitur in *cap. 6. sess. 25. de reformat.* ibi, *ità tamen, vt cum extrà visitationem processerit, infrascripta omnia locũ habeant*; In visitatione autem non tenetur adhibere adiunctos, vt clarè legitur
107 in dicto *cap. 4. sess. 6. de reformat.* ibi *per se ipsos solos, vel illis, quibus sibi videbitur adiunctis in visitatione Capituli Cathedralis*, quod & pluries declarauit Sacra Congregatio, latè Barbosa de *Ca-*

Digitized by Google

non.28. & de potestate Episcopi allegat.33. in princ. Fagn. in cap. iuxtà de officio ordinarij nu.37. cum sequent. Squillante loco cit. num.29. Antonellus de Regimine Ecclesię Cathedralis lib.5.cap.7.num.34. Tondutus loco cit. n.3. dubitat verò Iacobus Pi-
108 gnatellus *tomo 1.consult.60.*num Episcopus in generali visitatione solus, absque adiunctis, siuè coniudicibus, imponere possit Canonicis pœnam extraordinariam tendētem magis ad correctionem morum, quam ad punitionē, & quamuis respondēdum videatur affirmatiuè, prout pluries censuit Sacra Congregatio Concilij, pręsertim in vna Abulen. 21. Maij 1588. & in vna Astonien. id tamen ipse Pignatellus nō approbat, quia ex hoc fieret fraus Sacro Concilio danti coniudices, nam sēper ad euitandum coniudices, Episcopus ità quidem Canonicos puniret, adeò ait, erit seminarium litium in iudicando, quæ dicatur pęna, respiciēs correctionem, & quæ punitionem, & sic timoris cruciati Canonici vrgerentur, cum hoc pacto puniri possint indirectè sinè adiunctis, quod tamen abhorruit Sacrum Concilium propter solitam æmulationem inter Episcopos, & Capitula. illis tendentibus ad Monarchiā, his tuentibus authoritatem Sedis Apostolicę, id quod in politia Ecclesiastica
109 magni momenti est, hęc Pignatellus sanè vir Doctus. Attamèn hodiè indifferenter vidi, Canonicos puniri absque adiunctos; huiusmodi autem Ecclesiasticorum coniudicum, seù adiunctorum vsus, recessit ab vsu, & vt notauimus suprà, dumtaxat habet locum in illis Capitulis, quæ antè Concilium, vel exemptionem, vel concordata habebant, siuè ergo in visitatione procedat Episcopus, siuè extrà visitationem, hodie non tenetur, adiunctos, seù coniudices
110 adhibere, & si de facto Episcopus adduxerit duos Canonicos, non tamen tenetur sequi eorum Consilium, vel adhibere consensum. *Ricc. in praxi nouissima rubr. de visitat. ref.536.* etiam si ratione concordię tenetur adhibere adiunctos, vt ibidem: cum tamèn aliquod Capitulum est in hac quasi possessione, certè
111 erit manutenendum: Rota pęnes *Rub. tom.3. dec.105. & 293.*

Ad id verò idem Sacrum Concilium Tridentinum statuit *sess.7. c.7.* scilicet
112 quod curata beneficia vnita Ecclesijs, tam Cathedralibus, quam Collegiatis, Monasterijs, seù Collegijs pijs, alijs locis, singulis annis visitentur ab Ordinario loci.

Notandum est, quod Pater Cespides
113 in tractatu de exemptione Regulariū *cap.8. dub.165.n.2.* docet, quod si cura sit non in Ecclesijs vnitis Monasterio, sed in ipso Monasterio, tunc Episcopus visitat, non Monasterium, & Ecclesiam, sed dumtaxat personas exercentes curā animarum, iuxtà Tridentini decretum in *sess.25. de regularibus cap.* 11. in quo tantum personæ seculares, & regulares exercentes curam animarum, in eis, quæ curam concernunt, supponit visitationi, & iurisdictioni Episcoporum, At. benè perpendendum est Sacrum Concilium, loco cit. nam quamuis in principio loquatur de personis, attamèn postea ibidē expresè excepit Mo-
114 nasterium Cluniacense, cum suis limitibus, & exceptis etiam ijs Monasterijs, seù locis, *in quibus Abbates Generales, aut Capita ordinum sedem ordinariam principalem habent, atque alijs Monasterijs, seu domibus, in quibus Abbates, aut alij Regularium superiores iurisdictionem Episcopalem, & temporalem in Parochos, & Parochianos exercent, saluo tamen eorum Episcoporum iure, qui maiorem in prędicta loca, vel personas iurisdictionem exercent*; hinc liquidò apparet, quod
115 quamuis Concilium in principio loquutum fuerit de personis, comprehēdit tamen loca Regularium, in quibus cura exercetur, in ijs tamen, quę curā concernunt, & optima est ratio, quia cura animarum in Ecclesijs, vt plurimū exercetur, ergò Ecclesiæ etiam ipsę, quo ad hunc effectum, Episcopo subsunt, & quod Episcopus has Ecclesias visitare possit, simpliciter loquuti sunt quasi omnes Doctores, ità loquuntur *Barbosa alleg.74. num.* 18. dicens, *Monasteria quauis, seù Ecclesiæ locauè Regularium curam animarum annexam habentia, quoad ipsam curam, visitari debent ab Episcopo. Item, & persona huiusmodi curam, & Collect. decisionum Coll.728. Campanilis in di-*

uers.

Digitized by Google

uerſ.cap.rubr.12.cap.13.n.51. Riccius in praxi aurea reſol.176. & dec.736.& 608. in prima adictione, & alibi *Franciſcus Leo in theſ.fori Eccleſiaſtici p.2. c.105. Squill. de priuil. Epiſcoporum p.1.cap.3.nu.14. & 15. & par.3.cap.19. n.86.& 87. Nouarius in ſumma bullarum tit.de exemptione priuilegÿs p.1.n.3. & par.2. in princ.& nu.8. Pignatellus tom.2.conſ.26. n.28.Rota p.12 recent. dec.181.n.24.& 25.& apud Amatum Dunozett.dec.504.n.1.& 2.* & paſ-
116 ſim, & dandam eſſe manutentionem Epiſcopo in iure viſitandi Monaſteriũ, reſpectu curę animarum eidem annexæ, latè *Poſtius de manutenendo obſer.45. num. 16.* vbi citat quamplurimas *Sacræ*
117 *Rotæ deciſiones*. Dicit etiam Ceſpides, quod licèt poſſit viſitare Eccleſias vnitas Monaſterijs exemptis, non tamèn cum Eccleſiæ cognitione, & via ordinaria, quia cauſę cognitio ſemper importat citationem, quorum intereſt, ità Ceſpides *loco cit. dub.165.nu.3.* At cum omnimoda iuriſdictio concedatur Epiſcopo in Regulares ratione curæ animarum in dicta Conſtitutione Gregorij, dicendum videtur, quod cum cauſę cognitione, poſſit tunc Epiſcopus procedere. ſed de hac etiam infra.

Item adnotandum eſt, dicta decreta,
118 & Conſtitutiones comprehendere etiam Eccleſias militum S. Ioannis Hieroſolymitani, vt expreſsè deducitur ex dicta Conſtitutione Gregorij ibi, *Non obſtantibus Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, in fauorem quarumcumque perſonarum, atque ordinum, tam mendicantium, quam non mendicantium, militarium etiam S.Ioannis Hieroſolymitani.* & ante dictam Conſtitutionem Gregorij XV. emanauit Conſtitutio in forma breuis à Sanctæ memorię Pio V. incipit, *expoſuit*, in qua expreſsè hoc dici-
119 tur, ibi, *Decernimus, declaramus, ſtatuimus, omnes, & ſingulos locorum Epiſcopos, & alios ſuperiores, tamquam Apoſtolicæ ſedis Delegatos, omnes, & quaſcumque Parochiales Eccleſias, cateraq; beneficia ſuarum Ciuitatum, & Diœceſum, quibus animarum cura imminet, ad dictam Religionem, eiuſque milites, Cappellanos, Miniſtros, Rectores quomodolibet pertinentia, etiam quod in eis Epiſcopalem, & temporalem iuriſdictionem religio, & milites prædicti haberent, eorumque Eccleſias, Rectores, Vicarios, Miniſtros quoſcumque, in his tamèn dumtaxat, quę animarum curam, illiuſque exercitium, & Sacramentorum adminiſtrationem, viſitare, omneſq; actus viſitationem concernentes exercere poſſe, & debere; ac Rectores, cateroſque huiuſmodi Miniſtros curam animarũ exercentes; minùs idoneos repertos, ſi quidem ad nutum amouiles ſint, ſtatim amouere, ſin verò titulares ſint, illicò ſuſpendere, ac Superiores eorum monere, vt intrà aliquem breuem terminum in locum amotorum ſubrogent alios idoneos, prius tamen per ipſos Epiſcopos, ac alios Superiores examinatos,*
120 *ac approbatos.* Hanc eamdem Conſtitutionem confirmauit Gregor. XIII. per ſuam Conſtitutionem, incipit *Conſueuit Sedes*, ac etiam Clemens Papa VIII. per aliam bullam, quæ, incipit *Paſtoris æterni* 27. Iunij 1597. ac etiam Paulus Papa V. in Conſtitutione ſub die 1. Septembris 1605. qua de re *Barboſa de poteſtate Epiſcopi alleg.74.n.26.et in coll.deciſionum verbo viſitare Coll.728. Eraſmus à Cochier. de iuriſdict.in exemptis par.2. q.45.n.11. Volpe in praxi c.42.nu.7. Ceſpedes de exempt.regul.c.15.dub.232. num.7. Ricc.in praxi aurea reſol.176. Nouar. in ſumma bullar.p.1.rub.ſeù tit,de regularib. curam animarum habentibus,& p.2.rub.de exemptorum priuilegÿs n 5. Squillan.d.p.1 c.3.n.17. doctus Iacobus Pignatellus tom.3. conſult.57.nu.1.2.& 3. & fuſius conſult. tom.2.conſult.26. per totam, præſertim à nu.26. cum ſeq.* etiam ſi prætendunt, Ec-
121 cleſiam eſſe nullius, & adducit declarationes Sacrę Congregationis in vna Vulturanenſi 7. Ianuarij 1663. & alias declarationes Sacræ Congregationis, vide ipſum, quo fuſius, & deciſum in *Rota in Toletana iuriſdictionis 26. Martÿ 1612. coram Pirouano nu. 3. 4. & 5. apud Tamburinum dec.67. & 68.* & pluries in eadem *Toletana, præſertim dec.390. p.13. recent.* niſi tamen Religioni cõpetat ius viſitandi talia loca curata, vt in dicta *deciſ.68.n.5. quam vide*, ſed fuſius infra ſuo loco.

Hoc tamèn non procedit, cum in
122 Monaſterijs, in quibus adeſt cura animarum, eſſent capita ordinum, & ſedem ordi-

ordinariam principalem habent Generales, vt expreſſe excipiuntur hęc loca in *Trid.d.c.*11.*ſeſſ.*25.*de regularibus*, *Nouar.p.*2.*Sum.bullarum*, *rub.de exempt.priuileg.n.*21. qui affert declarationem Sacrę Congregationis,*Tambur. de Iure Abbatum tomo* 1.*diſp.*15.*q.*7. *n.*47. *Squillante d.ca.*3.*n.*14.*verſ.ex eipiũtur*,*qui limitat cum Ceſpide de exempt.regul.c.*8.*dub.*165. *n.*7.ſi tantum Monaſteria eſſent capita ordinum, non tamen in eis reſideret, ſeù degerent Generales.

Sed attenta bulla Gregorij XV. in-
123 ſcrutabili, ſecus videtur dicendum, quia in ea non excipiuntur Monaſteria, in quibus Abbates,velGenerales,& aut capita ordinum talem ſedē ordinariam principalem habent, prout exceptauit Concilium expreſſe, ſed indiſtinctè viſitationi, correctioni, & iuriſdictioni Ordinarij ſupponuntur omnia Monaſteria Regularium, in quibus exercetur cura animarum,in ijs, quæ concernunt dictam curam: vndè in hoc Gregorius reſtringere videtur Concilium. Nihil tamen certum affirmo; & quod poſſit viſitare Eccleſias annexas, ſeù vnitas
124 Monaſterijs, quæ ſunt capita ordinum, cum in eis exercetur cura animarum,idem *Ceſpides c.*15.*dub.*132. *num.*9. etiam ſi in eis ordinariam ſedem habeant, *Lezana t.*12. *in ſumma q. Regul. t.*2.*c.*3. *n.*28.*Barboſa in Collect. bullarum*, *verbo viſitare coll.* 728.*n.*5. *Squillante d. c.*3.*ſub n.*14.

Cum tamen Epiſcopus viſitat Ec-
125 cleſias Regularium, & exemptorum, quia in illis exercetur cura animarum, illa dumtaxat viſitare poterit,quæ ſunt in ordine, & habent reſpectum ad curam animarum, & adminiſtrationem Sacramentorum,nempè tabernaculum, vbi aſſeruatur Sāctiſſimum, Sacrarium, Baptiſterium, & alia ſimilia: ſecus autem quo ad alia, quæ non habent iſtam relationem, vt communiter aduertunt noſtri Doctores, qui aſſerunt,non poſſe Epiſcopum viſitare cætera altaria eiuſdem Eccleſiæ,aut Sacriſtiam, vel alia,
*Rota penes Bich.decſ.*267.*n.*3., & decla-
126 raſſe non ſemel Sacram Cōgregationem, dicunt mox citandi, ſed tantum, quæ concernunt curam animarum; ita Barboſa *alleg.*74. *num.*18. *& in Coll.deciſ.*311.728. *Tambur. de iure Abbatiſs. diſp.*16.*q.*3.*n.*13.*Squillante loco cit.Nouarius in ſumma bullarum*, *tam par.*1. *quam par.*2.*tit.de exemptorum priuilegijs*, *Campanilis in diuerſ. iuris Canonici rub.* 12. *c.*13.*n.*49.*Franciſcus Leo in Th.for. Eccleſiaſtico par.*2. *cap.*31.*n.*3. *Ceſpides de exēp. regul.c.*8. *dub.* 1656. *late Melchior Loctērius de re benef.lib.*1.*q.*24. *à n.*54. *cum ſequent. Vētriglia tom.*1.*annot.*48.*n.*85.Qui
127 etiã docent, poſſe Epiſcopum viſitare Calices,paramēta decētia,& cętera, quæ concernunt decentem adminiſtrationem Sacramentorum, & curam animarum, & optime *Pignatellus tom.*2. *Conſult.*26.*n.*29. qui ita ſcribit, neque poterit, quod excedat fines ſuę Iuriſdictionis,ſi viſitauerit Sacrarium, Cappellas, & huiuſmodi alia, dumodo id non faciat, intendendo ſimpliciter viſitare, propter ornatum Eccleſię, aut alium finem, ſed puro, ac puro intuitu curę animarum, adminiſtrationis Sacramentorum, ac celebrationis miſſarum,ex pijs diſpoſitionibus prouenientium. Ex hac enim facultate ſunt neceſſario viſitanda altaria,num habeant requiſita prò celebratione miſſarum, *c.altaria de conſecrat.diſt.*1.*& c.*1.*&* 3. *de conſecrat. Eccleſia*, veſtes Sacerdotales, Calices, aliaque Suppellettilia prò celebrandis miſſis, quę aſſeruantur in ſacrario, ſint decenti a, *c. vltimo de celebrat.Miſſ. c.vaſa de conſ.diſt.* 1. *& ad formam miſſalis Romani*,*c.*18.*&* 19.Vulgare enim eſt, quod conceſſa iuriſdictione, concedantur etiam ea, ſine quibus iuriſdictio expleri non poteſt, hæc enim omnia ſunt in ordine ad rectam adminiſtrationem Sacramentorum, & curam animarum,atque adeo tamquam media ſequitur, quod proueniant ex eadem iuriſdictione delegata, hęc, & alia Pignatellus, & ita etiam ſentit Ill. & Reuerendiſſimus D.Ioannes Baptiſta de Luca nunc meritiſſimus SS. N. Innocentij Diuina Prouidentia Papæ
128 Vndecimi Auditor,doctrina celebris, morum candore ſingularis, certe vir, vndeque conſpicuus;*in l.*3. *de iuriſd. diſcurſu* 4.*ſub n.*6. *& in diſcurſu* 3. *ſub n.*2. & affert declarationem Sacrę Congregatio-

Digitized by Google

gationis Sacri Concilij Tridentini interpetris in vna Vulturanen. de anno 1652. in qua fuit dictum potuisse, & posse Episcopum tamquam Sedis Apostolicæ legatum visitare Ecclesiam Parochialem, ac in visitatione ædere decreta in concernentibus curam animarum, administrationem Sacramentorũ, implementum oneris missarum, eiusdẽ Ecclesiæ restaurationem, erat enim Ecclesia subiecta Sanctę Religioni Hierosolymitanæ: & cum Episcopus visitat, potest sequestrare fructus, vt decẽtia,& necessaria peragantur; secus autẽ, si Ecclesia, vel sacristia indigeat reparatione. vide citatos,& *Nouar. in p.* 1. adducit declarationes Congregat. Episcopũ in vim Constitutionis Gregorij non posse visitare loca, vbi asseruatur Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum, quod intelligendum est, quando in Ecclesijs non exercetur cura animarum. Ac etiam Episcopus ratione istius curæ animarum, quæ exercetur in Ecclesijs Regularium, habet authoritatem in omnibus dependentibus, & in illis,quę in consequentiam veniunt. *Campanilis loco cit. n.* 51, *Barbosa d. alleg.* 74. *num.* 20. *Nouar. par.* 2. *bull. d. tit. de exempt. priuileg. n* 7. *Marius Antonin. variar. resol. lib.* 1. *resol.* 112. *cas.* 50.

Sic etiam independentibus à cura, seù in percipiendis emolumentis, subsunt Ordinario, & tenetur obseruare taxam præscriptam ab Episcopo, *Nouar. d.* 2. *p. n.* 15. *Cespedes dub.* 45. *n.* 9. extra tamen hunc casum exercitij curæ animarum in Ecclesijs Regularium Episcopus non potest visitare eorum Ecclesias, & domus vllo modo, nisi cum in eis non vigeret Regularis obseruantia, vt dicemus suo loco, teste *Fagnan. in cap. graue n.* 16. *de offic. Ordinarÿ num.* 6. & notandum est, quod quamuis Ecclesiæ Regularium, in quibus exercetur cura animarum, subsunt visitationi Episcoporum in concernentibus curã, attamen visitari possunt à proprijs superioribus, vt optimè idem Illustris. de Luca *d. lib.* 3. *discur.* 4. *sub n.* 4. *verf. scribens*, nam potest visitare etiam quoad curam in ordine ad ipsos ministrantes.

Non solum Ecclesias Regularium, quando in eis exercetur cura animarum visitare poterit Episcopus, verum, & ipsas personas exercentes eiusmodi curam, siuè seculares, siuè Regulares, & si deliquerint, punire poterit, nam tàm Concilium, quàm Cõstitutio Gregorij in his, quæ concernunt curã animarum, omnimodè, ne dum visitationi, sed iurisdictioni, & correctioni supponit personas exercentes talem curam, siuè seculares, siuè Regulares, & antea etiam disposuerat Bonifacius Octauus *in cap. per exemptionem de priuil. in* 6. quia ratione dictæ curę efficiuntur subditi, etiam si intra claustra deliquerint in exercitio tamen curæ, ab Episcopo puniuntur, *Nouar. p.* 1. *summ. bullar. tit. de exceptorum priuil. sub n.* 7. oportet tamẽ, vt delictum sit circa actuale exercitium curæ,& proprium Parochi officium. *Rodriquez quæst. regul.* 36. *tit.* 4. *tom.* 1. *Pignatellus tom.* 1. *consult.* 161. *n.* 15. *Barbosa alleg.* 79. *n.* 21. *Illustris de Luca post scripta visus lib.* 3. *de iurisdict. discursu* 4. *nu.* 6. ità scribit sub nomine autem concernẽtium curam animarum, & administrationẽ Sacramentorum, dicebam, & Sacra Congregatio rationabiliter admisit, venire, non solum illos actus, qui præcisè, ac immediatè id percutiãt, sed etiam alios, qui in idem mediatè influerent, circa vitam scilicet, & mores eiusdem Curati, & quæ scandalum populo præbere possent, dum ista quoque ipsã curam concernere dicuntur, ne qui sibi commissas oues corrigere debet, easque ad meliorem frugem redigere, ità scandalum, vel peccandi occasionem præbeat: si enim Episcopus visitare potest ea, quæ à dicta administratione dependent, seù in eam influunt, quomodò scilicet teneantur vestimenta,& vasa sacra, seù quomodò ipsa Sacramenta materialiter custodiantur, cum similibus, iuxtà *decis.* 167. *Seraphini cum alijs per Barbos. de Episcopo alleg.* 74. *num.* 20. *et ad Concil. sess.* 25. *de Regular. cap.* 11. *n.* 15. Multò magis ea, quæ concernunt vitã, & mores, vtpotè magis proximè in id influentia, si enim Curatus concubinã teneret, vel cum schortis publicè conuersaretur, aut in tripudijs interueniret, seù publicè, & scandalosè luderet,

ta-

Digitized by Google

tabernas frequentaret, seù armatus, aut parum decentèr vestitus, siuè de tempore baccanali personatus incederet; nemo dicet, id non præiudicare exercitio curæ animarum, & administrationi Sacramentorum ratione scandali exindè resultantis, hæc *de Luca, & discursu 17. per totum*, per Dominũ Episcopũ Aquilanum (prò quo etiam ego scripsi) vt scilicet cum Episcopo competat in Ecclesijs exemptis ius visitandi ratione
137 curæ, & administrationis Sacramentorum, vel alia ratione, posse visitare nedum Ecclesiam, sed etiam personas, tàm circa Ecclesiæ cultum, & curę exercitium, ac sacrorum administrationem, quam circa vitam, & mores, recognitiones beneficiorum, seù bullarum, aliaq; ad mentẽ S.C. Tridẽtini sub visitatione cadentia, & vtitur irrefragabili argumento, quia visitatio per Sacrum Concilium repetitis vicibus, etiam in locis, & Ecclesijs exemptis locorum Ordinarijs iniuncta, & commissa; non percutit solum Ecclesiæ materialis visitationem, sed etiam percutit finem, seù effectum, & dum scilicet, vt ipsa Ecclesia materialis cum altaribus, & cappellis decentèr restaurata, & ornata retineatur, sed vt ità tollantur abusus circa cultum, ac detegantur intrusi, & vsurpatores beneficiorum, ac bonorum Ecclesiasticorum, nec non inspiciatur, an Sacramenta, aliaque diuina benè populo administrentur, & quomodo ministrantes viuant, an scilicet populo scãdalum, vel ædificationem prębeant, hęc etiam Illustrissimus de Luca.

Qui etiam benè dicit in sexto discur-
138 su *num.* 8. Episcopum habere huiusmodi iurisdictionem in exercentes curam animarum, sed non esse ratione ipsius exercentium, sed ratione eorum, cum quibus exercetur talis cura, qui sunt oues Episcopi, pascua sumentes in Territorio Episcopi, ideoque ad eum pertinere inspicere, quomodò pascantur: quod etiam confirmauit *discursu 14. num. 4.* & latiùs in *discursu 15. n 4* vbi benè discurrit, docetque, hanc iurisdictionem à Sacro Concilio, Apostolicisque Cõstitutionibus, Episcopis tributam esse causatiuam, & in ratione passiua ipsius Populi fundata, *vide ipsũ*;
139 Et cum delinquunt in exercitio curæ animarum, siuè Regulares, siuè seculares, statim ab Episcopo puniri possunt extra visitationem; sequeretur enim absurdum, si expectare deberet Episcopus visitationem, multa enim mala orirentur, vt expresè tàm in dicto Trident. quàm in dicta Constitutione habetur, nàm dicitur in eisdem, quod omnimodæ iurisdictioni, visitationi, & correctioni Dięcesani sint suppositi. Si enim tantum in visitatione posset punire, dũtaxat visitationi eos suppositos esset, non iurisdictioni omnimodæ, & correctioni, ità *Tuscus de visitatione lib. 2. cap. 20. Nouar. d. p. 2. n. 12. Pignatellus d. to. 3. conf. 57. n. 4. & tom. 1. consult. 161. num. 2.* Sed Squillante affert declarationem Sacræ Congregationis in cõtrarium scilicet, quod Episcopus habet ius corrigendi in visitatione tantum, vt videre est ipsum *sub n. 8. in resp. ad quartum*, sed certè mihi videtur esse hoc contrà dictam Constitutionem, quæ supponit dictæ iurisdictioni Episcoporũ, sed post scripta vidi eundem Illustris. de Luca *lib. 3. de iurisd. discurs. 4. qui sub num. 2.* affert declaratum sub die 17. Decembr. 1667. in qua fuit declaratum, posse extra visitationem punire, & latius *num. 7.* probat cum eisdem rationibus nostram sententiam.

Et ità Regulares, vel seculares, quo
140 ad curam animarum Ordinario supponuntur, vt eorum punitio, & correctio in his, quæ concernunt curam animarum, ad Episcopum priuatiuè, quoad alios Regulares superiores spectet, si exercens curam animarum culpam cõmiserit, nam tam Tridentinum, quàm Gregorius omnimodę iurisdictioni Episcoporum tales exercentes curam animarum supposuerunt, ità *Nouar. loco cit. p. 2. n. 19. Ventrigl. loco cit. n. 86. Squill. de priuil. Episcop. p. 3. cap. 19. sub n. 47.* quod
141 tamen non procederet secundum cõstitutionem Leonis X. 26. §. 3. in qua cauetur, quod Regulares, qui deliquerũt in exercitio curæ, ab Episcopo tradi debeant Superioribus Regularibus, vt castigentur, secuudum quam constitutionem scripsit Tamburrinus de Iure

Abba-

Digitized by Google

Abbatum *tomo 1.disp.15.q.7.n.48.* Dicta enim constitutio Leonis moderata fuit per dictam constitutionem Gregorij, in qua omnimode Iurisdictioni Episcoporum subduntur regulares exercentes curam animarū, quoad curā ipsam &c. Sed etiam post constitutionē Gregorij, nec Episcopum esse Iudicem priuatiue, sed cumulatiue, cum proprio Superiore, defendit *Cespides de exemptio.Regularium c.8,dub.161.n.4. qui citat Bordonum resol.7.n.47.& Barbosa ad cap.11.sess.25. de regul.S.Conc.Trid.* nam licet sit concessa facultas Episcopis, tamen non censetur ablata iurisdictio proprio Superiori, quia in dubio iurisdictio censetur concessa cumulatiue, non priuatiue, vt frequentius scribunt Doctores, & admittit Sacra Rota, & ita tenet Illustris. de Luca, *l.3. de Iurisd. discurs.4. sub n.4. vers.si vero, & hac videtur probabilior.*

Hæc omnia locum habent, quando
142 personis secularibus administrantur Sacramenta, nam ratione curæ animarum Episcopo subduntur, & declarasse pluries Sacram Congregationem, *dicit Barbosa de Iure Ecclesiastico c.43.n.135.,*
& ex eo Nouarius d.par.2. tit.de exempto-
143 *rum priuilegijs n.22.* & etiam notandum est, quod quamuis electio, seu deputatio personarum, ad curam exercendam animarum, spectet ad Prælatum, seu Superiorem Ecclesiæ, in qua exercetur cura, seu ad Superiorem Religionis, attamen electi, & deputati ad dictam curam, non possunt exercere dictam curam, antequam ab Episcopo Diœcesano examinentur, & approbentur, optime *Barbosa in d. sess. 25. c.11. de regul.,& alleg.74.n.24. Nouarius d.par.2. tit. de exempt. priuilegijs n.14. & par.1. n.10. eodem tit. Tamburrinus de iure Abbatum tomo 1.disp.15.q.7.n.47. Squillante de Priuilegijs Episcoporum par.3. c.19. n.87. Ventriglia loco cit.n.83.* Cum enim Populus non est plene exemptus, institutio authorizabilis, quoad curam animarum spectat ad Episcopum *c.vnico de Capell.monach. in 6. Rota penes Tamb. decis.47.*

Aduertendum tamen est, quod *Fa-*
144 *gnanus in d. cap. graue de off. ordinarij*
nu. 25. dicit quod personas seculares exemptas, quæ exercent curam animarum, Episcopus visitat iure ordinario, *iuxta d.cap.11.sess.25.* de regularibus. Ponderaui verba Concilij loco citato, & vere ita ibi disponitur, nam ibi personæ exercentes curam animarum in ijs, quæ curam concernunt, omnimodè Iurisdictioni, correctioni, & visitationi Episcopi supponūtur; sed notaui, quod Tridentinum non solum loquitur de personis sæcularibus, sed etiam Regularibus, ibi, personæ *tam seculares, quam regulares* subsint immediate in ijs, quæ ad dictam curam pertinent, iurisdictioni, visitationi, & correctioni Episcopi, & sic Tridentinum supponit ordinariæ Iurisdictioni Episcoporum, tam seculares, quam regulares exercentes curam animarum in rebus spectantibus ad curam: Verum postea ponderaui dictam constitutionem *Gregorij XV.* in qua supponuntur seculares, & regulares in ijs, quæ concernunt curam animarum, omnimode Iurisdictioni, correctioni, ac visitationi Diœcesani Episcopi, sed tamquam Sedis Apostolicæ Delegati, vt ibi clare legitur, *ibi, in his, quæ eiusmodi curam, seu administrationem cōcernunt, omnimode iurisdictioni, visitationi, ac correctioni Diœcesani Episcopi, tamquam Sedis Delegati, plene in omnibus subiciantur*; ideo clare apparet, constitutionem Gregorij corrigere videtur Tridentinum, nam iuxta dispositionē Tridentini, in his casibus Episcopi proceduntiure ordinario: secundum vero constitutionem Gregorij, Iure Delegato.

Hanc potestatem, quam tribuit Gre-
145 gorius Episcopis in sua constitutione contra exemptos, siue seculares, siue regulares exercentes curam animarum, in Ecclesijs regularium, seu aliorum exemptorum dumtaxat competere Episcopis, & non alijs inferioribus Prælatis, etiam ordinarijs ipsorum exemptorum, & habentibus iurisdictionem quasi Episcopalem, asserit *Nouarius in sepe citata par.2.Sum.bull.dicto tit.de exēptorum priuilegijs n.20.& par.1. eodem tit.n.6. & n.37.* quia constitutio loquitur de Episcopo Diœcesano, & ita intelligendum secundum proprium si-

Digitized by Google

gnificatum, ac etiam de habente iurisdictionem Episcopalem; inferiores autem habent iurisdictionem, quasi Episcopalem, quę est diuersæ notæ, & sic declarasse Sacram Congregationem; asserit de hac re late inferius.

Post scripta vidi fortuito *Antoninum*
146 *Dianam in par. 12. tract. 2. Miscell. in resolutione* 14. in qua ponit dubium; An Episcopus possit visitare Regularem, vt Parrochum, vel Vicarium in Ecclesia Monasterij inseruientem, aut in Ecclesijs alijs parrochialibus exemptis Vicarium agentẽ, & primo refert sentẽtiam Bruni *de priuilegijs Regular. par. 1. tract. 2. c. 3. propos.* 3. qui docet neutro casu posse Episcopum regularem hunc visitare ex priuilegijs, quibus fruuntur Regulares, quibus non derogauit Concilium *in dicta sess. 25. c. 11. de regularibus*, verba eiusdem authoris ibidem adducit Diana: deinde verius esse contrarium resoluit, nempe regulares exercentes curam animarum in ijs, quæ concernunt dictam curam, Episcoporum iurisdictioni, correctioni, & visitationi subesse, citatque multos Doctores, vltra à nobis adductos, nempe *Gauantum in manuali Episcoporum verbo visitatio Episcoporum, Merolla tom. 3. disp. 7. c. 5. dub. 13. Layua in exam. Episcoporum l. 3. c. 26. n. 25. Marium Antonium lib. 1. res. 112. cas. 10. Antonium de Amatis dec. 89. Campanil. in diuers. iuris Can. rub. 12. c. 13. n. 51. Tamb. de iure Abb. tomo 1. disp. 17. q. 3. nu. 3. Veglen. in c. decernimus n. 36. de Iudicijs, Solerzanum de Iure Indiarum tomo 2. lib. 3. c. 17. n. 51.* & adducit verba Manchadi de perfect. *Confess. tom. 2. lib. 8. par. 6.*
147 *tract. 10. documento* 5. *n.* 3. & sane hæc sententia verissima est, præsertim attenta bulla Gregorij, in qua plenissime derogatur omnibus priuilegijs, & adsunt derogatoria derogatorijs, nec aliqua constitutio potest continere maiores, & prægniantiores clausulas, & derogatorias his, quæ adsunt in dicta constitutione, ita enim ibi habetur, *non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis in fauore quarumcumque personarum, atque ordinum, tam mendicantium, quam non mendicantium, militantium, etiam S. Ioannis Hierosolymitani, Congregationum, Societatum, ac cuiusuis alterius instituti, etiam necessario, & indiuidue exprimendi Monasteriorum, Conuentuum, Capitolorum, Ecclesiasticorum, & aliorum quorumcumque, tã secularium, quã regularium locorum, nec non illorum etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, statutis, vel consuetudinibus, etiam immemorabilibus, exemptionibus, quoque indultis, & priuilegijs, etiam in corpore iuris clausis, aut ex causa, & titulo oneroso, vel in limine fundationis concessis, etiam mari magno, seu bulla aurea, aut alias nuncupatis, conseruatorum deputationibus, eorumque atque alijs inhibitionibus, quibus Episcopi deferre minime teneantur, & quibusuis alijs, super quibuscumque tenoribus, & formis, atque quibusuis etiam derogatoriarum derogatorijs, alijsque efficacioribus, & insolitis clausulis, nec non irritantibus decretis, etiã motu proprio, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, aut alios quomodolibet, etiam per viam communicationis, seu extensionis, concessis, & iteratis vicibus approbatis, & innouatis, etiam si prò illorum sufficiente derogatione, de illis eorum totis, tenoribus, & formis specialis indiuidua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quauis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma seruanda esset, tenoris huiusmodi, ac si de verbo ad verbum nihil penitus amitto, ac forma in illis tradita, & obseruata inserti forent, præsentibus prò expressis habentes, quoniam ea eisdem præsentibus aduersantur specialiter, & expresse derogamus.* hæc ibi. Vnde credo, quod cum Bruno scripserit, non satis fuisse derogatum priuilegijs, & mari magno, non legerit hanc constitutionem.

Maiori dilucidatione opus esse vide-
148 tur in eo de quo agitur. in eadem *sess. 7. c. 8. de reform.*, in quo capite, vt diximus, statuitur, quod locorum Ordinarij Ecclesias quascumque, & quomodocumque exemptas, authoritate Apostolica, singulis annis visitare teneantur. Enim vero sciendum est, quod exemptionis realis triplex est gradus, secundum Locterium de re beneficiaria *lib. 1. c. 24. à n. 43. cum sequentibus.*, qui rem hanc præ cæteris dilucidat; Primus inferior,

Digitized by Google

ferior, per quem soluitur tantum subiectio, secundus medius, per quem soluitur etiam Territorium, supremus, per quem soluitur ipsa Diœcesis Episcopalis; Primus gradus exemptionis, iure communi attento, tantum liberat à lege Diœcesana, non à lege iurisdictionis, à qua liberatur exemptus iure speciali, seu ex concessione, & Priuilegio Papæ, quid enim intelligatur per legem iurisdictionis, quid per legem Diœcesanam, optime præ cęteris expli-
149 cat Emanuel Gonzalez in c. dilectus filius; de officio ordinarij, vt scilicet per legem iurisdictionis intelligatur omne id, quod spectat ad Episcopum ratione iurisdictionis, sibi à Deo tributæ, ex eo quod Episcopus est, vt scilicet iurisdictio coercitiua, morum correctio, Sacramentorum administratio, & similia: ad legem vero Diœcesanam reducitur omne id, quod habet Episcopus ex eo, quia Diœcesim habet, cuiusmodi est quarta decimarum mortuorum, Cathedraticum, Synodaticum, & similia, quæ præstat Diœcesis: hæc enim leges diuersæ sunt, vt distinguit eas: *Honorius Papa in d.c.dilectus filius, vbi omnes Canonistæ* de officio iudicis Ordinarij. Exē-
150 ptio, iure attēto communi, solum à lege Diœcesana liberat, præceteris *Merolla tom.3.disp.7.c.5.dub.3.n.29.* qui etiam explicat, quæ Diœcesana, & quę Iurisd. lex dicatur: liberat autem nunc à lege Iurisdictionis iure speciali priuilegiorum, concessorum à Romanis Pontificibus, & licet nunc etiam à lege iurisdictionis liberet, non tamen per hanc soluitur ius obedientiale, quod Episcopo debetur. *Locterius d.l.1.d.q.24.n.105.*
151 Imo secundum eumdem Doctorem non dicitur auulsa iurisdictio per exēptionem, sed dumtaxat exercitium Iurisdictionis interdictum, & ideo semper Ordinarij nomen, ac vniuersalem Iurisdictionem ordinariam in habitu retinet, vt fusius loquitur *Locterius d. q.24 à n.107.cum sequentibus*, & fuit doctrina Abbatis *in c. cum contingat de foro competenti n.18.*

Secundus exemptionis gradus, se-
152 cundum Locterium, per quem soluitur territorium Episcopi, dicitur exemptio plena, per quam etiam ius obedientiale, seu reuerentiale soluitur, iuxta decisionem *Seraphini* 1025. *Rota decis.47.n.18. panes Tamb. post 3. tomum de Iure Abbatum*; quod contingit vbicumque eximitur locus, seu Ecclesia, ne dum cum personis, verum etiam cum Populo, & Parocho, quo casu priuilegium excedit naturā simplicis exēptionis, iuxta textum *c.per exemptionem de priuilegijs in 6.* resoluendo potestatem Episcopi ad ipsam curam animarum, & tunc per necessariam consequētiam interdicitur Episcopo omnis administratio, & spiritualis, & temporalis, quod est locum exemptum pleno iure alteri submittere, iuxta *Glos. in c. Abbates, verbo, pleno iure de priuileg. in 6.* & in inferiori prælato iurisdictionem, quasi Episcopalem efformare, secundum doctrinam *Glosæ in Clem.1.* verbo proprijs de rebus Ecclesiæ non alienandis, *hęc Locterius loco cit.n.115. 116. & 117.* & sicuti subiungit Locterius,
153 vbi populus cum Parocho non eximitur, totum ius Episcopale conseruatur Episcopo in loco exempto respectu illius Populi, & Parochi, *vt in d.c. per exemptionem de priuileg.*, *vbi Glosa n.14. Rota recent.par.1. decis.324.* & consequenter retinet ius territorij, qua ratione dicitur Ordinarius generalis; & conuenit cum omnibus Ordinarijs inferioribus, Abbas in *c.cum in Ecclesiarum, de offic. Ordinarij n.9.* ita exempto loco cum Populo, & Parocho, necesse est resolui ius illud ex toto, & in consequentiam ius territoriale, *Francus in c.2. §.statuto sub n. 10. vers. sed si de cost. in 6. Seraph. decis.1258. n.4. Mantica decis.361. & 362.* sed tunc non soluitur
154 Diœcesis, nam hæc diuersa sunt, secundum eumdem Locterium, *l.1.q.23. à n.8.cum sequentibus*, nam tunc dicitur locus in Diœcesi, iuxta c. graue de officio Ordinarij, quia non est possibile fingere locum, quod non sit in alicuius Diœcesi, sed bene quod non dicitur de Diœcesi. late hæc triturat *Locterius loc. cit.d.q.24.n.118. & 119. & 120. & 121. cum sequentibus.*

Tertius exemptionis gradus, qui su-
155 premus dicitur, cum soluuntur fines

Digitized by Google

Diœceſis;& nota ſecundum Locterium, quod aliud eſt ſolui Diœceſim, aliud eius fines. nam primum impoſſibile, ſecundum poſſibile, quia nequit eſſe aliquem locum, qui non ſit in Diœceſi, *Secundum Trid. ſeſſ. 23. c. 10. de reformat.* & contingit hæc exemptio, cum locus ipſe ne dum eximitur à ſubiectione, ſed
156 etiam ab ipſa ſituatione, atque denominatione; adeo quod vlterius nequeat dici ſitus in Diœceſi: *Vitalinus in Clem. 1. n. 44. de Priuilegijs, Rota recent. par. 1. deciſ. 324. Locterius loco cit. q. 24. n. 131.* & quamuis Gloſsa in clem. vnica de foro competenti in verbo Diœceſani, dicere videtur, quod Diœceſanus omnis dici poterit, qui in aliquo loco iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem habet, quam Gloſsam ſequuntur ibi *Zab. Abbas, & alij, Rota dicta deciſ. 324. Rota in Conſtantien. iuriſdictionis 18. Maij 1611. coram Otumbergo penes Tamburrinum, tomo 3. deciſ. 55 n. 1. Tamb. de Iure Abb. tomo 1. diſp. 15. q. 9.* Attamen dicit Locterius, quod loquuntur improprie, nam proprie loquendo, inferiores Epiſcopo non poſſunt dici Diœceſani, ſed Ordinarij, *Zab. in clem. 1. n. 12. q. 8. verſ. inferiores de ſupplen. neglig. prælati*, latius *Locterius loco cit. d. q. 24. à n. 232. cum multis ſequentibus.* Sed
157 quod inferior habens Territorium ſeparatum cum iuriſd., Diœceſanus dicatur, ſæpe dixit Rota noſtra magiſtra, *Præſertim in Aſtoricen. iuriſdictionis 25. Iunij 1663. coram Beuilacqua deciſ. 99. n. 4. par. 14. recent. & apud Em. Celſum. dec. 200. n. 3. vbi alia allegantur, Gerlezon. conſil. 142. n. 29. Ciarl. cent. 67. n. 7. & t. 2. cent 219. n. 72: cum ſequentibus.*

Hæc eſt doctrina acuti Locterij,
158 attamen communiter Doctores dumtaxat diſtingunt locum exemptum, & locum nullius; verum doctrina Locterij non obſcure inſinuatur ex Trid. in loco citato per *Locterium, in ſeſſ. 23. c. 10 de reformatione*, in quo capite interdicitur Abbatibus, & alijs quibuſcumque, quantumuis exemptis, intra fines alicuius Diœceſis conſiſtentibus, etiam ſi nullius Diœceſis, vel exempti eſſe dicantur, ne in poſterum eis liceat cuiquã, qui non ſit ſubditus regularis, primam tonſuram, vel ordines minores conferre, ſed hoc liceat Epiſcopis, intra quorum Diœceſis fines exiſtunt, patet enim hinc, quod locus poteſt eſſe plenarie exemptus, ita vt dicitur etiam nullius, & tamen ſit intra fines alicuius Diœceſis: patet ergo, quod locus plenarie ſit exemptus, ne dicatur de Diœceſi, & tamen ſit intra limites Diœceſis, & ſic non ſoluitur Diœceſis per plenariam exemptionem.

Quid quid ſit de hac re, de qua fuſius
159 ſuo loco, cum de viſitatione locorum, ſeu Eccleſiarum nullius, agemus, indubitatum videtur, quod locus exemptus, & nullius, differunt, nam exemptus, licet non ſit de Diœceſi, eſt tamen in Diœceſi, nullius autẽ neque de Diœceſi dicitur: quod expreſſe probatur ex *Trid. tam d. cap. 10. quam etiam c. 18. eiuſdem ſeſſ. & c. 9. ſeſſ. 24.* clare etiam probatur ex *c. cum Epiſcopus de off. Ordin. in 6.* vbi communiter canoniſtæ, nempe *Francus n.. Geminianus n.. Abbas Panormitanus in c. cum Apoſtolica n. 3. de donatione, Federicus de Senis conſil. 2. ſub n. 4. & 7. Rota in Calaguritana iuriſdictionis 26. Iunij 1614. coram Otumbergo, penes Tambur. de iure Abba. poſt 3. tom. 46. in ordine, in Conſtantien. iuriſdictionis 18. Maij 1611. coram eodem Otumbergo penes eumdem Tamburinum 55. n. 4. & in Squilacen. iuriſdictionis 4. Martij 1616. coram Martino Andrea 69. penes eumdem Tambur. de iure Abbatum, tomo 1. diſp. 15. q. 9.*
160 *Fagnanus in c. graue de off. Ord. n. 10. Locterius loco ſupra cit.* Vnde illos Doctores, qui ſcripſerũt, loca exempta conſtituere exemptionem de perſe, improprie enim loquutos fuiſſe, intelligẽdum eſſe dixit *Rota apud Tamb. deciſ. 55. n. 7. & deciſ. 70. n. 53. par. 13. recent. Tamb. tom. 1. diſp. 15. quæſt. 9. n. 4.*

His præcognitis, ad Concilium re-
161 uertamur, dum Concilium in loco præfato mandat Epiſcopo, vt Eccleſias quocumque, & quomodolibet exemptas, in ſuo territorio exiſtentes viſitare ſingulis annis teneatur, loqui videtur Concilium de Eccleſijs ſecularibus, & non Regularibus, vt expreſſe tenet *Rodriquez tomo 1. q. 36. art. 3. cui ſententia adheret Pater Ceſpides de exempt. Regul. c. 5. dub. 233. n. 3. in fine, & Fagnanus in c.*

nullus

Digitized by Google

*nullus n.*34. *de Parochis*, vbi expresse docet dictum decretum in c.8. sess.7. locum dumtaxat sibi vendicare in Ecclesijs sęcularibus, non autem regularibus, & regulares etiam censeri illas
162 vnitas, vel dependentes à regularibus, si à regularibus in eisdē deseruiatur; nam Ecclesię Regularium à visitatione Episcoporum sunt exemptę, nec aliquo modo possunt visitari ab Episcopis, nisi sint Monasteria cōmendata, & in eis non vigeat regularis obseruantia, authoritate tamen delegata, *iuxta c.8. sess.21. de reformatione*. Duo enim copulatiue requiruntur, vt Episcopus visitare possit Ecclesias regularium, vt scilicet sint comendata, & in eis non vigeat regularis obseruantia, vt prę cęteris bene annotauit *Fagnanus in c. graue de officio ordinarij n. 16. & 17.* nam si non sint comendatæ Ecclesię, Episcopus non visitabit, etiam si regularis obseruantia in illis nō vigeat, &c. Vide *Fagnanum loco cit.* visitat tamen Episcopus Ecclesias Regularium, quando in illis exercetur cura animarum quæ curam animarum concernunt,
163 vt supra diximus; Insuper hodie stante bulla Sāctę M. Innocentij X. instaurante, & eius decreto super declarationem bullæ emanato die 10. Februarij 1654. omnia Regularium Monasteria constructa ante bullam S.M. Vrb. VIII. d. an. 1625. in quibus non degunt sex Religiosi, & in costructis post dictam bullam duodecim, atque omnia illa, quę fuerunt suppressa, & postea restituta Religioni, subiaceant Episcoporum Iurisdictioni, atque visitationi, circa quas constitutiones ortę fuerunt tempore S.M. Alexandri VII. nonnulla dubia, quę fuerunt resoluta, quę hic apponere non me tędet.

Decretum Fel. rec. Innocentij Papæ Decimi super subiectione nonnullorum Conuentuum Iurisdictioni Ordinarij loci, tanquam Sedis Apostolicæ Delegati.

Vt in paruis Regularium virorum Conuentibus à Sanctissimo Domino nostro

164 *Innocentio Papa X. in constitutione, quæ incipit, Instaurandæ, Primum suppressis, ac deinde ad ipsius constitutionis limites ob rationabiles causas in pristinum statum regularem restitutis, & ipsis Religionibus denuo concessis, piè, & religiosè viuatur, ac regularia instituta, quo exactius fieri potest, obseruentur: Sanctitas sua ex sententia Sacræ Congregationis super statu Regularium omnes, & singulos Conuentus huiusmodi sic, vt prefertur, restitutos, & concessos in litteris ab eadem Sacra Congregatione expediendis, nominatim exprimendos, ac personas tam Regulares, quam sæculares in eius degentes visitationi, correctioni, & omnimodæ iurisdictioni Ordinarij loci, tanquam super hoc à Sede Apostolica delegati, præsentis Decreti tenore plene in omnibus subiecit, ac subiectos esse declarauit, donec ipsorū reditus quousque adacti fuerint, vt in eis commode sustentari valeant, & cum effectu sustententur duodecim Religiosi ad Apostolicorum Decretorum præscriptum, idque eidem Sacræ Congregationi legitime constiterit, & eius decreto in singulis pertingentibus casibus declaratum fuerit, & non aliter. Interea vero voluit sanctitas sua, vt in eorum singulis alij debeant, & re ipsa alantur sex saltem Religiosi probatæ vitæ, ex quibus quatuor ad minus sint Sacerdotes matura ætatis: alioquin gratia restitutionis, & concessionis huiusmodi nulla sit, & inualida, & Ordinarij locorū in illis exequi possint, ac debeant ea omnia, quæ in alijs Conuentibus itidem suppressis per eamdem constitutionem ipsis demandantur: perinde ac si gratia prędictæ restitutionis, & concessionis non emanasset. Insuper quia multi Conuentus, in quibus, & si præfixus fuerit numerus Religiosorum, sufficiens ad obseruantiam regularis disciplinę, & id circo in suppressione ante dicta non fuerint comprehensi; nihilominus siue ob reditumm diminutionem, siue ob Superiorum incuriam, vel malam administrationem, siue ob carentiam Religiosorum, aut aeris intemperiem, vel quamcumque aliam ob causam prædictus numerus cum effectu in eis non aliter cum graui detrimento regularis obseruantiæ: Sanctitas sua intendens huic malo remedium adhibere, omnes, & singulos eiusmodi Conuentus, vt prefertur, non suppressos, cuiuscumque sint ordinis tam Mendican-*

dicantium, quam non Mendicantium, Congregationis, & Instituti, etiam Societatis Iesu, aut Grangiæ, seu Membrea alterius Monasterij, existentes intra fines Italiæ, & Insularum adiacentium, in quibus non alũtur saltem sex Religiosi probata vita, quorum ad minus quatuor, vt supra, sint Sacerdotes maturę ætatis, eidem visitationi, correctioni, & omnimodæ iurisdictioni Ordinarij loci similiter, vt Sedis Apostolicæ delegati, plene in omnibus præsentis pariter Decreti vigore subiectos esse statuit, decreuit, & declarauit. Cęterum quo ad Conuentus cum pauciori numero, quam duodecim Religiosorum, erectos post diem 21. Iunij 1625. & illorum subiectionem loci Ordinario, Sanctitas sua voluit in suo robore permanere Decretum San. Mem. Vrbani VIII. inssu editum, cui per præmissa aliquatenus derogari non intendit. Et prædicta omnia, & singula in præsenti decreto statuta, & ordinata voluit plenarium sortiri effectũ, & executioni mandari, non obstantibus omnibus, & singulis, quæ in antedicta constitutione voluit non obstare, cęterisque contrarijs quibuscumque. Dat. Romæ die 10. Februarij 1654.

B. Card. Spada.

Loco † sigilli.

Prosper Fagnanus S. Congr. Secr.

Anno à natiuitate D.N. Iesu Christi 1654. Indictione septima, Pontificatus autem Sanctiss. in Christo Patris, & D. N.D. Innocentij diuina Prouidentia Papæ X. die vero 21. mensis Februarij. Supradictum Decretum affixum, & publicatum fuit in Ecclesię Lateranen. ac Basilicæ Principis Apostolorum de Vrbe, nec non Cancellarię Apostolicę valuis, ac in acie Campi Floræ, & in alijs locis solitis, & consuetis Vrbis per me Petrum Paulum Desiderium Apost. Cursorem. Prò D. Mag. Curs. Ioseph Marcheratus Curs.

Declarationes Decreti Fel. rec. Innocentij Papæ Decimi super subiectione nonnullorum Conuentuum Iurisdictioni Ordinarij loci à Sacra Congregatione super statu Regularium editę, atque à San. Mem. Alexandro Papa Septimo approbatę.

POsito decreto fel. rec. Innocentij Papę Decimi super subiectione nonnullorum Conuentuum correctioni, visitationi, & omnimodæ Iurisdictioni Ordinarij loci, tanquam Sedis Apostolicæ Delegati; contingit dubitari de infrascriptis.

1. An Episcopus in Conuentibus suę Iurisdictioni subiectis possit Abbates, Priores, Guardianos, & alios Superiores locales deputare, & familiam constituere.
2. An possit Episcopus à prędictis Cõuentibus Religiosos amouere.
3. An Regulares eorumdem Conuentuum compelli possint ab Episcopo ad exhibendos libros introitus, & exitus, & reddędas rationes administrationis.
4. An Episcopus in eisdem Conuentibus se ingerere possit in his, quę regularem disciplinam concernunt.
5. An Ecclesię dictorum Conuentuũ, & Cappellæ Grangiarum, in quibus degunt conuersi prò agrorum cultura, ab Episcopo visitari possint.
6. An ipsę Grangię, & conuersi in eis degentes subsint visitationi Episcopi.
7. Qui in Ecclesijs, seu Cappellis Grãgiarum, in quibus nullus degit conuersus, an similiter subsint Episcopi visitationi.
8. An liceat Episcopo visitare Conuentus tam suppressos, & postea restitutos, quam non suppressos ad effectum cognoscendi, an in illis re ipsa alantur sex Religiosi.
9. An Episcopus visitans huiusmodi Conuentus suæ Iurisdictioni suppositos, aut personas in eis degentes, possit à visitatis procurationem exigere in victualibus, vel in pecunia.
10. An iurisdictio Ordinarijs locorum tamquam Sedis Apostolicæ Delegatis attributa in supradicto decreto competat Vicaris Generalibus Episcoporum, nec non Abbatibus, & alijs inferioribus Prælatis proprium Territorium, ac Iurisdictionem quasi Episcopalem habentibus.
11. An Prouinciales, & alios Superiores Regulares possint eiusmodi Conuentus Iurisdictioni Ordinarij subiectos, & Religiosos in illis degentes, visitare, corrigere, & punire, omnemque Iurisdictionem in eos exercere, sicut po-

Digitized by Google

poterant ante dictum Decretum.

12. Si ſuperior Regularis in cauſa prçuenerit contra ſubditum degentem in aliquo ex eiſdem Conuentibus Ordinario ſubiectis, fabricando proceſsũ, vel cum carceri mancipando, an Epiſcopus poſſit huiuſmodi cauſam reaſſumere, ac ſuperiori inhibere.

13. Si è conuerſo Epiſcopus præuenerit in cauſa contra Religioſum in tali Conuentu commorantem, an ſuperiori Regulari eo caſu liceat illũ amouere, & in alio Conuentu collocare, & ſi de facto collocauerit, an nihilominus Epiſcopus poſſit cauſam proſequi, ac Religioſum ſic amotum reuocare ad primum Conuentum.

14. Si Prouincialis, vel ſuperior localis, voluerit aliquem ex fratribus à tali Conuentu remouere, an Epiſcopus prohibere poſſit.

15. Si à Conuentu primum ſuppreſſo, ac deindè Religioni reſtituto abſint ex aliqua rationabili cauſa, & ad breue tempus, vnus, vel plures ex numero ſex Religioſorum ibi degentium, an gratia reſtitutionis ſit nulla, & Conuentus remaneat ſuppreſſus, vt prius.

16. Quid ſi à Conuentu non ſuppreſſo ſimiliter ex cauſa rationabili, & ad modicum tempus, abſit aliquis ex ſex Religioſis ibi exiſtentibus, an durante tali abſentia, Conuentus ſubiaceat iuriſdictioni Ordinarij.

17. An Religioſo illo redeũte, vel alias impleto numero ſex Religioſorum, Cõuentus recuperet priſtinam exemptionem.

18. Si gratia reſtitutionis Conuentus ſuppreſſi reddatur nulla ex eo, quod in illo ad formam Decreti cum effectu nõ alantur ſex Religioſi, & poſteà contingat, vt eiuſmodi numerus impleatur, an gratia reſtitutionis Conuentus reuiuiſcat.

19. Ad hoc, vt gratia reſtitutionis ſit nulla, & Conuentus denuò remaneat ſuppreſſus, propterea quod in eo non ſuſtententur ſex Religioſi, an debeat præcedere declaratoria Epiſcopi in præfato præuia cauſæ cognitione.

20. An ab huiuſmodi declaratoria liceat Regularibus ad Sedem Apoſtolicam appellare ad effectum tàm deuolutiuũ, quàm ſuſpenſiuum.

21. Cum ex decreti præſcripto quatuor Sacerdotes in his Conuentibus degentes debeant eſſe maturæ ętatis, quęnam dicatur ad hunc effectum ætas matura.

Sacra Congregatio ſuper ſtatu Regularium ad ſingula dubia ſuperius propoſita hunc in modum reſpondit. Videlicet.

Ad 1. Non poſſe.

Ad 2. Poſſe ex rationabili cauſa, commonito tamen prius ſuperiore Regulari, ad quem pertinet, vt eoſdem Religioſos aſſignet in alijs Conuentibus.

Ad 3. Poſſe compelli.

Ad 4. Poſſe.

Ad 5. Poſſe.

Ad 6. Subeſſe.

Ad 7. Itidem ſubeſſe.

Ad 8. Minimè licere, antequam aliunde conſtet de fundamento intẽtionis Epiſcopi in deficientia numeri conſtituti.

Ad 9. Expedire, vt Sanctiſs. Dom. noſter decernat, & declaret non licere Epiſcopo tales Conuentus viſitanti quicquam accipere procurationis nomine.

Ad 10. Competere.

Ad 11. Poſſet ſicut prius, non tamen priuatiuè ad Epiſcopum.

Ad 12. Non poſſe, niſi ex iuſta cauſa, veluti, cum videt ſuperiorem Regularem ex odio, vel amore, cupiditate, vel metu, aut ex nimia ſeueritate, vel indulgentia, quid durius, aut remiſſius conſtituere, quàm cauſa depoſcit, in quo ipſius Epiſcopi conſcientia oneratur.

Ad 13. Non licere ſuperiori Regulari Religioſum ab Epiſcopo inquiſitum à loco amoueri, & ſi amotus fuerit, poſſe Epiſcopum cauſam proſequi, & illum quibuſcumque remedijs reuocare, etiã inuocato auxilio Ordinarij, & brachio ſęculari, ſi opus fuerit, cuiuſcumque loci, in quo Religioſus ille reperiatur.

Ad 14. Non poſſe.

Ad 15. Gratiam ob id non eſſe nullam, ceſſante omni fraude, nec Conuentũ remanere ſuppreſſum.

Ad 16. Sibiacere durante abſentia.

Ad 17.

Digitized by Google

Ad 17. Recuperare.
Ad 18. Non reuiuiſcere.
Ad 19. Debere ità præcedere, nec ante declaratoriam licere Epiſcopo Conuẽtus poſſeſſionem apprehendere, aut Religioſos indè expellere.
Ad 20. Licere ad effectum deuolutiuum tantum, non autem ſuſpenſiuum.
Ad 21. Ætatem maturam dici ad hunc effectum, completo anno quadrageſimo.

Declarationes ſupraſcriptas Sãctiſſimus Dominus noſter ad ſe relatas approbauit, & ab omnibus, ad quos pertinet, obſeruari præcepit, contrarijs quibuſcumq; non obſtantibus. Datum Romæ die 17. Iulij 1655.

B. Card. Spada.

Loco † ſigilli.

Proſper Fagnan. S. Congreg. Secr.

Anno à Natiuitate D.N. Ieſu Chriſti 1655. Indictione Octaua Pontificatus Sanctiſs. in Chriſto Patris, & D. N. D. Alexandri diuina prouidentia Papa Septimi anno eius primo, die verò ſexta menſis Auguſti, ſupradictas declarationes affixas, & publicatas fuiſſe in Eccleſiæ Lateranen. & Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Vrbe, necnon Cãcellar. Apoſt. Valuis, ac in acie Campi Floræ, & in alijs locis ſolitis, & conſuetis Vrbis per me Laurẽtium Lazzonium Apoſtolicum Curſorem.

Pro D. Mag. Curſorem A. Caſtruccius.

Decretum S. M. Alexandri Septimi Epiſcopis viſitantibus paruos Regularium Conuentus ne aliquid accipiant procurationis nomine.

CVm Sacra Congregatio ſuper Statu Regularium alias conſulta, an Epiſcopus viſitans paruos Conuentus ſuæ iuriſdictioni
166 *ſuppoſitos, aut perſonas in eis degentes ad præſcriptum Decreti ſan. mem. Innocẽtij X., quod incipit, vt in paruis, poſſit à viſitatis procurationem exigere in victualibus, vel in pecunia, dixerit expedire, vt Sanctiſſimus Dominus noſter decernat, & declaret, non licere Epiſcopo tales Conuentus viſitanti quicquam accipere procurationis nomine. Sanctitas Sua Congregationis ſententia audita, eam expreſsè approbauit; noluitque licere Epiſcopis huiuſmodi Conuentus viſitãtibus aliquid accipere procurationis nomine, ſeù in pecunia, ſeù in victualibus, & ità obſeruari præcepit, non obſtantibus Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, etiã in corpore iuris clauſis, cæteriſque contrarijs quibuſcumque. Datum Romæ die 25. Iunij 1664.*

M. A. Card. Franciottus.

Loco † ſigilli.

Proſper Fagnanus Secr.

Quarè in facto mihi contingit in Terra Torellæ, in qua adeſt Conuen-
167 tus Minorum Conuentualium, qui Conuentus habet quamdam Eccleſiam Matrici Eccleſiæ coniunctam, ſub titulo Sanctæ Mariæ Gratiarum, in qua dicti Religioſi ſingulis diebus celebrãt miſſam vnam, & in aliquibus diebus ſolemniter celebrant, cum ego vellem dictam Eccleſiam, ſeù Granciam viſitare, iuxta ſupradictas declarationes, quidam Religioſus dicti Cõuentus fortiter recuſauit, nec permiſit, vt illam viſitarem, interdixi Eccleſiam præfatam; Religioſus, non obſtante interdicto, ſub prætextu, quod erat nullum, celebrauit in eadem; Accerſiui Sacram Congregationem, quæ interdictum validum declarauit, ac mihi iniunxit, vt Religioſum irregularem declarare debuiſſem, ac pœnis Canonicis plectere. Obediuerunt alij Religioſi præfati Conuentus, Eccleſiam viſitaui, de qua viſitatione publicum actum fieri curaui, iuſti attamen Rogatus à Magiſtro . . . . . à Guardia, viro vndique abſoluto, abſtinui à cæteris pœnis. Hoc enim non ſolum procedit, attentis de-
168 clarationibus, de quibus ſupra, nec hoc eſt nouum, quia de iure poteſt eſſe, quod aliquis locus, ſeù Abbas, ſiuè Prælatus ſit exemptus, & ſub ſe habeat loca, quæ non ſint exempta, & ſubſint Ordinario loci ad Teſtum Clarum in *cap. cum Cappella de priuil. vbi Cappella Ducis Buguardiæ exempta ab ordinaria iuriſdictione Epiſcopi Lingun. prætendebant Canonici præfatæ Cappellæ non ſolum exẽptionem pro ſe, ſed pro alijs Cappellis, & Eccleſijs, quæ poſſidebant in Diœceſi præfati Epiſcopi; Conſultus magnus ille vir, Innocentius Tertius, reſpondit, quo circa*

Digitized by Google

mandamus, quatenus in quantum exempti sunt eiusdem ratione Cappellæ Apostolicis priuilegijs deferas reuerenter, sed in quantum ratione Parrochialium Ecclesiarum, vel alias, iurisdictionem tuam respicere digneris, officij tui debitum in eosdem literè prosequaris: & etiam clare ex c.exore titulo de priuilegijs, vbi idem Summus Pontifex ita difiniuit; *Nos igitur his, & alijs diligenter auditis, cum à neutra parte sit probata præscriptio, sententialiter definimus; quod Euasen Cœnobium liberum est in capite, tamquam ab Episcopali Iurisdictione prorsus exemptum, & soli Romanę Ecclesiæ subiectum; tutela tamen ipsius Canturien. Archiepiscopo reseruata, in mẽbris autem, quę non probantur exempta, Dixesano Episcopo ipsum subijacere decernimus; Quid clarius desideratur Abbas Panorm.eod.c. cum Cappella in 2.& 6. & d.c. exore n.4.vbi dicit, vltimo nota, quod mẽbra Monasterij exempti non gaudent priuilegio exemptionis concesso Monasterio; sequitur Soccinus iunior in c.recepimus de priuilegijs n.6.vers.secundo, fallit nouissime Emanuel Gonzalez in dictis c. cum Cappella, & c.exore de priuilegijs, Rota pęnes Tãb. dec.47. n.17. post 3. tomum de Iure Abbatum, & decis.55.n.7.apud eumdem, sequitur Squillante d.p. 1.c.3. n.* Sicuti vt dice-
169 mus infra. Potest esse, quod Monasterium, seu locus sit in alterius Diœcesi situs intra Diœcesim alicuius Episcopi, & habeat loca existentia extra Diœcesim, ibiq; constituat Territorium separatum, respectu cuius habeat Iurisdictionem quasi Episcopalem, & cum priuilegium eximit locum ipsum, & eius membra, intelligendum est de membris vnitis ipsi principali loco, non ac-
170 cessorij; *Rota apud eundem Tambur. decis.55. n.11. & quamuis Fagnanus in d.c. nullus n.34.* de Parochis dixerit, quod Ecclesiæ Regulares censeantur etiam illæ, in quibus deseruiunt Regulares, nec possint visitari ab Episcopo *vig. de c.8.* attamen post dicta decreta emanata sub Alexandro Septimo conrarium est
171 dicendum, & quod Ecclesia sæcularis licet per Regulares deseruiatur, subiaceat Episcopo, & visitari possit, late agit *Ill. de Luca discurs.30. l.1.de Iurisd.* eum tamen Ecclesiæ actu deseruitur per sæculares, licet Regularis, habetur pro sæculari; *Rota apud Pontif. dec.189. n.9.* Post scripta peruenit ad meas ma-
173 nus quidam Opusculus Romæ impressus in anno 1671. cuius inscriptio est de Grangijs, & eorum Oratorijs, authore olim Ill.& Reu. Prospero Fagnano viro eruditissimo inter Romanę Curię Prælatos, nemini secundo; in quo opusculo, late tractatur de Grangijs, atque ostendit author, & bene, duas es-
174 se species Grangiarum, quasdam enim dicit esse Grangias stricte, & proprie sumptas, de quibus loqui Canones, cum simpliciter de Grancijs loquuntur *c.vlt. de censibus*, & petentibus de priuilegijs extr.con. de decimis inter communes, & has non esse aliud, quam domus rurales, seu prædia rustica, sub proprietate, & dominio alicuius Monasterij, in quibus non consueuisse morari Monacos, sed cõuersos prò agris colendis, nec in eis esse Ecclesiam, aut publicũ Oratorium authoritate Episcopi constructũ, sed priuata, dumtaxat ad orandum, licet ibi quandoque celebretur cum licentia Ordinarij, atque has Grancias nõ esse publica loca, nec Sacra, nec Religiosa, nec Pia, sed priuata, & temporalia, atque prophana, & in multis locis *Hispaniæ vocari rura*, in statu Romano *casalia, et prædia*, & in nostro Re-
175 gno *Massaria*: alias vero dici grancias impropie, & large sumptas, quas nihil aliud esse, quam Conuentus, seu domus Regulares, dependentes ab aliquo Monasterio principali, & latiori vocabulo vocari illius Monasterij Grancias, & harum granciarum multas fuisse suppressas à S.M.Innocentio X. multas vero non, quia habebant redditus sufficientes ad substentandos sex Religiosos, atque probat, & efficaciter Cõst. instaurandæ præfati Summi Pontificis decretum, vt in paruis, atque alias literas Circolares, non habere locum in Grancijs primæ speciei, sed loqui de Grancijs secundæ speciei, nempe de
176 istis, quæ improprie dicuntur tales, nec posse Episcopos in vim dictarum Constitutionum visitare Grancias primę speciei proprie dictas, quia illa non sunt loca publica, sed priuata, non sa-

Digitized by Google

cra, sed prophana, neque posse Episco-
177 pum visitare has Grancias, seu Oratoria priuata istarum granciarum, in quibus degunt Conuersi prò cultura agrorum, etiam si Granciæ pertineant ad Monast. seu Conuentum Iurisdictioni Episcopi subiectum, in vim decreti S. M. Innocentij X. quod incipit, vt in primis, quod latissime probat: & respondet ad omnes oppositiones, quæ fieri possunt, & potissimum ad Constitutionem præfatam Innocentij instauranda, & ad decretum, vt in paruis, in quibus Granciæ, & membra Monasterij expresse exprimuntur, & eximuntur à Iurisdictione Regularium, sublata exemptione; & Iurisdictioni Episcoporum sup-
178 ponuntur, quia Resp. Constitutionem prefatam, & decretum prædictum loqui de Grancijs secundæ speciei, nempe de prioratibus, & paruis Conuentibus vnitis alicui Monasterio principali, & ab eo dependentibus, iuxta textum c. fin. de Capellis Monacorum, qui propter vnionē prędictā largo modo dicūtur illius Granciæ cum Ecclesia, Campanili, &c. & hæc esse vera loca sacra,
179 & religiosa, & subiecta Episcoporum visitationi, nam dicit, aut fuerunt suppressa per Bullā Innocentij, & tunc subesse omnimode Iurisdictioni Ordinarij, & tunc ea visitare Episcopos iure Ord., si vero non fuerunt suppressa, & tunc iure delegato, non tamen posse
180 visitare Grancias, seu loca ruralia, de quibus non loqui præfatas Constitutiones ad aliam oppositionem, quod in declarationibus factis per Sacram Congregationem sub Alexandro Septimo ad quintum, sextum, & septimum dubium, posse scilicet Episcopū visitare Grancias, vt supra retulimus; Resp. hic author dictas declarationes esse intelligendas de Ecclesijs, & Cappellis publicis, dumtaxat, non autem de Oratorijs priuatis, quod probat ex triplici motiuo, nec intelligi de Grancijs primę speciei, & ruralibus, neque dicit absurdum vel inconueniens, quod Episcopus visitare possit Conuentum, seu Monasterium, cuius sunt Grancię (casu quo su-
181 bicitur Episcopo), & non possit membra, seu Grancias, quia inter hęc magnam esse rationem disparitatis; quia Conuentus est locus Sacer, & Religiosus cum Ecclesia Campanili, & Campanis, & sunt ibi Monachi, qui corrigi possunt, vnde nil mirum, si visitationi, & correctioni Episcopi subiaceant: at huiusmodi Granciæ, & illarum priuata Oratoria nō sunt loca Sacra, nec Religiosa, immo nec Pia, neque ibi personæ, quæ corrigi sunt, & sic non, sunt sub potestate Episcopi, nec mirum si tamquam profana ab Episcopo visitari nequeant, neque nouum in iure, vt caput, & membra diuerso censeantur, vt patet in c. exore de priuilegijs.

An autem Conuersi degentes in Grā-
182 cijs visitari possint ab Episcopo in vim Sacri Concilij *c.* 3. *sess.* 6. resoluit præfatus author, quod si loquamur de Grancijs secundæ speciei, idest in conuentibus, & prioratibus dependentibus ab aliquo Monasterio, & tunc si huiusmodi Prioratus, & Conuentus fuerunt suppressi, proculdubio Conuersos degentes in dictis Grancijs subsunt iurisdictioni Episcoporum, rationem assignat, quia tales prioratus, licet sint Granciæ alterius Monasterij; actamen in Bulla separantur ab omni superioritate, Iurisdictione, & alio quocumque Iure Regularium, & extincta regularitate, reducuntur ad statum secularem, & sic tamquam habitantes extra Claustra, visitari, puniri, & corrigi posse ab Episcopo, tamquam Sedis
183 Apostolicæ Delegato in vim dicti *c.* 3. *sess.* 6. Si vero huiusmodi Prioratus, Conuentus non sunt suppressi, tunc Cōuersos, & Monacos degentes, iure attento communi, nō posse Episcopum visitare, sed attento dicto decreto S.M. Innocētij, subijci visitationi, correctioni, & omnimodæ Iurisdictioni Episcopi tanquam Sedis Apostolicæ Delegati, sed cumulatiue cum Regularibus. In
184 Grancijs vero primæ speciei, seu mere laicalibus, Conuersos in eis commorantes, vti degentes extra Claustra nulli priuilegij tutos, quò minus si delinquerint, ab Ordinario loci visitari posse, puniri, & corrigi, quia dicta loca, seu Granciæ, non sunt loca Regularia, ita Prosper Fagnanus, qui latius hæc scribit.

In

Digitized by Google

In quantum ad Ecclesias sęculares
185 existentes intra limites Diœcesis, quacumque exemptione illę patiantur, visitare potest, & debet Episcopus, iure tamen delegato, vt expresse de his loquitur *Trid. loco cit. ita vt post Concilium*, nullum priuilegium exemptionis suffragetur generale; rationem illam cõmuniter assignant nostri Doctores, quia in generali exemptione non comprę-henditur hęc visitationis, etiam si alteri inferiori Prælato ius corrigẽdi, coercendi, & mulctandi sit concessum, nam
186 numquam censetur ademptum Episcopo ius visitandi, nisi auulsa sit Iurisdictio totalis cum Territorio, & alteri concessa iurisdictio, quasi Episcopalis cum Territorio, optime *Lotterius de re benef. l. 1. q. 24. n. 25. & sequen. Rota par. 12 recent. decis. 181. n. 2. & apud Em. Ocłobonum decis. 82. n. 16. & 17. apud Amatum Dunozettum decis. 504. apud Tambur 3. tomo decis. 55. n. 6. & decis. 67. n. 3. apud Roias decis. 218. n. 11. & 19. & n. 23. Riccius in praxi par. 4. resol. 556. Merolla tomo 3. disp. 7. cap. 5. dub. 13. Squillante de priuileg. Episcoporum par. 1. c. 3. n. 5. nouissime Fagnanus in c. graue n. 11. de officio Ordinarij, Barbosa alleg. 74. n. 6. Erasm. à Cochier de Iurisdictione in exemptos par. 2. q. 45. n. 11. & 12. Gratianus cap. 870. n. 7. Maresćoctus l. 2. c. 15. n. 25. Illustris. de Luca discursu 40. n. 5. l. 3. de Iurisd.*

Habet enim Episcopus intentionem
187 hanc fundatam, iusisque assistentiam supra omnes Ecclesias, situatas intra limites sue Diœcesis, ne dum ex iuris communis dispositione *Can. omnes Basilicę, dicitur ibi ex Concilio Aurelianensi, quæ per diuersa loca constructa sunt, vel quotidie construuntur, placuit secundum priorum Canonum regulam, vt in eius Episcopi potestate consistant: in cuius territorio posita sunt: concordant Can. decretum 10. q. 1. c. Monasteria 18. q. 2. c. quia Monasterium. c. de Xenodochijs de Religiosis domibus. c. conquerente de off. Ordinarij. c. venerabili iuncta glosa sibi, in verbo Cenomensi villa de censibus. c. cum persona de priuilegijs in 6. ibi, cum de iure communi Ordinariorum intentio sit fundata sua Iurisdictione, vt possint libere in eosdem, verum etiam in vim Sacr. Conc. in locis allegatis; Puterus decis. 462. Rota penes Amatum Dunozettum decis. 504. penes Postum. post tractatum de manutendo decis. 184. penes Duran. decis. 446. & par. 5 recent. decis. 47. par. 11. decis. 304. & par. 12. decis. 181. Rota penes Tambur. decis. 71. & in Marsicen. Iurisdictionis 29. Nouembris 1621. coram Buracto, panes Tamb. 74. in qua aliæ multę concordantes decisiones allegantur, estque decisio magistralis, & plene in Toletana exemptionis 14. Maij 1614. coram Innocentio X. penes eumdem Tamb. 53. in ordine; Rota in Beneuentana Iurisdictione coram Zarata 27. Ianuarij 1653. par. 11. recent. 304. & in Beneuentana Iurisdictionis 9 Ianuarij 1666. corã Reuilacqua 483. par. 14. recent. apud Carrillum dec. 126. & decis. 153. n. 12. par. 11. recent. apud Em. Celsum dec. 200. apud Tondutum post tractatum de pens. decis. 10. & 11. n. 4. apud Merlinum decis. 132. & 777. par. 13. recẽt. dec. 70. & 333. & alibi sępe, Felinus in c. graue n. 2. de off. Ordinarij, Fagnanus c. venerabili de censibus, Pignatellus tomo 2. consult. 26. in principio, & n. 27. Emanuel Gonzalez in c. cum dilecti filij g. 5. de Religiosis domibus.* Cuius rei optimam assignat rationem, quia cum à principio sine Episcopi licentia construi, dedicari, seu consecrari non possent Ecclesiæ *c. nemo de consecratione, dist. 1. c. quicumque 16. q. 1. c. quidam Monachorum 18. q. 2. Iustinianus Nouella 5. & 67. & 123. & 131 c. 7.* merito, ait Gonzalez, post dedicationem, & consecrationem debent manere sub Iurisdictione Episcopi, in cuius Diœcesi talia loca reperiuntur, &
188 Episcopi iurisdictio potissimum consistit in visitatione. Rota in Lucen. *Iurisdictionis 28. Maij 1663. coram Em. Cerro par. 14. recent. decis. 71. n. 1.*

Ex qua iuris communis assistentia
189 competit manutentio Episcopi visitandi omnes Ecclesias sitas in suo territorio, non exemptas iure Ordinario, exemptas vero iure Delegato, iuxta dispositionem Sacri Concilij absque eo, quod Episcopus probet suam possessionem, quia mediante iuris assistentia acquiritur quasi possessio, iuxta textum in d. c. cum personæ de priuilegijs in 6. *Grat. c. 870. & 898. Maresćoctus variarum l. 1. c. 11. n. 1. Beltarminus ad Ludouis. decis. 312.*

Digitized by Google

*cis.*312. *Ferentillus ad Buractũ, decis.*219. *Postius de manutenendo obser.*45. *n.*3. *& n.*6. *& 7. & n.*15. qui ibi loquitur in subiecta materia visitationis in exemptas Ecclesias, sitas in Territorio, ibique allegat quamplurimas *Rotæ decisiones*; *Rota in Calaguritano Iurisdictionis de Nagera* 6. *Iulij* 1611. *coram Ottumbergo, & in eadem* 22. *Maij* 1615. *coram Vbaldo, & in Constantien. Iurisdictionis* 16. *Nouembris* 1607. *cum Ottembergo, & in Sypontina Iurisdictionis*, 24. *Maij* 1613. *coram Sacrato, omnes penes Tamburinum post.*3. *tom. de Iure Abbatum, decis.*49. 50. *n.*54. *& 63. Rota decis.*64. *&* 184. *& decis.*332. *penes Postium, &* 491. *par.*1. *recent. & decis.*313 *n.*15. *&* 17. *par.*4. *recent. & decis.*128. *n.*4. *par.*11. *recentiorum, Rota in Brixien. Iurisdictionis* 11. *Aprilis* 1639. *coram Carillo penes ipsum* 126. *& decis.*3. *apud eumdem, & decis.*153. *par.*11. *recent. & penes Tondutum post tractatum de pens. dec.*10. *n.*6. *& dec.*70. *n.*20. *&* 221. *n.*2. *&* 333. *nu.*1. *par.*13. *recent. &* 330. *&* 340. *par.*15. *&* 227. *par.*16. *recent. apud Duran. dec.*226. *& alibi sæpe Add. ad Buractum decis.*219. *& ad decis.*240. *penes Gugl. Dunalz. decis.*309. *Pignatellus loco cit. consul.* 26. *n.*28. Quę decisiones, & Doctores fere
190 omnes loquuntur in punto; quia in iurisdictionalibus ex sola iuris assistentia datur manutensio, quia habens hanc, habet liquidam probationem, *Rodolph. in praxi par.*2. *c.*12. *nu.*143. *Marescott. l.*1. *c.*11. *n.*5. *Antonellus de loco legali l.*1. *c.*3. *n.*243. *Beltram. ad Ludouis. decis.*312. *n.*4. *Rota decis.*105. *n.*3. *vbi alia allegantur par.*11. *recent.* Et eo magis
191 cum concurrit possessio ex parte Episcopi, nam assistentia iuris simul cum possessione rem indubitabilem constituit; *Rota recentiorum par.*4. *decis.*126. *& dicta decis.*63. *n.*4. *penes Tamburin. & decis.*58. *penes eumdem*, & ita habetur in fere omnibus citatis decisionibus S. Rotę; *Postius loco cit. obser.*45. *n.*9.

Et ita in facto ego obtinui in Sacra
192 Rota Romana contra tunc Em. Cardinalem Sabellium, Archiepiscopum Salernitanum, prò Domino Archiepiscopo Amalphetano. Habet enim Archiepiscopus Salernitanus quamdam Abbatiam Sanctæ Marię de Erchia nũcupatam, vnitam mensæ Salernitanæ, sitam in Lictore maris, inter Terram Maioris, & Oppidum Cythariæ, & tam Terra Maioris, quam oppidum Cythariæ est Diœcesis Amalphitanæ, & sic intra limites Diœcesis Amalphitanæ prætendebant Canonici Salernitani in die Assumptionis Beatæ Mariæ Virginis celebrare cum mitris in dicta Ecclesia, seu Abbatia, exercereque alios Iurisdictionis actus; neque posse Archiepiscopum Amalphitanum dictam Ecclesiam visitare Introduxi litem in Sacra Rota, à qua expedita fuit inhibitio, quod lite pendente, nihil innouassent Canonici præfati, ac concessa compulsoria prò extrahendis scripturis ab Archiuio Amalphetano, & remissoria prò examinandis Testibus, ad finem probandi situationem dictæ Abbatiæ, intra fines Diœcesis Amalfitanę, interim Domini Canonici Salernitani de facto, non obstante inhibitione, celebrare in eodem die ausifuerũt, quod nullo modo facere poterant, quia inhibitio expresse erat contra ipsos, sic contra expressum mandatum, & actus gesti post inhibitionem Rotalem sunt nulli, & attentati, quia
193 inhibitio, siue iusta, siue iniusta, est timenda, *Rota par.*11. *recent. decis.*132. & reddit actus nullos, etiam licitos, *Lan-*
194 *cell. de attentatis post inhibit. ampl. par. Rota d. dec.*132. *n.*12. *vbi alię allegantur*; Quod cum ad notitiam Domini Archiepiscopi, Capituli, & Ciuitatis Amalphæ hoc deuenisset, resoluerunt, Dominum Archiepiscopum occasione visitationis Oppidi Cethariæ imminentis debere quoque in transitu visitare dictam Abbatiam Erchiæ, & sic continuare possessionem. Ego dicebam, quod licet hęc facere poterat Dominus Archiepiscopus, eo quia, qui continuat,
195 non attentat; *iuxta Doctrinam omnium D. Doctorum*, nec comprehendebatur Archiepiscopus Amalphitanus in inhibitione, quia ex parte eius erat expedita contra Canonicos Salernitanos, attamen consulebam, dictam visitationem; etiam Terrę Cetharię, vel saltem dictę Abbadię suspendendam esse. Nec per dictam suspensionem aliquod prę-
iudicium fieri Iurisdictioni D. Archie-
piscopi

piſcopi Amalphitani, tritum enim eſt, quod ſicut actus, qui fiũt poſt litẽ motã, non iuuant, nec tribuunt aliquam Iu-
196 riſdictionem, vt ſæpe ſæpius Sacra Rota noſtra magiſtra, & præſertim in *Piſien. Iuriſdictionis 24. Martij 1651. Coram Em. Olim Corado par. 11. recent. deciſ. 128. n. 14. & deciſ. 391. n. 17. & 18. par. 13. recent. Illuſtriſs. de Luca l. 3. de Iuriſd. diſcurſ. 12. nu. 2. & nouiſſime Rota*
197 *dec. 219. n. 27. par. 16. recent.* & actus qui ſunt in cauſa, ex quibus lis mouetur, non attenduntur, cum attendendus ſit ſtatutus rei ante litem motam, ſeu tempore litis; *Rota apud Peutiger deciſ. 242. n. 8. & par. 11. recent. deciſ. 214. n. 10. & 380. n. 19.* ita abſtinentia, ab
198 actibus, lite pendente, nec præiudicat in aliquo; Attamen D. Archiepiſcopus impulſus, & quas coactus à dignitatibus, & Canonicis, atque à Nobilibus dictæ Ciuitatis, qui rem politice, & non ſecundum iuris tramites cernebant, deliberauit accedere ad dictam viſitationem Cethariæ, & Erchiæ, pro vt de facto die Sabato 17. Auguſti anni 1653. (ni memoria me fallit) acceſſit, & antequam peruenirent ad oppidum Cetharię, peruenit ad Lictus dictæ Abbatiæ Erachię, e Cymba deſcendit, acceſſitque ad Eccleſiam, quam clauſam inuenit, verum aperta à Fratre Antonino Siculo Carmelita Montis Sancti, viſitauit Eccleſiam, verum bonus Frater (omne malum à malis Fratribus) ſtatim petijt Salernum, remque alio modo narrauit Salernitanis Canonicis, ac certiorem fecit Em. tunc Cardinalem, qui Neapoli commorabatur. Die Dominica immediate ſequenti D. Dominicus Gaeta, qui tunc erat Vicarius generalis ſimul cum D. Ottauio de Palma, Auditore illius Regiæ Audientię, cum multis militibus Campanię venit ad dictam Abbatiam, & reliquit quaſi omnes milites Cetharię, qui circum dederunt Conuentum S. Franciſci Minorum de obſeruantia, in quo Dominus Archiepiſcopus, & Ego degebamus: & cum ianitor Monaſterij dictis militibus dixiſſet, quid volebant, & quod ibi non erant banditi, ſed dũtaxat Archiepiſcopus, & Vicarius Amalphetanus, reſponderunt, hos velle; & quamuis homines noſtrę familię voluiſſent nos defendere armis, quas penes ipſos habebant, nolui, & eas ab illis abſtuli; feci tamen illico compilari proceſſum, & Dominus Archiepiſcopus pro violentia illata excomunicauit aggreſſores, & mandantes. D. Vicarius Salernitanus fecit proceſſum, & quaſi mente captus auſus fuit contra Dominum Archiepiſcopum, & me cedulones relaxare pro turbata Iuriſdictione. Re Romam delata, S.M. Innocentius X. Vicarium Salernitanum Romam accedere iuſſit, qui ibi permanſit vſque ad aſſumptionem Alexandri Septimi ad tronum Apoſtolicum, qui cum conſenſu Domini Archiepiſcopi, Romę tunc exiſtentis, gratiam redeundi fecit eidem Vicario, & Sacra Rota Romana ſententiam ad fauorẽ D. Archiepiſcopi Amalphetani protulit, cõceſſitque mãdatum de manutenendo viſitandi, & exercendi cæteros actus Iuriſdictionales, nempe approbandi confeſſarios, atque computa dictæ Eccleſiæ videndi, de quibus etiam erat in quaſi poſſeſſione, iuxta doctrinas ſupra allegatas. Deciſio eſt coram R.P.D. Albergato, nunc Decano, in qua omnes authoritates cumulate allegantur. Scripſit egregie pro Domino Archiepiſcopo Amalphetano Illuſtriſs. de Luca, tunc inter Primarios Curię Aduocatos, *et habetur allegatio l. 3. Iuriſd. diſcurſu* 21. Di-
199 ſcant hinc Prælati Eccleſiaſtici Iuriſdictionem, iuribus, non armorum factis, tuere, nam Eccleſia Dei non eſt tuenda more Caſtrorum. Semper enim animo fixum habui facta, & violentias deſeruire potius ad perdendam, quam ad cauſam lucrandam, aduerſarijs meis dedi manus ad violentiam, & ad facta facienda, violentias ſubſtuli libenter, & victor ſemper euaſi, diuerſum eſt bellum à iudicio, in hoc obtinet, qui validioribus iuribus fulcitur; in illo, qui fortioribus vtitur armis: legibus in iudicio, armis in bello certatur.

Adeo verum eſt, quod Epiſcopus
200 quaſcumque Eccleſias ſitas in propriæ Diœceſis fines viſitare poteſt, ſiue ſubiectas, ſiue exemptas, ex iuris aſſiſten-

ſtentia, quam etiam in has habet vigore Concilij (iure tamen Delegato), vt ſi allegatur ſpeciale priuilegium aduerſus viſitationem, ſiue exemptionis, non per hanc priuilegij allegationem, ſiue exhibitionem, Epiſcopus debet abſtineri, vel priuari iure viſitandi. ſed priuilegium debet diligenter perpendi, atque diſcuti, pendenteque tali diſcuſſione, iure optimo viſitare debebit, & iure ſuo fungi; allegatio enim, exhibitioque priuilegij petitorium concernit, quo non poteſt impediri Epiſcopus, quin iure ſuo fungatur, ob iuris aſſiſtentiam in poſſeſſorio. ad textum Clarum in *c. cum perſonę de priuilegijs*
201 *in 6.* in fine, qui teſtus emanauit ad fauorem ordinariæ Iuriſdictionis, vt patet ex principio dicti Textus: & ſi allegantes priuilegium per ſolam allegationem, & priuilegij exhibitionem, antequam de illius iuribus cognoſcatur, libenter ab exercitio Iuriſdictionis Epiſcopus ſuſpenderetur teſtus, emanaſſet ad fauorem exemptorum, adſunt plures Rotę deciſiones in puncto, *præſertim in Toletana Iuriſdictionis* 14. *Maij* 1614. *coram S.M. Innocentio X. tunc Sacræ Rotæ Auditore, in qua decretum fuit*, non eſſe Domino Archiepiſcopo Toletano, quia habebat de iure communi intentionem fundatam; quoad ius viſitandi omnes Eccleſias ſuę Diœceſis; ideoq; exercitio ſuæ Iuriſdictionis ad inſtantiam vniuerſitatis Cõphetenſis, prætendentis p iuilegium, impediri non debebat, niſi eius exibere, & diligenter diſcuſſo, iuxta textum in *c. cum perſona de priuilegijs in 6.* & præſertim poſt Tridentinum, quo ſublata ſunt priuilegia, deciſio habetur in varijs locis, præſertim poſt *Tamburrinum loco cit. deciſ.* 53. *in ordine*; *Item in Syponti na Iuriſdictionis* 24. *Maij* 1613. *coram*
202 *Em. Cardinali Sacrato n.* 8. *fuit dictum*, quod ad euitandam manutentionẽ Ordinarij, non ſufficit exibitio priuilegij, niſi alterius adſit quaſi poſſeſſio exemptionis, vt habetur *c. cum perſona de priuileg. in 6.* ibi; *quia de priuilegio faciunt fidem in litertatis, vel exemptionis poſſeſſione non violenta, non clandeſtina, non conceſſa precario, de qua ſi fidem verã eiſdem fecerint, non turbentur, & quod ſola exhibitio Priuilegij non impediat manutentionem Ordinario*, & allegatur ibi deciſio in cauſa Carthaginen. decimarum 25. Iunij 1590. coram Egyptio; ibi etiam reprobatur gloſa in d.c. cum perſonę, in verbo turbantur, quæ dicit, quod ſola exibitio priuilegij ſufficiat ad impediendum exercitium Iuriſdi-
203 ctionis Ordinario, nam dicit Rota, quod loquitur contra regulas, & quod iſte ſit communis intellectus illius teſtus *in c.d.c. cum perſona, nempe Lapi n.* 4. *verſ. & hoc videtur. Anch. n.* 6. *verſ. hoc tamen, Gem. in § ſi vero, Franc. n.* 3. *& hoc procedit, hęc, et alia in d. deciſ. quæ penes Tambur.* 63. *et eſt Magiſtralis*: In Toletana, ſeu nullius Iuriſdictionis 26. Mar-
204 tij 1612. coram Pirouano, fuit dictum, inhibitionem eſſe moderandam, quia cum Illuſtriſſimus Archiepiſcopus Toletanus de iure communi habeat facultatem viſitandi omnes Eccleſias exiſtentes intra fines ſuæ Diœceſis, *ex r. conquerente de off. Ord. donec agnoſcatur*, an aliquę Eccleſiæ, vel loca ſint exempta, vel nullius, non eſſe incipiendum ab inhibitione ſine cognitione cauſæ *c. cum perſonę, de priuilegijs in 6. c. conſtitutus de Religioſis domibus capit aquẽ deciſ.* 201. *par.* 1. quod etiam fuit firmatum in cauſa Calaguritana Iuriſdictionis 1. Iulij 1605. *quia omnis hæſitatio fuit ſublata, ait ibi Sacra Rota, in materia viſita-*
205 *tionis per Sacrum Concilium Trid. cap.* 8. *ſeſſ.* 7. *& c.* 8. *de reformatione ſeſſ.* 21. *vbi derogatur quibuſcumque exemptionibus, & iudicium inhibitionibus; et datur facultas Epiſcopis viſitandi, tamquam Sedis Apoſt. Delegatis, et ideo Sereniſſimus Princeps Filibertus, quam vis prætendat loca ſui Prioratus Caſtellæ eſſe exempta, ſeu nullius, effugere non poteſt viſitationem Illuſtriſſ. Archiepiſcopi Toletani, vti vicinioris, cui eadem facultas per Sacrum Concilium c.* 9. *ſeſſ.* 24. *de reformat. attributa fuit, &c.* Ibique etiam reſpondetur ad priuilegium Clem. 7. per quod conceditur exemptio locis Religionis S. Ioannis Hieroſolymitani, etiam à viſitatione, quia fuit dictũ, comprehẽſum eſſe ſub derogatione Conubij *d.c.* 8. *& ſeſſ.* 12. *c.* 8. quæ loquitur de locis exemptis, & eadem dero-

gatio

Digitized by Google

gatio habetur in his, quæ sunt nullius. c.9.*sess.*24. & est sermo generalis, ibi, *Quibuscumque priuilegijs non obstantibus, cõprahendens quascumq; personas quãtumuis priuilegiatas*, hæc, & alia ibi,& habetur post *dictum* 13. *tomum Tamburin. dec.*67. quæ etiam decisio fuit confirmata die 4.Decembris 1613.coram eodem, etiam fuit dictum, quod an ali-
206 qua loca compræhenduntur, vel non compræhenduntur sub decretis Concilij, vigorè priuilegiorum, respicit petitorium,& donec cognoscatur,Episcopus non est priuandus iure visitandi, habetur decisio penes eumdem *Tambur.* 68. in ordine, & pluries in Sacra Rota proposita hęc causa Toletanæ Iurisdictionis,semper ad fauorem Domini Archiepiscopi contra magnum Priorem resolutum,vt videre est *dec.*70.221.333 334.390. & 391.*par.*13. *recent.* & quod non sit inhibendum Episcopo sub prætextu priuilegij exemptionis,sed illum esse manutenendum in possessione visitandi,& exercend iurisdictionem plu-
207 ries etiam Sacra Rota, præsertim in *Brixien. iurisdictionis* 11. *Aprilis* 1639, *coram Carillo, apud eundem decis.*126. *Rota apud Pacificum post tractatum de Saluiano dec.*42. *Rota penes Rub.tom.*3.*sect.*260. fuit doctrina *Ancharani in c. cum persone in* 12. *notab.n.6.de priuil. in 6.*

Contra has vero decisiones videtur
208 alia decisio Sacræ Rotæ Romanæ in Theatin. seù nullius iurisdictionis *de Bucclanico* 23.*Iunij* 1614. *Coram Coccino*, in qua decisione fuit dictum, assistentiã iuris non solum non suffragari Archiepiscopo Theatino ad obtinendam manutentionem pro visitatione loci de Bucclanico, quia ex aduerso fuit productum priuilegium exemptionis dictæ Abbatiæ de Bucclanico Alex.III.& Alex.IV. in quibus dicta Abbatia suscipitur sub protectione Sancti Petri, & cum ostenditur priuilegiũ,nõ suffraga-
209 tur assistẽtia per text.in *d.cap.cum personæ*, sed nota, quod in hac decisione, priuilegium erat clarum, nec discussione indigebat, & sic procedit etiam decisio Sacrę Rotæ *penes Burattum* 140. in qua dictum fuit, quod ex quo nullũ exhibitum fuit priuilegium ex parte inferioris,fuit data manutentio Episcopo Sulmonen. neque etiam obstat *decisio penes Eminen. Celsum* 200. quia in eo
210 casu clarè apparuit, quod per priuilegium oppidi Villefranchæ erat constitutus ille locus extrà Diœcesem, & effectus territorium separatum, ac Abbas dicti oppidi erat in possessione iurisdictionis in dicto oppido, vt dicitur *in dicta dec.num.*7. quod fortius fuit, & ita loquitur *dec.*70.*nu.*25.*par.*11. *recent.*
211 alias verò, & regulariter loquendo ex sola iuris assistentia conceditur manutentio Episcopo, etiam si allegatur exemptionis priuilegium, vel titulus, nam donec disputatur de eius releuantia,Episcopus manutenẽdus, nec ei inhibendum sub hoc prætextu, vt fusius probat *Postius de manutenen.obser.*45.*nu.* 13.*et* 14. *Maranta par.*3.*resp.*81.*Francesc. cap.*30.*num.*249. *Beltraminus ad Ludouisium dec.*312.*Antonellus de loco legali lib.* 1. *cap.*133.*num.*244.

Cæterum autem est, quando cum priuilegio adest quasi possessio inferio-
212 ris exemptionis à visitatione,tũc Episcopus non potest visitare, & conceditur manutentio super libertate exemptionis per textum Clarum *in d. cap. cum personę*, ibi, *exemptionis possessione non violenta, non Clandestina, nec concessa precario, de qua fidem veram eisdem fecerint non turbentur, vbi Ancharanus in* 11 *notabili n.6. Marescottus variarum lib.* 1. *cap.*11. *num.*21. *Postius de manutenendo obser.*45. *num.*17.*& notatum fuit per illos Patres in dicta decis.*63.*num.*8.*& 9.et dicta dec.*68. cũ enim inferior est in quasi
213 possessione, tunc non prodest Episcopo iuris assistentia, & non ei, sed inferiori probanti suam possessionem datur manutentio, *Rota in Aprutina iurisdictionis* 15. *Iunij* 1606. *coram Pamphilio penes eumdem Tambur.dec.*51. *Rota par.*5. *recent.to.*2.*dec.*546. *& dec.* 566. *Francesc. de Eccles.Cathol.c.*306. *n.*245. *Ferentillus ad Burattum dec.*140.*n.*4.fuit hęc doctrina Geminiani *in d. cap.cum personæ de priuil.in 6. in* 5. *notab.& Abbatis Panormitani in cap.*1. *vt lite penden.nu.*4. *in* 3. *notabili*, vbi sic docet *nota* 3. *quod pendente lite super validitate priuilegij, seù an fuerit priuilegium concessum, vel non priuari,*

Digitized by Google

uari, quis non debet, vel interdici vſu poſſeſſionis, vel quaſi, etiam ſi poſſeſſio ſit contraius, & hoc vltimum eſt notandum, & vide teſtum optimum huic concord. de priuil. cum perſona lib. 6. Spada conſil. 131. to. 2. Antonellus de loco legali lib. 1. c. 3. n. 246 vt 247. & inferiorem deberi manuteneri, cum ipſe reperitur in quaſi poſſeſſione, nec Epiſcopo tunc prodeſſe iuris aſſiſtentia, ſemper tenuit Rota non ſolum in deciſionibus allegatis, ſed etiam *apud Durādum dec. 226. n. 6. apud Penting. dec. 480. num. 8. et 9.* quæ eſt in punto in materia viſitationis, & apud eumdem *dec. 6.* & magiſtralis in hac eadem materia eſt deciſio apud Coccinum *dec. 1054* & alibi ſæpè, & allegatis etiam *adde Oliuer. dec. 312. Ludoniſ.* Generale enim,
214 quod quando adeſt titulus, ſeù priuilegium, vel præſcriptio cum poſſeſſione, non iuuat iuris aſſiſtentia, nec qui habet aſſiſtentiam, ſed qui titulum cum poſſeſſione, vel præſcriptione, manutenendus eſt, ideo qui poſſeſſionem habet, ſemper venit manutenendus, vt latè *Poſthius obſer. 45. à num. 22. cum ſequent. Spada loco cit. d. conſ. 131. n. 2. Rodulph. in praxi p. 2. c. 12. n. 147. Ferentillus ad Burattum dec. 827. & ad dec. 140.* niſi poſſeſ-
215 ſio eſſet infecta decreto irritanti, *Rota penes Tamb. dec. 60. in fine, Poſthius*, qui plenius loco citato: vel ſi poſſeſſio infe-
216 rioris eſſet turbida, quia probantur etiam actus iuriſdictionales ex parte Epiſcopi, tunc quia eſſet irreuelās poſſeſſio inferioris, non ſufficeret ad manutentionem, *Rota dec. 302. n. 2. p. 1. recēt. et apud Royas dec. 211. num. 3.* ſicuti cum
217 exemptio redditur turbida, donec diſcutiatur de eius viribus, non datur manutentio inferiori, ſed Epiſcopo propter iuris aſſiſtentiam, & eo magis ſi cū ea concurrit poſſeſſio, Rota apud *Poſth. de manutenendo dec. 157. n. 5. et in d. dec. 211. num. 8. penes Royas*: Excluſa verò
218 poſſeſſione inferioris, cum obijcitur exceptio exemptionis, ad petitorium reijcitur, quia manutentio pendet à poſſeſſione, exemptio verò à priuilegio, vt optimè diſcurrit Sacra Rota penes *Eminen. Ottobonum virum vndique conſpicuum dec. 185. num. 7. & 8.* & notauit ante me *Franceſ. de Eccleſia Cathedrali cap. 30. num. 245.* Non deſinam hic ad-
219 notare, quod ſcribit *Cocchier. de iuriſdictione in exemptos p. 2. q. 25.* quod tunc exemptus venit manutenendus, quando allegat titulum, ſeù priuilegium vnitum cum poſſeſſione, vel præſcriptione, nam, & iam ſi non foret ſufficiēs probatio, tamen, lite pendente, non eſt priuatus commodo ſuę poſſeſſionis; ſecus autem ſi præſcriptionem dumtaxat allegaret, reddit rationem diſparitatis, quia priuilegium fauorabile eſt, præſcriptio verò odioſa, nam pendente lite ſuper præſcriptione, Ordinarius nō priuatur iure ſuo, citat *Gaill. lib. 1 obſeruat. 144. num. 10. & alios*, & ita quoque ſentit *Franceſ. loco cit. num. 249.* Sed ad-
220 uertè, quod nec ſolum priuilegium, vt diximus, nec ſola præſcriptio iuuat ad manutentionem inferioris, ſed cum poſſeſſio iuncta eſt, vel præſcriptione, vel priuilegio, *Antonellus loco cit. d. num. 247. Oliuerius ad dictam deciſioncm Ludouiſij 312. Mareſc. d. c. 11. n. 5.* & punctualis eſt deciſio *par. 1. recent.* ſeù apud *Farinac. p. 1. tom. 2. dec. 491. n. 5. & 6.* et apud *Royas dec. 211. n. 9. ad textum in dicto c. cum perſona de priuil. in 6. in §. penultimo*, vbi notant *Io: Andr. n. 6. Gemin. num. 41. verſ. nota, quod pendente lite, Francus num. 2. Rota apud Poſthium dec. 197.* & poſſeſſio debet eſſe temporis cō-
221 ſiderabilis, ſeù longeua vltra decennium, *Ferentillus ad Burattam dec. 140 ſub num. 5. Poſth. obſer. 45. n. 22. Antonellus de loco legali p. 1. c. 3. à n. 246.* qui docet etiam ſufficere, ſi non excedat decēnium, *Maraſc. lib. 1. cap. 11. nn. 20. Poſth. loco citato num. 26. et Rota apud eumdem dec. 194.*

Hęc tamen quaſi poſſeſſio exemptio-
222 nis à viſitatione non acquiritur ſolū ex eo, quod non appareat viſitaſſe, vel alias iuriſdictionem exercuiſſe, niſi probatum fuerit, quod venerit caſus viſitandi, vel exercendi iuriſdictionē, & fuerit repulſus, & repulſioni acquieuerit, vel alias habuerit ſe prò ſpoliato. *Innocentius in cap. dilectus nn. 3. de Cappellis Menach. & ibi Hoſt. à 1. verſ. ex prædicto Io: Andr. num. 8. Butrius num. 15. Rota in d. dec. 53. penes Tambur. in fine, et in d. dec. 63. num. 15. et recent. p. 1. dec. 491.*

Poſtius

Digitized by Google

*Postius dicta obs.*45.*n.* 18. *Francesc. de Ecclesia Cathedrali c.*30. *n.*201. *Barbosa ad testum c. cum persona n.*14. *Antonellus de loc. legali l.*1. *c.*3. *num.*251. Vnicus autem
223 actus prohibitionis non sufficit contra Ordinariũ, *Spada cõsil.*126. *n.*5. *tom.*2 qui etiam requirit cursum triginta annorum, sed sufficere longeum diximus
224 supra. Repulsio autem, & acquiescentia, est articulanda, & bene probanda; *Rota apud Farinac. par.*1. *recentiorum decis.*491. *n.*8. *et* 10. *Barbosa loco citat. n.*15. *Francesc. d. c.*30. *n.*201. & si Testes non
225 deponant super prohibitione ex parte inferioris, & acquiescẽtia ex parte superioris, nihil omninò probant, &
226 optime *Spada consil.* 126. *n.* 5. *tom.*2. debentque reddere rationem, etiam si interrogati non fuerint, & per aliquem sensum corporis. ibidem Spada &c. & cum deponunt Testes, quod non viderint visitasse, nihil probant, quia visita-
227 tio, & alij actus iurisdictionales exerceri potuerint, ipsis non videntibus; & negatiua probari non potest, nisi remo-
228 uendo actus à sensu, deponendo, quod aliter esse non posset, quia ipse testis sciuisset *Spada d. conf.*126. *n.*2.

Adhuc hactenus tradita temperan-
229 da sunt, nam quamuis verum sit, quod Episcopus intentionem fundatam habeat super omnia loca suæ Diœcesis, atque possit visitare; sitque manutenendus in hoc iure ex sola iuris assistentia ex supra adductis; attamen procedit, cum non difficultatur, nec negatur, locum esse situatum intra limites Diœcesis: si enim negaretur, locum intra Diœcesim, tunc Episcopus debet hoc probare, & interim si non habet possessionem, non manutenetur ex sola iuris assistentia, *vt decisum in Rota in Constantien. Iurisdictionis* 16. *Nouembris* 1607. *coram Ottembergo penes Tambur. loco cit. decis.*54. *Marescottus loco cit. c.*11. *n.*11. *Postius loco cit. ob.*45. *n.*20.

Sed non ita simpliciter hoc admit-
130 tendum est, scilicet cum negatur, locum esse situatum intra limites Diœcesis, teneri Episcopum hoc iustificare, quoniam si præsumptio, & iuris assistentia, stat pro Episcopo, onus probandi contrarium in inferiorem contrarium prætendentem videtur transmissum, iuxta Regulas tritas iuris, & si fũdamentum Episcopi est in situatione loci intra Diœcesim, fundamentum inferioris est in situatione extra fines: pro Episcopo adest assistentia iuris cõmunis, pro inferiore stat iuris quasi resistentia, cum omnis locus in aliqua Diœcesi situs, positus cẽseatur, vt infra latius patebit: Ex qua Dionysius Papa omnes Diœceses diuisit, & vnicui-
231 que propria loca assignauit. Equidem multam feci reflessionem super hac re, & inueni varie loquutos fuisse Doctores, & Sacræ Rotæ decisiones. Multi enim tenẽt, Episcopum talem situationem debere probare, tamquam proprię intentionis fundamentum, Ita Abbas *Panormitanus in c. cum olim de prima notab. de censibus sic docens, nota primo, quod si contra Episcopum petentem iura Episcopalia in aliqua Ecclesia negatur, Ecclesiam illam esse in Diœcesi sua, ipsi Episcopo incumbit onus probandi, quod sit in Diœcesi sua: ita etiam aperte sentire videtur Petrus de Ancharano in consil.* 310. *n.*5. *adsunt plures Rota decisiones, quæ pro hac opinione allegantur, præsertim in Sancti Angeli Lombardorum coram Pirouano* 6. *Martij* 1637. *penes Rubrum tom.*3. *decis.*203. *n.*1. *ibi primo ex situatione intra fines non probata per Episcopum, ibique vltra Abb. & Anchar. allegatur decisio apud Caput Aquẽ.* 36. *par.*1. *&* 146. *n.*6. *par.*2. *diuers. &* 491. *n.*2. *par.*1. *recent. & apud Seraphinum decis.*1278. *&* 1449. *& apud Gregorium* 312. *n.*4. *Item pro hac sententia allegatur decisio in nullius, seu Aprutina Iurisdictionis* 11. *Martij* 1624. *coram Guglielmo Danozett. apud ipsum* 309. *quæ est etiam apud Postium post tractatum de manutenendo* 184. *Rursus Toletana Iurisdictionis* 9. *Maij* 1659. *coram Beuelacqua* 70. *num.*19. *par.*13. *recent. & in eadem Toletana* 10. *Iunij* 1661. *coram Taia* 333. *n.*1. *eadem par.*13. *recent. allegatur etiam decisio in Fanen. Iurisdictionis* 27. *Octobris* 1617. *coram Coccino penes ipsum* 1054. *par.*2. *Itẽ alia penes Bicchium* 208. *Tandem puntualis decisio est in eadem Sãcti Angeli Lombardorũ primo Iunij* 1640. *corã Peutingerio apud eumdem* 23. *in qua sic dicitur n.*1 *Nam cum D. Episcopus in hac causa sit*

Digitized by Google

actor, Iurisdictionem vindicare pretendeba: super Monasterio Sancti Guglielmi, eiusque Territorio, debet plene, & concludenter probare situationem intra fines suæ Iurisdictionis, alias Iurisdictionem aliquam pretendere non potest; pro hac sententia citatur *Parisius in consil. 95. l.4.* qui id explicite non dicit, sed deducitur implicite, nam scribens Parisius pro quodam Golfredo Episcopo, dicit, quod stante informatione facti, resultat conclusio in fauorē Episcopi, & ita tenent *Post. de manutenendo obs. 45. n.20. Spada consil. 128. n.1, tom.2. Antonell. de loco legali l.1.23.n.253.*

At vice versa non teneri Episcopum
232 dictam situationem iustificare, sed inferiorem probare suam intentionem, ac demostrare, locum esse extra fines; tenent alij, quia omnis locus præsumitur in aliqua Diœcesi positus, vt dicit *Felinus in c. graue de officio Ord. sub n.2.* ex quo Dionysius Papa diuisit Diœceses, & singulis singulos assignauit locos, quare situatio intra fines consurgit ex illa generali præsumptione; pro vt optime *Rota apud Buractum decis. 578. n.1,2. & 3. & in Toletana Iurisdictionis 334.n.4.par.13. recent. & decis.483, n.3. par.14 & 340.par.15.recent. esset enim in arbitrio inferioris defatigare Episcopum, negando, locum esse situm in sua Diœcesi; nec illa generalis præsumptio, quæ consurgit ex diuisione à Dionysio facta, ad aliquid deseruiret, expresse ita tenere videtur Rota in præfatis vltimis decisionibus, ac in Brixien. Iurisdictionis 11. Aprilis 1639. coram Carillo penes ipsum 126. & etiam habetur par.8.recētior.decis.130. & ita mordicus tenet Illustris. de Luca in l.3.de Iurisdictione discurs.1.n.14.& 15. & discursu 6.n.5.& discur.11.n.4. qui latius,& doctius.*

Sed si dicta Doctorum,& decisiones Rotales bene perpendantur, atque considerentur; non erit tam difficile rem hanc resoluere, etenim primo perpendendum erit, an vnus, vel plures sint Episcopi in causa, qui contendant super loci situatione,prætendens vnusquisque, locum esse in propria Diœce-
234 si, tunc enim cum plures sunt in causa, certum omnino est, quod quilibet eorum debet probare suam intentionem; hoc expresse dicunt omnes decisiones allegatæ, & admittit idem Illustris. de Luca *locis citatis,præsertim in discursu* 1. qui strenue sustinet partes Episcoporum,& ratio est euidens, quia cum plures Episcopi contendunt de loci situatione, non est certum sub cuius Diœcesis, Territorio, locus est situs, ac proinde non intrat assistentia iuris communis, quæ desumitur ex Dionysij Papæ diuisione, & aduertit nuper *Sacra Rota decis.340. n.1, par.15. recentior*, Cum vero vnus Episcopus est in causa cum inferiore negante situationem,tunc videndum est,an situatio est certitudinalis, & clara, nam si
235 habetque aliquod fomentum,vel alicuius possessionis, quæ iuxta naturam causæ vniuersalis influit in vniuersum, præsertim sub eodem genere, vel alterius vniusque rei, veluti enunciatiuè, & similium, ex quibus assistentia iuris communis adminiculatur; & tunc certe censeo,quod non Episcopus, sed inferior debet suam intentionem probare, vt recte loquitur *D. de Luca in d. l.3. discursu 21. n.8.* concludens enim est præsumptio, quę oritur ex generali diuisione Dionysij, non dato efficaci fumo situationis in alia Diœcesi, *idem de*
236 *Luca disc. 12.n.13.d.l.3.* sin autem contra Episcopum adsunt aliqua vrgentia,quę possuut turbare eius intentionem, & tunc certe Episcopus debet probare situationem tanquam fundamentum suæ intentionis. optime declarat Sacra Rota in dicta *Brixien. Iurisdictionis coram Carillo penes ipsū 126. n.13.* & in his terminis procedere, ait Rota decisionem coram *Guglielmo Dunnazzett.309.& penes Postium 184. atque decisiones apud Seraphinum*, sic etiam fuerunt vrgentia contra D.Episcopum S.Angeli Lombardorum in causa, quā habuit cum Abb.S.Guglielmi:Ideo Rota dixit, Episcopum debere probare situationem, qua non probata, obtinuit Abbas, seu Monasterium, pro vt clare patet legenti dictas decisiones coram Pirouano, & Peutingerio, & vrgentia etiam fuerunt contra D.Archiepiscopum Toletanum, vt patet in allegatis

tis decisionibus. Cum enim incertum
237 est, vel dubitatur de existentia loci intra Diœcesim, vel pendet lis, tunc Episcopus non manutenetur, *Antonellus de loco legali l.1. c.3. n.243.* semper enim quod assistentia iuris redditur obfuscata, seu turbida non prodest, nec
238 fauet Episcopo, vt possit manuteneri. *Rota in Calaguritana Iurisdictionis de Nagera 22. Maij 1615. coram Vbaldo penes Tambur. 50. n.5. & dicta decis. 54. n.6. vbi aliæ decisiones allegantur, et in Fanen. seu nullius Iurisdictionis, 27. Octob. 1617. coram Coccino, apud eumdē Coccinū 1054. n.3. cap.132. Oliuer. ad Ludouisium decis.320. Redolph. in praxi par.2. cap.12. n.146. Antonellus de loco legali lib. 1. c.3. n.143. late Postius loco cit. defer.45. n.20.* Qui infinitos cumulat, multasque Rotæ decisiones adducit, & ad offuscandam præsumptionem assistentiæ de-
239 scendentem ex iure communi opponi possunt, quæ petitorium concernunt, & sufficiunt testes etiam nulliter examinati, & iura, quæ non sunt in forma probanti, secundum opinionem *Antonelli de loco legali l.1. c.3. num.245.*

Et eo fortius, cum ex parte inferioris
240 probatur exercitium iurisdictionis, seù quasi possessio iurisdictionis, seù visitationis in aliquibus locis; tunc per Episcopum probari debet, clarè, & cōcludenter illa loca esse intrà suam Diœcesim, seù intrà limites, & cessat tunc iuris præsumptio, quod loca sint sita in Diœcesi illius, cui sunt viciniora, cessatque iuris assistētia prò Episcopo, qua sola existente alioquin manutenendus in exercitio iurisdictionis esset, *Abbas in cap. cum olim n.2. de censibus, Doctores in cap. cum venerabilis de Religiosis domibus, Surdus cons.429. num.6. lib.1.* & ita procedunt *decis.491. p.1. recent. penes Coccinum 1054.* quę est puntualis in hac materia, *& penes Seraphinum dec. 1278. & nullius, seù Aprutina iurisdictionis 16. Martij 1624. coram Dunozetto seniore num.5. penes Tambur. 71. & penes ipsum 309.* ac etiam fuit dictum *in Adrien. seù nullius iurisdictionis 28. Maij 1612. coram Vbaldo nu.7. vers. non obstat, & penes eumdem Tamb. 65. in ordine*, prout optimè etiam declarauit Rota in dicta *dec.126. penes Carrillum, & admittit expressè idē Illustris. de Luca tam in dicto discursu 21 quam 12. nu.5. eiusdem libri 3.* Actus au-
241 tem iurisdictionis inferioris debent esse indubitabiles, nam si turbidi, non præiudicant Episcopo pro manutētione. *Antonellus loco cit.* quando vero inferior est verè in quasi possessione, tunc
142 durior exigitur pro parte Episcopi probatio existentiæ infrà fines, nec tūc coniecturæ sufficiunt, *vt in eadem Aprutina, seù nullius iurisdictionis 71. penes Tamb. n.5. quæst. eadem penes Postium de manutenendo dec.184. nouissimè Pignatellus tom.2. cons.26. num.12.*

Sed quomodo probanda sit existen-
243 tia Ecclesiæ, seù loci intrà limites Diœcesis, videndum est. Doctus sanè vir *Melchior Lotterius in supracitata quæstione 24. num.138.* dicit, quod Episcopus primo debet statuere fines, seù limites suæ Diœcesis, circa quod non exigitur perfecta, atque plena probatio, sed sufficit præsumptiua: probari hoc posse, ait, ex libris antiquis, testibus de fama, concursu adminiculorum ex enunciationibus antiquis Pontificū, & ipsorum Episcoporum cum adminiculis. Alterum fundare debet Episcopus, nempè locum esse intra limites, seù intra fines Diœcesis, aliud enim est,
244 vt benè idem aduertit, esse intra fines, & limites, aliud in limitibus, & finibus, intra fines dicitur, quod est circumclusum per eorum fines, & limites, & demonstrata huiusmodi circumclusione, vel per testes, vel per libros, & plateas, iustificatio existentiæ intrà limites, remanent clara, & indubitata, in finibus verò, & limitibus dicitur, quod est po-
245 situm in ipso confinio, seù limite, ita vt non appareat circumclusum, & tunc non dicitur de territorio, & Diœcesi, nam de territorio, & Diœcesi dicitur illud, quod tenet Diœcesis, vel Territorium *l. fundi ff. de actionibus empti*, cōfines enim non includuntur territorio, & videntur magis vicinia, vndè ad tollendum equiuocum, dicit Locterius, si hoc est probandum per instrumenta, oportet, vt ponderentur verba, si in-
246 cludant, nam si per ablatiuum absolutum, in, censentur inclusa, si per ac-

Digitized by Google

cusatiuum,censentur excluſa, ſi per teſtes probatur, oportet, vt diſtinguant territorium à territorio per ſuos certos fines,& limites; hæc eſt doctrina *Locterij loco cit.à n.*138. *vſque* 150.& quod fines, ſeù limites debeant eſſe ità coniũcti, vt ab omnibus lateribus capiant,& includant loca confinia: probatur ex *l.patronus §.Sempronius, ff. de legatis* 3. *l. inter eos ff.de acquirendo rerum dom.Montanus de finibus c.*15. *Rota dec.*71. *num.* 9. *penes Tambur. & dec.*181. *num.* 3. *par.*12 *recent.*

Sed rem magis cribare oportet,ſiqui-
247 dem contrarias inuenio Sacræ Rotæ deciſiones, nam *in Calaguritana iuriſdictionis* 4. *Iulij* 1604. *coram Penia*,prætẽdẽtibus Monachis, ſeù Abbatibus Monaſteriorum de Nogera,& Sancti Emiliani præfata Monaſteria non eſſe intrà limites Calaguritanæ, declarauit, dicta Monaſteria S. Mariæ de Nogera, & Sancti Emiliani eſſe intra limites Diœceſis Calaguritanæ, ex quo Epiſcopus id probauit teſtibus, ſecundo confeſſione Monachorum contenta in commiſſione, tertio ex deciſionibus rotalibus id enunciantibus, & dictum fuit has probationes ad iſtum effectum eſſe ſufficientes, cum ſuppoſito, quod ſufficiant præſumptiones, & coniecturæ ad textum *in c.cum cauſam il terzo de probat. Fel.ibidem n.*14. *Decius num.*3.*& conſ.*42.*n.*10.*&* 109. *n.*2. *Guid. Pap. dec.* 193. *Pariſ.conſ.*104.*nu.*24. *lib.*1. *habetur deciſio penes Tamb.*45. in ordine, in eadem Calaguritana 16. Iunij 1606. coram Octombergo, fuit dictum, Monaſterium præfatum Sancti Emiliani eſſe intrà limites Diœceſis Calaguritanæ, quia Abbates dicti Monaſterij ſolebant vocari ad Synodum Diœceſanam Calaguritanam, item quia fuerunt adductę ab Epiſcopo multæ antiquæ enunciatiuæ diuerſorum inſtrumentorum, partim compulſatę ex archiuio Monaſterij, & partim emanatæ à dictis fratribus,& dictum fuit huiuſmodi enunciatiuas antiquas in materia finium, & ſitus locorum non modicam facere probationem, *ad teſtum in c.cauſam de probat.vbi Abbas in* 1.*notabili Fel.n.*1.*gloſa in c.cum olim verbo inſtrumentum de cenſibus c.illud de præſumpt. Gloſ.in c. cum olim verbo inſtrumentis de cenſibus, c.illud de præſump.l.Nuda,ff.de donationibus, Abbas conſil.*62. *n.*11. *lib.*2... *conſil.* 42. *num.*1.*&* 3.

Neque fecit aliquod fundamentum
248 illis patribus obiectum, quod enunciatiue non probant etiam inter eaſdem partes, cum principaliter agitur de veritate enunciati, *Alex. conſil.* 136. *n.*11. *l.*1. *Diacianus conſil.* 348. *in fine, Pariſ.conſil.*84 *n.*19.*l.*1.*Puteus deciſ.*361. *n.*3.*l.*1. *et* 4. *Maij* 1598. *in Lucana, ſeu nullius Iuriſdictionis coram Seraphino*, quia ſpeciale eſſe in confinibus dixe-
249 runt, qui probantur etiam per indicia, & leuiores probationes,*dicto c. cum cauſam de probat.* & ideo ſufficit probatio, quæ reſultat ex verbis enunciatiuis *gloſ.in c.ſi Papa verbo probata de prinil.in 6. Bart.l. cum quis n.*3.*c. de iure delib.Pariſ. conſil.*104. *n.*4. *l.*1.*preſertim*, cum ſint iura inſtructa diuerſis temporibus inter diuerſas perſonas, & à
250 diuerſis Notarijs, ex quibus reſultat fama publica;*Caputaquen.deciſ.*344.*Decian.conſil.*40.*n.*31. *verbo* 4. quæ ſufficit in antiquis ad probationem perfectã,
251 ſaltem concurrentibus adminiculis *l.proprietatis c. de probat. gloſ.in l.antiqui natura.§.cum in rem verb.conſtat,ff.de negotijs geſtis, pro vt latius in dicta deciſ. quæ eſt* 47. *penes eumdem Tamburinum*
252 *n.*4. *n.*8.9.10.*&* 12.deducitur etiam exiſtentia loci in Diœceſi ex aſſertione Papæ, cui ſtandum eſt, preſertim cum agitur de negotio cum eo geſto *Cl.vn. de probat. & ibi Gloſa in fine c.nullis deciſionibus, & ibi Abbas, et Butrius, &c.* ex quibus intentio Epiſcopi remanet fundata ex iure communi, *c. cum Venerabilis de religioſis domibus*, & trasfert onus in partem aduerſam, quæ debet probare ſuam intentionem per fortiores probationes, vt ibidem *n.*13.
253 *&* 14. Rurſus Sacra Rota in nullius, ſeu Aprutina Iuriſdiction.5.*Maij* 1636. *coram Dunnozett.ſeniore par.*8.*recent.deciſ.*286.*nu.* expreſsè firmauit in probandis finibus antiquis leuiores pro-
254 bationes ſufficere,immò ſola inditia, & coniecturas, ac etiam ſolam famam, ibique allegantur deciſiones.

Item

Item Sacra Rota in *Marſicen. Iuriſdi-*
255 *ctionis* 29. *Nouembris* 1621. *coram Buracto n.* 13. reſoluit, quod in probandis finibus, admittuntur coniecturæ, & præſumptiones ad teſtum in *c.cum cauſam il* 3. *de probat. vbi Felin. n.* 14. *& Decius n.* 3. *& conſul.* 2. *n.* 10. *verſ. hic tamen Pariſ.conſ.* 104. *n.* 24. *l.* 1. *& ſic fuiſſe dictum in Calaguritan. Iuriſdictionis* 1604. *& Fanē. Iuriſdictionis coram Iuſto, hæc deciſio eſt penes Tamb. deciſ.* 74. *in ordine, &*
256 *penes eumdem Buractum* 578. leuiores quoque præſumptiones ſufficere, dixit *Rota par.* 2. *recent. deciſ.* 334 *& apud Manticam* 143. *apud Carillum deciſ.* 126. *n.* 12. *& deciſ.* 286. *n.* 1. *par.* 8. *recentiorum.*

Vice tamen verſa in Adrien. ſeu nul-
257 lius Iuriſdictionis 28. Maij 1612. coram Vbaldo dicitur, quod enunciatiuę non probant. Quando agitur principaliter de loco enunciato, *Fel. in cap. per tuas n.* 10. *verſ. ſecundo reſtituitur de probat. Rota deciſ.* 381. *n.* 3. *penes Tāb.* 65. *& in eadem coram eodē* 18. *Martij* 1613. *penes eumdem* 66. dictum fuit nec corroborare, cum agitur de veritate enunciati, quod licet enunciatiuæ antiquę ſupra centum annos aliquid releuent, vt per *Abb. conſ.* 62. *n.* 11. *verſ. in contrarium par.* 2. tamen debent concurrere alia adminicula, & ſignanter longeuę poſſeſſionis vſus, cum habeant tantum
258 nomen famę, quæ ſine poſſeſſione non releuant. *Achillas deciſ.* 6. *de ... Put. dec.* 60. *n.* 15. *&* 140. *par.* 1. *lib.* 1. *Caſſad. dec.* 2. *de prob. Rota dec.* 792. *par.* 1. *diuerſ.* nec probant, cum eliduntur ex alijs contrarijs enunciatiuis: *In Squillacen. ſeu nullius Iuriſdictionis* 4. *Mar-*
259 *tij* 1616. *coram Martino Andrea n.* 10. quoque fuit dictum enunciatiuis non probare, quando principaliter agitur de loco enunciato, præſertim cum non concurrit aliud adminiculum longeuę poſſeſſionis pro Epiſcopo, *& habetur penes Tamb.* 70. *in ordine, & ita quoque habetur in deciſ.* 159. *nu.* 5. *penes Caualerium, & d. deciſ.* 1054. *n.* 7. *penes Coccinū, Spada conſ.* 129. *n.* 6. *t.* 2. In Aprutina, ſeu
260 nullius Iuriſdictionis coram Dunazetto *ſupracitato penes Tamb.* 71. dictum fuit, quod exiſtente alio poſſeſſore inferiore, tunc debere Epiſcopum concludenter probare, locum eſſe intra limites ſuę Diœceſis, nec eſſe locum probationi per coniecturas, duraque probatione id teneri probare, nec tunc ſufficere probationem enunciatiuam, quia agitur principaliter de loco enūciato, &c. *vt ibidem late habetur, ita quoque dictum fuit in deciſ.* 71. *num.* 9. *&* 10. *par.* 14. *recēt.* & quod quādo agitur principaliter de loco enūciato, tunc enunciatiuas non probare, *Rota penes Carillum dec.* 159. *nu.* 21. *apud Peutinger. deciſ.* 12. *n.* 15. *vbi dicitur, nec ſemiplene probare, & ita etiam dicitur in dec.* 203. *n.* 9. *penes Rub. tom.* 3.

Sed omiſſis alijs quamplurimis de-
261 ciſionibus, dicendum eſt, in primis, quod plene probatur, aliquem locum, ſeu Eccleſiam exiſtere intra limites alicuius Diœceſis per exhibitionem priuilegij exemptionis, eo enim ipſo, quod producitur priuilegium exemptionis, inde reſultat probatio clara, quod ſit in illa Diœceſi locus, de quo agitur, ſituatus, exemptionis, namque priuilegium à Iuriſdictione, non à ſituatione, & denominatione liberat, & ſi non eſſet locus in Diœceſi, fruſtra impetratum eſſet priuilegium: quod probatur per teſtum *in c. cum Epiſcopus, de officio Ordinarij in* 6. *vbi Francus in* 2. *not ab. Gem. n.* 3. *Abbas in c. apoſtolicæ de donat. n.* 3. *Vitalinus in Clem. frequens de exceſſ. probat. n.* 127. *Tambur. de iure Abbatum tom.* 1. *diſp.* 15. *q.* 9. *n.* 33. *Grat. c.* 918 *n.* 9. *Rota deciſ.* 47. *n.* 5. *&* 6. *deciſ.* 50. *n.* 1. *deciſ.* 55. *ſub. n.* 4. *& n.* 5. *&* 63. *n.* 1. *et* 2. *omnes penes Tamburinum, et nouiſſime par.* 15. *recent. deciſ.* 33. *n.* 5. *et* 346. *n.* 5.

Item pro probandis finibus habe-
262 mus teſtum clarum in *c.cū cauſam* 13. *in ordine de probat. vbi Honorius tertius ita reſcripſit, cum cauſam, quę inter Colubrien. et Egyptan. Epiſcopos ſuper ſuarum limitatione Diaceſum vertitur, vobis duximus committendam, mandamus, quatenus ſecundum diuiſiones, quæ per libros antiquos, vel alio modo melius probabuntur, nec non, et teſtes famam, et quęcumque alia adminicula in negotio procedatis*: Ex hoc ergo textu bene probabitur aliquē locū eſſe intra fines alicuius Diœceſis ex libris antiquis *optime Gloſa in c. ad audiētiā*

de

Digitized by Google

de præscriptionibus verbo Censualem. Abbas in d.c.cum causam in 1.notab. et à n.1.

263 Vbi late examinat materiam: attamen libri antiqui, vt probent, debent retineri in publico loco, seu Custodia publica, & fideli, seu in publico Archiuio, & à personis non suspectis descripti, vt habemus textum non obscurum, *in c.ad audientiam de præscriptionibus, ibi, nos igitur magis authoritatem priuilegij, quam depositiones Testium attendentes, considerantes etiam librum censualem, quē non suspectum habuimus, licet non in nostra, sed in Cardinalis Sancti Adriani Camera sit inuentus, qui eum, quando Camerarius fuerat de Camera Beati Petri, suscepit, nec credentes ipsum scriuarium (cum iuratus sit officium suum fideliter exequi) aliud scripsisse, quam in testibus diceretur*; per hunc enim textum intelligūt Doctores, dictum textum in c.cum causam, vt scilicet tunc libri antiqui probent, & fidem faciant in iudicio, cum in loco publico fideliter custodiuntur, *Hostiensis, Innocentius Abbas in d c. cum causam, consonat textus in auth.ad hęc c.de fide instrum. Romanus consil.165. incipit liber registri Anchar.consil.14. late Mascardus de probat.conclus.111. et conclus.399. et Clarius concl. 974. n.5. Velasc. de iure empt.q.9.n.26. et consult.167. Periera de empt.et vendit.c.1. n.22. et c.21. Borellus in sum.decis.tom.2. tit.22. Valezuola consil.33.n.84.et cons.100. Genua de scriptura priuata q.8. n.25. Trentacinque variarum lib.2. resol.8. Pater Fragosius de regimine Reipublicæ Christianæ par.1.lib.5.disp.13. §.21. Gonzalez in d.c. ad audientiam n.9.& d.c.cum causam n.4. Afflictus dec.303.num.5. vbi Vrsillus etiam num.5.*

264 atque multi docent, quod etiam si non in Archiuio essent libri conseruati; attamen ab antiquo illis fides esset adhibita, & adhuc probarent. *Abbas in d.c.cum causam, & ibi Felinus, & Decius, Mascard.d.concl.974. num.55.* ità etiam cum prò publicis communiter habiti

265 sunt, illisque indifferenter vsi sunt, tamquam publicis, nam tūc plene probant, *Mascard.loco citato num.50.* semper etiam, quod libri sunt antiqui propter eorum antiquitatem probant, cessat

266 enim tunc præsumptio omnis falsitatis, nam qui eos scripsit, ac cōfecit, nullum interesse habere potuit circa præsentem statum, quod controuertitur, quod probatur *in d.c.cum causam de probat. Abbas in d.c.ad audientiam de præscript. Felinus, in c.2. de fide instrum. Crauetta de antiquitate temporis parte 1.versic.4.limitatur, Mascardus loco cit.d.concl. 974.num.57.* & ità in facto obtinui pro causa Amalphetana, quia in libris antiquis dicta Abbatia Erchię dicebatur Diœcesis Amalphetanæ, sic ex mappa, seù platea probantur fines, & locum esse intra limites, vt dixit *Rota in allegatis decisionibus.*

Testibus probantur fines, atque exi-

267 stentia intra limites Diœcesis, vt expresè in allegato textu *cum causam de probationibus, Glosa in cap. cum olim in verbo per alia de censibus, Rota par. 7. recent. seù tom.3. apud Rub.dec.22. n.2. apūd Buractum decis.367. præsertim n.9. apud Caualerium dub.161.n.6.& dec.70. n.14. & 334.n.6. par.13. recent. Rota decis.45. n.2.& 74.n.6. penes Tāb.* Et alibi supra, attamen etiam requisiti assignare debent rationem concludentem, non so-

268 lum per actum intellectus, sed per sensum corporis, ad hoc vt stringant eorum depositiones; *ita fuit dictum in dicta Aprutina, seù nullius Iurisdictio.16. Martij 1624.n.12. penes Tamb.71.& penes Postium decis.184. n.15. Ludouis.decis.17. Coccinus decis.291. num.5. & decis.203. n.4.& 5.& seq. par.7. seù tom.3. apud Rubrum in qua tam dicitur*, quod testes deponentes de finibus, non per sensum visus, sed per actū intellectus, deponere debent, sequitur *Illustris. de Luca discursu 3.n.14.lib.3.* & non interrogat debent reddere rationem, vt in

269 dictis decisionibus, *Spada cons.130. n.12.t.2.* & non reddentes rationem nihil probant. *Rota decis.80. par.9. recent.* quæ fuit in causa S.Angeli Lombardorum.

Et probant etiam, si deponant de au-

270 ditu, dum tamen specificant à quibus, alias non probant. *Montanus de finibus 6.q.n.61. Rota dicta decis.71. n.18. & penes Postium decis.184. n.21. Tamb. d.q.9. n.31. & 32. cum tamen specificant audiuisse à maioribus suis, sufficere videtur,*

ad

ad probationem, iuxta textum in c. licet il 2. et c. quoniam de testibus, vbi Doctores, quia cum probatio in rebus antiquis per sensum visus percipi nequeat, probatio per auditum sufficit *Celdas Periera de emptione, et venditione tit. 21. n. 15. Gonzalez in c. cum causam de probationibus n. 6.* debentque tunc testes ha-
271 bere requisita d.c. licet, *Rota decis. 71. n. 19. et d. decis. 184. n. 22.* Post scripta vidi decisionem in nullius, seu Aprutina Iurisdictionis corã Dunazetto 14. Maij 1632. 285. *par. 8. recent. in qua n. 1. et 2. dicitur*, quod in hac materia probationis existentiæ intra fines sufficiant testes deponentes de publica voce, & fama, vel de auditu à maioribus, maxime cum sunt practici, & concurrunt alia adminicula, pro vt in eadem causa 5. Maij 1636. *coram eodem 286. ead. par. 56. recent.*

Sed qui Testes admittendi sunt pro
272 finibus, seù limitibus probandis, scilicet locum esse intra limites; an scilicet subditi Episcopi Diœcesani sint idonei testes pro hac probatione, videtur dicendum, quod regulariter non sint idonei testes, sed dumtaxat in defectũ aliorum, pro vt clare probatur ex c. & si Christus de iure iurando in fine, in quo textu Innocentius III. rescribens Abbati, & Capitulo Castellionis permittit Monachis, & Conuersis dicti Monasterij ferre testimonium veritatis pro causis eiusdem Monasterij, deficientibus alijs testibus, *ibi, præsenti pagina indulgemus, quatenus vos, & Monasterij vestri conuersi positis in causis eiusdem (deficientibus alijs testibus) pro ipso*
273 *perhibere testimonium veritati*: At simpliciter posse admitti, probatur clare ex *c. super prudentia 14. q. 2.* vbi Pasqualis Papa Secundus rescribens Guidoni Archiepiscopo Viennensi dicit, *quod in causis Ecclesia admittat Canonicos tamquam qui negotium tractauerunt*; Item Eugenius Tertius permisit Priori, & Fratribus S. Trinitatis in causis Ecclesiæ eorum ferre Testimonium, *legitur in c insuper de testibus, & attestationibus, dicens, insuper statuimus, vt liceat vobis, in causis Ecclesiæ vestræ ferre Testimonium*; atque Alexander Tertius in *c. cum nuncius eodem tit. de testibus*, ibi, *non lateat prudentiam vestram, quod Clerici non sunt à ferendo testimonio super negocio Ecclesiæ suæ, (nisi alia rationabilis causa impediat) repellendi*, vbi egregie, *et late*
274 *glosa in verbo repellendi*. Communius scripserunt nostri, quod Clerici, & illi de vniuersitate admittuntur ad testificandum in causis Ecclesiæ, vel vniuersitatis, quia non agitur immediate, & principaliter de re propria, nec est causa singulorum, licet secundario, & remote eos attingat, de quo non est attendendum, *ita Abbas Panorm. in d. insuper n. 2. et ibi late de testibus, ibidem Felinus concl. 1. Decius n. 7. et nouissime Emanuel Gõzalez, qui satis cribrat, ibidem Barbosa, Borrellus in summa decis. tom. 2. tit. 10. per totum; Noguerol. alleg. 26. n. 34.*
275 & in punto, quod homines de vniuersitate admitti debeant in materia nostra finium, *Guido Papa decis. 193. Couarruias practicarum q. 18. n. 4. Baldus consil. 445. n. 9. lib. 5. Menochius de arbitrarijs cas. 106. n. 5. Rota apud Coccinum dec. 140. n. 2. et 160. Emanuel Gonzalez in d. c. insuper de testibus sub n. 7. et d. causam de probat. n. 6. Periera loco citato sup. de empt. & vendit. tit. 21. n. 16. late Mascardus de probationibus concl. 395. n. 2. Farinac. de testibus quæst. 60. n. 487.*

Nec aduersatur textus in d.c. & si
276 Christus, in quo videtur exigi illa conditio, quod per alios non possit veritas haberi, nam ibi hoc exigitur, non quia Monachi non sint testes idonei pro suo Monasterio, sed quia regulariter debent à iuramentis abstinere, vt patet legenti textum illum; Igitur directe proprie, & simpliciter admittendi sunt, optime *Fel. loco citato n. 7. vers. fallit sexto Abb. ibidem Menoch. d. casu 106. n. 8.* contra multos tenentes admittendos esse hos testes in defectum, & illos non probare perfecte, nam vt optime
277 dicit Menochius, si nihil est, quod eis obijciatur, cur absolute, & perfecte probare non debẽt; Verum post scripta vidi decisionem in *S. Angeli Lombardorum penes Rub. 203. in qua n. 3. dicitur*, quod testi Vassallo, ad probandum fines, nõ datur plena fides, *Rota decis. 285 n. 13. & 14. d. par. 8. & decis. 160. penes*

Bi-

Digitized by Google

Bichium n.9.& 10. dicitur, quod teſtes de vniuerſitate non probant, quando alij in contrarium deponunt.

Teſtes vero in hoc iudicio, melius
278 probare ruſticos, qui plerunque terminos ſciunt, *Gonzalez in d.c. cum cauſam, ſub n.6.* ſic etiam vicini optimi ſunt teſtes ſecundum eumdem.

Per famam quoque cõfinia probari,
279 dixit textus *in d.c. cum cauſam de probationibus*, circa quod notandum eſt, quod fama regulariter ſemiplenam probationem præſtat, ex textu *in l.3. §.1.verſ.ſicut, ff.de teſtibus, can.ſi teſtes §. ſæpe 4.quæſt.3. late fundat Abbas in c.veniens 10. in ordine n.8. de teſtibus, Maſcardus de probationibus concl.753. Gonzalez in c.per tuas de prob.n.1.* coniuncta tamen cum vno teſte certe probat, *Gloſa in c.ſi teſtes verbo tamen; Afflictus dec.337. n.2. vbi Vrſillus in rebus enim difficilis probationis plenè probat ſecundum Menochium de arbitrijs 89. num. 88. cum ſequentibus, Decius cap. 1. num. 13. de appellat.ſicuti addictio ad Abbatem Sebaſtiani Sapiæ in d.c. veniens, litt. B.dicit quod in poſſeſſorijs plenam probationem facit fama, atque in antiquis plenam facit probationem; Rota penes Cocc.68.n.4. Afflictus deciſ.83. n.7. vbi multos citat, Ferectus conſil.293. n.6. Grat.cap.893. n.4. &*
280 *in noſtra materia, quod plenam faciat probationem, Maſcardus concl.396.n.5. Rota dec.286.n.1.par.8.recent.*

Vt autem fama probet, debet habere
281 ortum ex probabilibus cauſis, alias tamquam vana vox populi nihil probat, *Baldus conſil.295.n.2.verſ.& hæc fama lib.1. Corauus conſil.130.num.6. lib.4. Alex.173.n.11.lib.6. Rota apud Coccinum loco cit.n.20.* Ex quibus enim traxit originem ineundum eſt, & ſecundum hoc arbitrandum eſt, quam faciat probationem, vt optimè *Afflictus dicta deciſ 337.n.3.* & debet eſſe orta fama ante litem motam, *Noguerol.alleg.23.n.97.*

Item dicit Textus præfatus in c.cum
282 cauſam, quod fines probari poſſunt alio modo, ibi, vel alio modo melius probantur, per hunc alium modum intelligere poſſumus enunciatiuas: circa quem modum multa ſcripta inueniuntur à Doctoribus, & Rota Romana varie iudicauit forſari ex factuum varie-
283 tate. In primis, in quantum ad Papæ enunciatiuam videtur dicendum, quod enunciatiua Papæ, ſeù aſſertio Papæ dicentis, aliquem locum eſſe in illa Diœceſi ſitum, quia narrat factum, vel proprium, vel ſaltem ſi alienum, ſecum tamen geſtum, iuxta Clem. vnicam de probationibus, ibi, *vel alia ſimilia, ſuper quibus gratia, vel intentio noſtra fundatur fuiſſe narramus, cenſemus ſuper ſic narratis fidem plenariam adhibendam*, ſed videtur contrariare *textus in cap. ſi Papa de priuileg. in 6.* in quo textu expreſsè dicitur, quod narratiua Papæ non probat, *ibi, ſi Papa in aliquo priuilegio, vel ſcriptura non facta, principaliter ſuper donatione, vel ſententia exemptionis, ſeù etiam libertatis aliquam Eccleſiam ad ius, & proprietatẽ Romanæ Eccleſiæ pertinere, vel conſimilia verba narret, cum propterea illius Eccleſiæ exemptio eſt probata, niſi de libertate aliter doceatur*: Ec-
284 ce, quod Papæ aſſertiua non probat; ſed attende, quod in caſu huius textus tractantur de exemptione à iuriſdictione Ordinarij, quod eſt contra ius commune, quo attento, Ordinarius habet intentionem fundatam ſuper omnes Eccleſias, & perſonas exiſtentes in propria Diœceſi, & ideo narratiuæ Papæ ſuper hoc non principaliter emanatæ non eſt præſtanda indubitata fides, neque facit plenam probationem, vt bene conſiderauit *Gloſa in d.c.ſi Papa, verbo probata*; Igitur in noſtra materia diuerſum eſt, nam quod Eccleſia ſit in
285 Diœceſi aliqua Epiſcopi, eſt ſecundum ius commune, ideo aſſertioni Papæ ſtandum eſt, quia eſt ſecundum ius commune, *iuxta textum in c. cum Venerabilis de religioſis domibus, in puncto, Rota in Calaguritana, ſeu nullius Iuriſdictionis 16. Iunij 1606. coram Ottombergo n.13. & 14. penes Tamburinum 47. vbi allegantur aliæ deciſiones Sacræ Rotæ, & eadem Sacra Rota par.4.recent. deciſ.191. & par.12. deciſ.181. n.4.5. & 6. Rota apud Carrillum deciſ.126.n.7. late Tambur.tomo 1. diſp.15. q.9. n.34. Gerlezon. conſ.142.n.4.& 9.* & alij paſſim, *ſed Rota in Adrian. Iuriſd.18. Martij 1613. coram Vbaldo n.4.* videtur dicere, quod ad

hoc

Digitized by Google

hoc vt probet narratiua Papæ confines, seù aliquem locum esse in Diœcesi, oportet, vt sit facta principaliter ad fines describendos, habetur *penes Tambur. 66. in ordine, Grat. c. 918. nu. 2.* Attamen hanc circūstantiam non requirunt ceteræ Rotæ decisiones, & sufficere Papæ enunciatiuas, vt inde probari possit, aliquem locum esse in Diœcesi, cum alias quasi numquam ex Papæ enunciatiua proberetur talis situatio, cum non sic sępe dicta enarratiua contingere possit, & ideo simpliciter dicendum videtur, Papæ enarratiuam probare talem situationem in Diœcesi, iuxta dictas decisiones supra allegatas, quia in huiusmodi enunciatiuis considerate agitur, quo casu tasfertur onus in aduersarium probandi contrarium, *vt dicitur in dicta decisione 47. penes Tamb. n. 14.*

Verum limitant, si ad partis instan-
286 tiam Papa fecisset huiusmodi enunciatiuam, nam tunc nihil probare, quasi omnes dicunt, & dixit quoque *Rota in dicta decis. 66. penes Tamb. n. 1. & 2.* & assignat rationem Rota, quia in huiusmodi gratijs semper intelligitur illa clausula, *si ita est, iuxta testum in c. 2. de rescriptis, & ita quoque Rota apud Royas, decis. 218. nu. 21. & decis. 10. n. 17. penes Tondutum post tractatum de pensionibus, & decis. 304. par. 11. recent. Spada consil. 129. n. 2. tom. 2.*

Vera est ista limitatio in casu nostro,
287 quando est facta enunciatio ad supplicationem Episcopi prætendentis locum esse intra limites (seù suorum antecessorum) tunc enim quia emanauit ad partis instantiam, nihil omninò probat, quia non potest tertio præiudicium afferre, iuxta doctrinam *Abbatis in c. dudum n. 3. de priuilegijs, & in c. dudum n. 8. de decimis, & ita loquitur decisio allegata 66. penes Tamburinum, & 71. n. 7. penes eumdem, & ita quoque procedunt aliæ decisiones Rotæ par. 8. recent. decis. 552. n. 11. & par. 11. recent. decis. 304. n. 22. & alibi sæpe:* At si enunciatiua sit ad supplicationem partis præ-
288 tendentis exemptionem, seù à suis antecessoribus, plene probat, tunc enim ex propria confessione probatur situatio, *est decisio 45. apud Tamburinum n. 2.* in qua fuit dictum, probari situationem, quia in commissione fuit dictum, Monasterium S. Mariæ de Nagera esse Calaguritanæ Diœcesis, hæc enim probatio omnium probationum virtutem excedit, *l. proinde ff. ad legem Aquil. in §. notandum; Buractus decis. 578. num. 4. & in Beneuentana Iurisdictionis 13. Maij 1652. coram Zarate par. 11. recent. decis. 304. & apud Carrillum decis. 126. n. 5. & decis. 483. num. 6. par. 14. & 340. nu. 6. & 7. par. 15. & 318. n. 6. par. 11. & 181. par. 12. penes Tondutum dec. 10. n. 3. & decis. 70. n. 10. par. 13.*

In quibus omnibus decisionibus dici-
289 tur, quod confessiones partium plenissime probant situationem, ac prædecessorum nunciatiuas successoribus præiudicium afferre; sic in causa Amalphitana, de qua supra mentionem fecimus in vnione, quam fecit Nicolaus IV. ni fallor, Abbatię de Erchia ad petitionem Archiepiscopi Salernitani, dicta Abbatia dicitur Amalphitanæ Diœcesis, vnde Rota ex hac etiam enunciatiua dixit, dictam Abbatiam esse intra limites Amalphitanæ Diœcesis.

Ita pariter procedit, quando enun-
290 ciatiua fit alia ex causa, neque ad petitionem partis, sed alia occasione, nam tunc enunciatiua Papæ, præsertim antiqua, magnam inducit præsumptionem esse illius Diœcesis, sub qua enunciatur, *Francesc. autem post scriptum visus de Ecclesia Cath. cap. 30. n. 209. dicit,* quod vt ex verbis Papæ consurgat probatio, duo requiri, primum, quod Papa narret factum proprium, secundum quod se fundet in narratiua, vel saltem quod procedat, si agnoscitur de exemptione tempore assertionis, ex priuilegijs autem ria requiri, primo, quod sint verba Papæ, 2. quod sint de facto proprio, 3. quod intentio Papæ in illo principaliter fundetur, sed Francesc. loquuntur de probanda exemptione.

Et non solum enunciutiuæ Papæ
291 probant hanc loci situationem, sed etiam probatur ex antiquissimis enunciatiuis vltra centum annos, factis in diuersis scripturis, seù instrumentis, seù sententijs, alijsque publicis scri-

Digitized by Google

pturis inter diuersas; personas enunciatiuæ enim factæ à personis non suspectis, & antiquissimæ plene probant etiam contra Tertium, eo præsertim, si in diuersis temporibus factæ sint; *Baldus l. cum quis num. 4. versic. item c. de iure deliberandi, ibi Salicetus n. 3. Iason. n. 4. Crauett. de antiquitate temporis par. 1. §. ampliatur n. 14. Afflictus decis. 83. Gratianus c. 918. n. 3. & 893. n. 3. Mascard. de probat. concl. 394. n. 3. Seraph. decis. 1272. Coccinus decis. 235. in puncto, & 460. n. 4. Duran. decis. 226. n. 4. & par. 6. recent. decis. 105. n. 12. & 261. n. 7. & par. 12. decis. 181. n. 4. & 5. & apud Tab. decis. 69. n. 13. apud Royas decis. 259. n. 13. & 211. n. 1. & 218. n. 3. & sæpe sepius Rota, et videtur dicere Glosa in c. si Papa de priuil. in 6. verbo probata*; Ita vt contra antiquas enunciatiuas non admittantur testes, vt in dicta decisione apud *Royas* 259. *n.* 14. *de recent. tamen non probant, sicuti nec vnica probat, Rota in Fanen. seu nullius Iurisdictionis 25. Octobris 1617. corã Coccino, penes Tab. 70. n. 4. & 5. Coccinus decis. 1054. n. 6.* anti-
293 quum veri dicitur, quod memoriam hominum excedit, vel saltem si sunt elapsi quadraginta anni, *Mascard. concl. 394.*

Sed nec sufficere enunciatiuas an-
294 tiquas sine fomento possessionis, vel alio adminiculo ad probandum loci intra Diœcesim situationem, *Rota dicta decis. 66. n. 6. et decis. 69. n. 12. penes Tamburinum, et decis. 340. n. 4. par. 15. recent.* & alibi sæpe, sed ego considero, quod aut Episcopus est in possessione suæ
295 Iurisdictionis, siue ordinariæ, siue delegatæ in dicto loco, quem prætendit esse intra limites, & tunc ei possessio magis iuuat, quam enunciatiua, præsertim pro manutentione: aut inferior est in possessione, & tunc, vt dicemus, enunciatiuę non sufficiunt, *nam requiritur exactior probatio, Rota dec. 71. n. 9. & 10. par. 14. recent.* si vero inferior non est in quasi possessione, tunc; crede-
296 rem, ennarratiuas sufficere, quamuis agitur particulariter de loco enunciato, quia generaliter Doctores docent, antiquas enunciationes probare situationem loci intra limites Diœcesis, sed Rotæ parendum est; pro vt in dictis decisionibus, *præsertim 184. penes Postium n. 9. et 10. Post scripta vide decisio-*
297 *nem 318. par. 11. recentiorum*, in qua expresse confirmatur nostra sententia, dicitur in hac decisione n. 4. quod conclusio illa, quod cum agitur principaliter de enunciato, non probat: limitatur, quando sunt plures, & in diuersis temporibus emanatæ; ac in diuersis scripturis, nam tunc tales enunciatiuę, cum habent famæ situationem ex aduerso impugnatam, probant, & concludunt, iuxta doctrinam *Aretini in c. cum causam n. 9. & 20. de probat. Putei decis. 204. num. 4. lib. 2. et decis. 202. et 541. par. 1. recent. et in Beneuentana 13. Maij 1652. coram Zarate, et in Salisburgen. Iurisdictionis 16. Iunij 1653. coram Veresp io.*

Certum tamen est, quod cum enun-
298 ciatiua fuit facta inter partes ambas, tunc plenam facit fidem, pro vt tradit *Afflictus in dicta decis. 83.* Enunciatiua
299 tamen Episcopi, sicut est suspecta, nec probat pro ipso, ita assertio Episcopi, quod locus sit alterius Iurisdictionis, successoribus non præiudicat, *Rota par. 8. recent. decis. 127. & par. 11. recent. decis. 304. n. 22. et 23.* nam vel inconsiderata, vel erronea præsumenda erit, & ita quoque *Rota dec. 10. n. 15. decis. 11. n. 15. decis. 11. n. 13. penes Tondutũ.*

Dixi nuper, quod enunciationes ab
300 ipsis Episcopis factæ, tamquam à partibus emanatæ, & ideo suspectæ, non probant situationem loci intra limites Episcopi enunciantis: hoc regulare est ob dictam rationem; iterũ post scripta vidi decisiones in sæpe allegata *Brixien. Iurisdictionis coram Garillo penes ipsum 126. & est eadem penes Rub. 8. parte recent. dec. 130. ac in Beneuentana Iurisdictionis coram Zarate de anno 1652. & in altera Beneuentana Iurisdictionis 9. Iunij 1666. coram Benilacqua 483. par. 14. recent. in 1. decis. n. 6. in 2. n. 1. in 2. n. 8. dicitur*, quod quamuis enunciatiuæ factæ ab ipsis Episcopis, locum esse intra propriam Diœcesim, regulariter non probant, attamen cum sunt plures, & antiquissimæ, & emissę in actu proportionabili Iurisdictionis Episcopi, & quia recipiunt fomentum ab actu, in

quo

quo fuit enunciatum, constituunt sufficientem probationem, & maximè concurrentibus alijs, *vt dicitur in d. decis.483.n.8.*

Tandem præfatus textus in *d.cap.cum causa de præsumpt.* dicit, quod confines
301 probari possunt per alia adminicula, quasi dicere velit, quod leuiores sufficiant probationes; sed vidisti, benignè Lector, decisiones Rotales pugnantes in hac materia, quas suprà adduximus; breuiter resoluam hanc rem: & dico, quod cum per inferiorem Prælatũ probatur exercitium iurisdictionis in locis, seù loco, in quo Episcopus exerce-
302 re prætendit actum iurisdictionis, seù visitationis, ex sola iuris assistentia, & tunc non sufficiunt leuiores probationes, sed concludenter est probanda situatio, *Abbas c.cum olim tom.2. de censib. Surdus cons.429. Seraph.dec.1278.* & ità procedit decisio penes *Tambur.71.nu.5.* Si verò non probatur possessio, tunc leuiores probationes sufficiunt, iuxtà iuris assistentiam, ità distinguit *Rota penes Post. dec.184.* & hoc voluit *Glosa in d.cap. si Papa verbo probata de priuileg. in 6.* & ratio huius est, quia quando nõ adest possessio ex parte inferioris, tunc assistentia iuris, quæ stat pro Episcopo, facit suam probationem ex iuris præ-
303 sumptione, quæ coniuncta cum alijs adminiculis, & leuioribus probationibus, concludentem facit probationem: at cum adest possessio, hæc elidit illam iuris præsumptionem, quæ oritur ex iuris assistentia, & sic nulla ex illa oritur probatio, & necesse est, vt aliundè sumatur plena probatio, quia possessio magnum ius tribuit possessori, ad textũ in *l.2.ff.vti possidetis* vbi Paulus Iuris Cõsultus, *qualiscumque enim, ait, possessor hoc ipso, quod possessor est, pluris iuris habet, quam ipse qui non possidet.*

Probantur etiam fines per præsump-
304 tiones, indicia, & coniecturas, *Mascard.concl.397.* item per lapides, per terminos apponi solitos, idẽ *concl.400. per fluuios, valles, montes, & similia, idem*
305 *concl.* 403. in quibus conclusionibus latè.

Hic verò opportunè venit agitandũ,
306 an ad acquirendam possessionem, seù quasi, siuè ex parte Episcopi, visitandi, seù exercendi iurisdictionem in locum exemptum, siuè ex parte inferioris ad excludendum Episcopum, requiratur scientia, & patientia, vel inferioris, vel Episcopi respectiuè. Vt rem hanc melius resoluere valeamus, reminisci oportet eius, quod initio Tirones discunt in studijs in secundo libro *institut. in tit.* de rebus corporalibus, & incorporalibus,
307 si quidem corporalia dumtaxat possideri, verè dici potest; vt ait Paulus Iuris Consultus, si possideri *ff. de acquiren. possessione*, Incorporalia autem, quæ in animo consistunt, possideri fas non est dicere, idem *Paulus in l. sequitur §. si viã ff. de vsucapionibus, ibi, quia nec possideri intelligitur ius incorporale, sed tantum quasi possideri*, vndè quasi possessio in his
308 consideratur iuxta textum *l. vltima ff. de seruitutibus*; hæc autem quasi possessio acquiritur per vsum, & aduersa-
309 rij patientiam *l.3.§. dare ff. de vsufr. l. si ego, ff. de publiciana in rem actione*; hinc quasi possessio non est aliud, quamquidem vsus cum scientia, & patientia
310 eius, contra quem præscribitur, seù præiudicium infertur; *Rota apud Cocc. dec.52.num.3.* qua scientia, & patientia
311 deficiente, nihil omninò fit, iuxtà textum *in l.2.c. de seruitutibus, & aqua l. quoties la seconda ff. de seruitutibus l. prima in fine de seruitutibus prædiorum rusticorũ Abbas Panorm.c.cum nobis n.4. de præscrip. & c. de quarta n.25. eod.tit. Cepolla de seruitutibus rusticorum prædiorum c.4.nu.58. Menoch.cons.612.n.186. Postius de manutenend. obser.40.n.6. Grat. cap.870.n.33. 419. Rota apud Pacif. dec.47. apud Censium dec.123. et par.1. recent. dec.110.num.10.* absque enim ista scientia, & patientia
312 non acquiritur quasi possessio, nec eius actus nocet, *Abbas in cap. cum Ecclesia Sutrina n.25. vbi etiam Ripa nu.64. et cæteri Canonistæ de causa poss. et proprietatis, Cocc. dec.26. n.4. Seraph. decis.1463 Postius loco cit. nn.15.* totum enim suum esse recipit quasi possessio ab animo, & patientia eius, cui præiudicium infertur, *Baldus in l.2. n.1. c. de seruit. et aqua, et Castrus l. seruitutes prædiorum ff. de seruitutibus, Felinus in c. de quarta, circà finem de præscript. Rota recent. par.1. de-*

Digitized by Google

547; *Postius loco cit. Gratianus* t.426.*nu.*5. *Conar.in regula possessor.*2.*p.num.*8. vndè
314 hæc scientia,& patientia est subiectū, & substantia quasi possessionis. *Pacificus loco cit.num.*35.*Seraph.dec.*436.*Postius loco cit.n.*6. *Rota dec.*333.*p.*13.*recent.* hæc
315 operatur illum effectum, quem producit vera traditio *l.penult. ff.de seruit. Post.dec.*281. *l.*1. incipit enim quasi possessio operari suū effectū post interpel
316 lationem cum acquiescentia, quia tunc incipit scientia, & patientia; *Mascard. de probat.concl.*1305. *n.*4. *Alex.cons.*174. *lib.*2. *Surdus cons.*127. *num.*22. *Ciriacus contr.*28.*n.*20.*tom.*1.*Sperella dec.*55.*n.*16 *verb.prædiorum.*

His breuiter suppositis, ad nostrum
317 dubium redeundo, videndum est,quę patientia, & scientia requiratur pro possessione acquirenda, in nostra materia, æquidem si tractatur de possessione inferioris aduersus Episcopum prò locis sitis intrà limites Diœcesis, vt scilicèt hic acquirere possit iurisdictionem in his, excluso Episcopo quoad visitationem, & tunc res non est multum dubia;certum enim est, quod cum Episcopus habeat intentionem fundatam à iure super omnibus locis sitis in propria Diœcesi, cum inferior vult eum excludere à possessione iurisdictionis, seù totalis exemptionis, & ità quoque à visitatione, oportet, vt probet suam possessionem cum scientia, & patientia Episcopi, & quod casus venerit visitationis, & fuit repulsus, & ipse acquieuerit, alias non dicitur acquisiuisse quasi possessionē,iuxtà mox tradita,habemus multas Sacræ Rotæ decisiones, nempè *Aprutinam iurisdictionis coram sanctę mem.Innoc.X.* 19. *Iunij* 1606. *in princ.penes Tambur.*51. *in scientibus, & patientibus Episcopis Calaguritanam iurisdictionis de Nagera coram Vbaldo* 22.*Maij* 1615. *penes eumdem Tambur.*50. *num.*6. *Toletanam exemptionis* 4. *Maij* 1614. *coram Innocentio X. in fine* 53.*penes Tamb. Sypontinam iurisdictionis* 24.*Maij* 1613. *coram Cardinali Sacrato n.*15.*penes eumdem* 63. *nullius, seù Aprutinam iurisdict.* 16. *Martij* 1624. *coram Dunozetto seniore sæpè citatam num.*7. ibi, *cum scientia, & patientia Episcoporum Aprutinorum penes eumdem* 71.*in ordine, Montis Realis iurisdictionis* 6. *Aprilis* 1601. *penes Coccinum.*26.*nu.*4. *& par.*12.*recent. dec.* 181. *num.*31.*penes Postium n.*11.*Rota dec.*183. *num.*18.*par.*14.*recent. vbi multa alia allegantur apud Royas dec.*219.*n.*16.*& p.*13 *recent.dec.*70.*n.*25.*dec.*221.*n.*24.*&* 331. *n.*37.*apud Richium* 328.*Spada consil.*126. *tom.*2. & ferè omnes decisiones allegatæ sunt in nostra materia visitationis, idem *Postius de manutenen. obs.*40. *n.*18. *et* 20. vbi allegat multas alias Rotę decisiones, & Doctores, & fuit doctrina Innocentij in *c.dilectus sub n.*3.*de Cappellis Monachorum, et ibidem Hostiens. nu.*1. *ibidem, Rutrius n.*15.*et Abbas in c.cum Ecclesia Sutrina n.*25. *de causa possessionis, et proprietatis*,sequitur *Francesc.dec.*30.*num.* 247. hæc autem scientia, & patientia articulanda, & probanda est, vt diximus, & habetur in dicta *dec.*51. *penes Tambur.*qua probata datur manutentio
318 inferiori, vt *d. dec.*51. in principio; neque hoc casu afficiūt visitationes Episcopi, quia tamquam turbatiuę,& clādestinę,non sunt habendæ in consideratione, cum scilicet constat de antiquio-
319 ri possessione inferioris, vt expressè dicitur in dicta *dec.*51.*n.*4. penes Tamburinum, & in eadem *causa Aprutina coram eodem Innocentio* 19.*Martij* 1607.52 *penes Tamb.*Si ab istis visitationibus recentioribus factis per Episcopum par-
320 tes, seù inferior reclamauit, vt dicitur in eadem *dec.*52. licèt verò supradicta doctrina generaliter vera sit; atta-
321 men adhuc patitur suam exceptionē, vt scilicet quotiescumque inferior habet priuilegium, & titulum, tunc ad effectum acquirendi possessionem ex actibus visitationū non requiritur scientia, & patientia Episcopi,in pūcto *Gratianus cap.*780.*n.*33.*&* 34.*Rota apud Postium decis.*628. *nu.*12.*&* 13.*& nouissimè apud Richium dec.*267.*n.*24.*Ludouis.decis.* 283.*num.*4. *Rota recent.p.*1.*dec.*533.*nu.*3. & fuit doctrina Pauli de Castro *in dicta l.seruitutes sub n.*9.*vers.*4. requiritur, quam singularem limitationem dicit *Bald.de præscrip.p.*2.*p.*5. *principalis qu.*7. *n.*4.*Oliuer.ad Ludouisium dec.*249.*n.*7.

Difficultas maxima consistit in vi-
322 dendo,an requiratur scientia, & patien-

Digitized by Google

tientia inferioris ad conſtituendum Epiſcopum in quaſi poſſeſſione viſitandi, ſeù exercendi actus iuriſdictionales; ſi quidem pugnantes deciſiones inuenio. *Nam in Adrien. Iuriſdictionis* 27. *Iunÿ* 1622. *coram Pirouano*, fuit dictum, Epiſcopum non teneri probare talem ſcientiam, & patientiam inferioris, quia habet iuris aſſiſtentiam pro ſe exercendi, ſcilicet, Iuriſdictionem in locis ſitis intra limites ſuæ Diœceſis; eoſque viſitandi iure Delegato, vnde non eſt neceſſaria ſcientia patientis, quia agitur non de acquirendo, ſed de manutenendo, & ita *Ferrentillus ad. Buractum deciſ.*578. *n.*16. *Tamburinus tomo* 1. *diſp.*15. *q.*9. *n.*23. *&* 24. *& nouiſſime Iuriſdictionis* 17. *Iunÿ* 1647. *coram Bichio apud ipſum* 308. *ibi, quod cum Epiſcopus non eget præſcriptione, ſed ſolum actus iuriſdictionales deducat, ad docendum ſemper ſe conſeruaſſe quaſi poſſeſſionem exercendi Iuriſdictionem in Terra Saponaria de iure communi, & conciliari competentem, non requiritur ſcientia, & patientia Archipræsbiteri aduerſarÿ.* Sic
323 cum habet titulum, & poſſeſſionem, tunc non requiritur ſcientia, & patientia inferioris; *Seraph. deciſ.*1213. *Rota recent. deciſ.*533. *par.*1. *& apud Tamburinum, dec.*56. *qua deciſio fuit in Theatina Iuriſdictionis* 17. 10. *Octobris* 1607.

Vice verſa requiri ſcientiam, & pa-
324 tientiam inferioris, eamque teneri probare Epiſcopum: *Dictum fuit in eadem deciſione* 51. *num.*4. ibi, *prout etiam nihil faciat, quod Epiſcopus aliquando viſitauerit hæc caſtra, quia vltra quod non conſtat, id factum fuiſſe ſciente, & patiente Capitulo &c. & plenius in eadem cauſa Aprutina* 19. *Martÿ* 1607. *coram eod. Franciſco Vbaldo; Placuit Dominis* (dicitur ibi) *deciſio alias in hac cauſa facta, quoad ſcilicet mandatum de manutenendo in quaſi poſſeſſione Iuriſdictionis, ac iuris viſitandi, & conferendi beneficia in Caſtris Nereti, & Turani ſit dandum Capitulo, & non Epiſcopo, ex rationibus in ea deductis, quibus non obſtare dixerunt Viſitationes factas per Epiſcopum, mediante perſona Vicarÿ, quia non conſtat illas fuiſſe factas ſciente, & patiente Capitulo: ſine cuius ſcientia, & patientia non potuit acquiri quaſi poſſeſſio iuris viſitandi l.*2. *& ibi, Baldus n.*12. *c. de ſer. atque Doctores in c. cum Eccleſia Sutrina, & ibi Ripa n.*64. *de cauſa poſſeſſionis, & proprietatis, Cald. conſ.*12. *de iure Patr.* hęc ibi, *habetur penes Tãbur.*52. *in ordine, & in Adrien. ſeù nullius Iuriſdictionis* 28. *Maÿ* 1612. *coram Vbaldo n.*7. ibi, *& omni caſu actus prædicti non videbantur reuelare, cum non conſtet fuiſſe facti de ſcientia, & patientia Abbatis, ſine qua non poterat ei inferri præiudicium. DD. in c. cum Eccleſia, vbi Ripa n.*64. *de cauſa poſſ. & prop. Abbas c. cum contingat n.*11. *de for. comp. Cæſar de Graſſ. deciſ.*7. *n.*9. *de Teſtibus, Put. deciſ.*181. *n.*3. *&* 4. *lib.*2. *& fuit tentum in Aprutina Iuriſdictionis* 19. *Martÿ* 1607. *coram R. Domino Pamphilio, hæc ibi, &c. habetur penes Tamb.*65. & nouiſſime apud Bicchium *deciſ.*267. *n.*21. in qua pro noſtra materia expreſsè dicitur, quod ad acquirendam quaſi poſſeſſionem viſitandi per Epiſcopum, requiratur ſcientia, & acquieſcentia inferioris, *idem dicitur in deciſ.*128. *par.*11. *recentiorum*. Rurſus ſic dixit Sacra Rota in S. Angeli Lombardorum primo Iunij 1640. coram Pentingerio penes *ipſum* 23. *n.*9. & in Brixinię. Iuriſdictionis de anno 1653, coram eodem *Pentingerio penes ipſum* 467. *n.*15. *Spada cõſil.*128. *n.*6. *tom.*2.

Vide, benigne Lector contrarieta-
325 tem; ſed attende ad deciſiones prædictas diligenter, & ad dicta Doctorum accurate, & contrarietatę tolles. Inſpiciendum eſt enim, an inferior Prælatus Eccleſiæ ſit in quaſi poſſeſſione Iuriſdictionis dicti loci, an vero ſit vacans Eccleſia abſque poſſeſſore Iuriſdictionis
326 in ea; Si enim Eccleſia ſit vacans, & agitur de præiudicio eius, qui non poſſidet Iuriſdictionem, & tunc non requiritur ſcientia cum patientia eius, cui præiudicium generatur, ad acquirendam quaſi poſſeſſionem, ſed ſufficit, vt faciat actum ex iuris aſſiſtentia, *ita Poſtius d. lib.*40. *nu.* 20. ita vt cum Epiſcopus eſt in quaſi poſſeſſione viſitandi, ſeù exercendi actus iuriſdictionales, nulla exigitur ſcientia, & patientia inferioris, vt loquitur dicta deciſio, *in Adrian. Iuriſdictionis de anno* 1622. *coram Pirouano, qua eſt penes Poſtium de*

manu-

Digitized by Google

*manuten. dec.*310. *n.*8. *ita etiam Ferrenillus loco cit., & alij &c.* Si vero poſſeſ-
327 ſio non eſt vacans, ſed inferior eſt in quaſi poſſeſſione Iuriſdictionis, & tunc vt Epiſcopus acquirat quaſi poſſeſſionem, requiritur ſcientia, & patientia inferioris, de cuius agitur præiudicio, &c. *& ita loquuntur deciſiones allegatæ* 51.52. *et* 65. *penes Tamburrinum &c.* in quibus inferiores erant omnes poſſeſſores, nam in prima, Capitulum Eccleſiæ Aprutinæ à quinquaginta & plus annis erat in poſſeſſione, in ſecunda agitur de eadem cauſa Aprutina, in tertia Abbas Monaſterij Adrianenſis erat in poſſeſſione, ita etiam in deciſ. 167. penes Bicchium erat in poſſeſſione viſitandi Abbadiſſa S. Petri Puellarum Barchinonen. *vt patet in d. deciſ. præſertim n.*14. *et in his etiam terminis loquitur deciſio* 128. *par.* 11. *recent. vt patet n.*6. *in deciſione* 23. *apud Pentingerium*, Monaſterium, ſeù Abbas Generalis erat in poſſeſſione, vt patet *ſub n.*9. *ibi, quamuis Abbas Generalis tamquam reus, et poſſeſſor*, ita etiã erat poſſeſſor inferior in dicta *deciſ.* 467. *penes eumdem Pentingerium, vt liquet ex n.*7. *dictæ deciſionis, et optime Sacra Rota apud Em. Celſum*
328 *deciſ.*200. *in fine*; Et ratio à priori eſt, quia cum inferior eſt in poſſeſſione, agitur de priuando eo ſua poſſeſſione, quod fieri nequit, niſi hic patiatur, ſe priuari ſua poſſeſſione, vnde neceſſario requiritur eius ſcientia, & patientia, cum agatur de eius magno præiudicio, ex tali vero ſcientia, & patientia arguitur animus dimittendi poſſeſſionem, qui requiritur neceſſario, iuxta commune Doctorum placitum; at cum non poſſidet, nullum irrogatur præiudicium, nec priuatur aliquo iure ſibi ſpectante, vnde eius ſcientia, & patientia non expoſtulatur, & ſufficit tunc, Epiſcopum aſſiſtentia iuris fulgiri. Sed
329 poſt ſcripta vidi *Franceſ. de Eccleſia Cathed. cap.*30. *n.*283. vbi ita ſcribit, in hoc vero caſu, quando amittitur exemptio per contrarium vſum, illa ſolemnis reperitur differentia à caſu, quo inferiores præſcribunt contra Epiſcopum, quod in iſtis ſcientia, & patiẽtia requiratur Epiſcopi, & eã probare opus eſt, in illo vero nequaquam, ex ea ratione, nam cum hoc caſu Iuriſdictio redeat ad primeuã naturam, videlicet, ad Epiſcopum, qui intentionem habet fundatam à iure, etiam in Canonicos Eccleſiæ Cathedralis, & poſt pauca, contrarium autem procedit in inferiore, cui ius reſiſtit reſpectu Epiſcopi, cuius ideo ſcientia, & patientia requiritur, vt aduerſus eum procedat exemptionis præſcriptio, quæ tamen ſcientia, & patientia in capitulo non requiritur, ad amittendam exemptionem per contrariam præſcriptionem, *hæc Franceſ. qui citat Ludouiſium deciſ.*249. *Couar. reg. poſſeſſor.* 2. *par.* §. *initium n.*10. *Sanlegerium c.*61. *n.*13. *&* 14. Sed certe hæc doctrina eſt contra dictas Rotæ deciſiones, & contra rationem adductam.

Loquuntur autem deciſiones etiam
330 in poſſeſſorio ſummariiſſimo manutentionis, vt legenti patet, *ſed Rota penes Rub. par.*5. *tom.*2. *deciſ.*566. videtur expreſsè docere, quod non ſit neceſſario probare talem ſcientiam, quia in tali iudicio nudum factum attenditur, *& ita etiam Rota penes Poſtium deciſ.*628. *n.*13. *&* 214. *n.*2. *par.* 11. *recentiorum, Beltranus ad Ludouiſ. deciſ.*249. *n.*10. *Rota diuerſ. par.*2. *deciſ.*17. *& par.*1. *recent. deciſ.*685. Ad effectum enim mauutentio-
331 nis non attenditur iuſtitia, vel iniuſtitia poſſeſſionis, ſed ipſa detentio, & inſiſtentia. *Carill. deciſ.* 589. *Burat. deciſ.*904. *Redolph. in pract. par.* 2. *cap.*12. *n.*134. *ſolaque poſſeſſio de facto, Rota recent. par.*5. *dec.* 284. *nu.*11. *& par.*7. *deciſ.*188. *n.*10. *Redolph. loc. cit. merum factum attenditur poſſeſſionis l.*1. §. *huius ff. vti poſſidetis* §. *retinenda inſtit. de interdictis, Duran. deciſ.*407. *n.*4. *Redolf. loco cit. n.*166. *& dixit nouiſſime Rota dec.*256. *in fin. par.* 11.

Ex actuum autem multiplicitate, &
332 temporis diuturnitate præſumitur ſcientia, *Rota recent. par.*1. *deciſ.*685. *n.*4. *par.* 11. *Rota penes Bicchium deciſ.*194. *n.*7. *& dec.*267. *n.*23. quæ ſunt puntuales in hac materia, ſequitur *Oliuerius, Beltrarminus ad Ludouiſium dicta deciſ.*249. *n.*11. *late Poſtius d. ob.* 40. *nu.*29. *Gratianus c.*681. *n.*32. *& fuit doctrina*

Ab-

Digitized by Google

Abbatis in c.cum Ecclesia n.25. de causa poss. & proprietatis, & ex visitationibus
333 factis per inferiorem in locis existentibus intrà Diœcesim alterius præsumitur scientia Episcopi, cuius est Diœcesis, *Postius loco cit.n.*30. quia vnusquisque Episcopus tenetur scire omnia, quæ in sua Diœcesi peraguntur.

Non tamen sufficit sola scientia, &
334 patientia, absque temporis lapsu, nam in omnibus facultatibus ad acquirendum quasi possessionem, requiritur scientia, & patientia, siue prohibitio cum acquiescentia, & longeum tempus, *Menoch.casu* 160.*n.*10. *Guidon. Papa decis.*298.*Thes.decis.*16.*Grat.c.*564. *n.*52.*&* 53.*Rota recent.*1.*par.dec.*685.

Ad obtinendum tamen in iudicio
335 possessorio, sufficit vnicus actus non controuersus, qui causam scilicet liti non dederit. *Abbas in c. cum Ecclesia de caus.poss.ibidem; Ripa n.*9. *Couar. in reg. possessor.*2.*par. nu.*6. *Noguerol. alleg.* 28. *n.*137. *Gratianus c.*310. *n.*76. *Rota apud Cocc.decis.*52. *n.*1. *&* 276. *n.*5. *&* 354. *n.*9. *apud eumdem*: *Rota decis.*51. *num.*3. *par.* 11. *recent. apud Pentingerium decis.*15.*n.*3. *et* 391. *nu.*24. *par.*13. *recent. apud Richium* 290. *n.*31. *et alibi sæpe Postius obser.* 32. *nu.*16. *Emanuel Gonzalez in c.olim n.*4. *de restitutione spoliatorum*; Qui id intelligit, quando actus frequenter exerceri non possunt, sed
336 de rarò, secus quando frequēter exerceri possunt, nam tunc dicit, quod requiruntur plures actus continui, ad constituēdum in quasi possessione iuris incorporalis, hęc fuit doctrina
337 *Glossę in d.cap. cum Ecclesia Sutrina verbo Episcoporum*: illi autem actus in hac materia præferuntur, qui iuuantur, & roborantur iuris dispositione, ita vt in concursu actuum, Episcopi, inferiori præferuntur, & attenduntur magis actus facti ab Episcopo, quam facti ab inferiore, quia illi iuris communis assistentia fouentur, *Rota par.*11.*recent. dec.*304. *n.*26. *Ferrentillus ad Euractum decis.*219. *sub litt.A, Radolphinus in praxi par.*2.*c.*12.*n.*145.*et latius infrà*, scilicet in materia nostra visitationis, quando facta est aliqua visitatio, quæ non fuerit contradicta, sed pacifice, licet aliquæ fuerunt contradictæ, & protestatæ, illa sufficit ad constituēdum in quasi possessione Episcopum, *ut in dicta decisione* 304. *n.*27. *quæ fuit in Beneuentana iurisdictionis* 27. *Iunij* 1653. coram Zarate; licet cum omnes fuerint contradictæ, non constituunt Episcopum in quasi possessione,
338 *Rota penes Richium decis.* 194. *nu.*15. *et* 267.*n.*20. sic cum sunt equiuocæ visitationes, non constituunt in quasi possessione visitandi, vt in dicta *decis.*194. *n.*14. & ex visitationibus dandum esse Episcopo manutentionem,
339 *Rota par.*11.*recent.decis.*128.*n.*7. & possessio antecessoris iuris visitandi transit in successorem, quamuis non visitauerit. *Rota apud Em. Celsum dec.* 29. *apud Pentingerium dec.*189.*num.*4. *penes Richium* 194. *n.*3. *et par.*10 *dec.*150.

Cum autem locus aliquis pluribus
341 finibus circumdatur, tunc præsumptio currit, quod sit illius Diœcesis, cuius finibus magis adiacet, *l.adeo* §. *incola ff.de rerum dominio*: §. *incolæ il* 1. *instit.de rerum diuisione*, *Abb. in c.super eo n.*5. *de Parochijs*, *Bald. c.cum olim de præscript. Montanus de finibus c.*3. *n.*9. *et* 10. *et c.*83.*n.*2. *Rota penes Tamb.decis.*47.*n.*2. *Tamburinus tom.* 1. *disp.* 15. *quæst.*9. *num.*6. *Rota apud Post. decis.* 184. *num.*4. *vbi etiam allegantur decisiones quamplurimę.*

Episcopus loca exempta visitare de-
342 bet per se ipsum, *Merolla tom.*3.*disp.*7. *cap.*5.*de iurisd.Episcoporū dub.*13. *n.*214. *Fagnanus in c.procurationes n.*11. *de cens.*
343 *Barbosa alleg.*74.*n.*13.*et alij cōmuniter, et videtur indicare S.C.Trid.sess.*6.*c.*4. *de reformatione*; Attamen Sacra Congregatio ad petitionem nobilissimæ Religionis Hyerosolimitanę declarauit, posse Episcopum delegare huiusmodi visitationem locorum exemptorum, quando potest visitare personas Ecclesiæ etiam in dignitate Ecclesiastica non constitutas declarationem affert, *Squillante d.par.*1.*c.*3.*sub n.*18.*in responsione ad primum, & secundum dubium.*

Cum Episcopus visitat Ecclesias exē-
344 ptas (vel nullius cum potest) ad formam Sacri Concilij, *sine sess.*7. *cap.*8. *et sess.*24.*c.*9. *de reformatione*, non potest pro-

Digitized by Google

processus iudicialiter facere, & causas ordinarie cognoscere, eaque definire, pro vt ex pluribus rationibus, & argumentis probat eruditus qu. Fagnanus *in c.dilectus de rescriptis à n.26.vsque* 44. qui etiam affert declarationem Sacræ Congregationis 1. Februarij 1607., in qua præceptum fuit Episcopo Terracinensi, vt in visitatione Collegiatæ Ecclesiæ exemptæ contineret se intrà limites notissimos visitationis, itàut neque ad specialem inquisitionem descenderet, neque processus conficeret, nec sententias ferret; sed in his, quę ad morum correctionem, atque emendationem respiciunt, sine iudicij scriptu deueniret.

Ità & taliter Episcopus visitare potest, & tenetur quascumque Ecclesias
345 sitas in propria Diœcesi, subiectas, scilicet, iure Ordinario, exemptas iure Delegato, vt si ei resistatur in visitatione exemptarum, & repellatur à visitandi facultate, possit de facto resistentes absque monitione excommunicatione vim vi reppellando, iuxtà *Textum in c. dilecto de sentētia excōmunicationis in 6. Riccius par.2.decis.240.Gen.in prax.c.18. Squillante d.par.1. c.3.num.9. Barbos.alleg.74.n.22.Cucens.instit.maior l.4. tit.8. in principio à n.18. cum sequ. Pater Fragosius de regim. Reip. Christiana par. 2. lib.8. disp.19.§.6. n.21. Fuscus de visitatione lib.2. c.19. Sair. de cens. lib.1. c.12. n.26.Sperella decis.48.n.52.per textum in c.irrepræhensibilis de appellat. & alij.* Sed res hæc non sic sicco pede transeunda est, māiori enim indiget dilucidatione;
346 inspiciendum est primo; An Episcopus sit in possessione, seù quasi iuris visitandi, & hoc constet; tunc enim Episcopus, si ei obstaculum in visitatione ponatur, potest, & debet rebelles, & obstaculum prębentes excommunicare, nullo ordine seruato, *ad textum in c. dilecto vbi Doctores de sententia excommunicationis, in 6.* & si potest tueri suam iurisdictionem armis temporalibus, &
347 violentia, frangendo muros, *Inn.c.1. vers. item alia ratione, vbi etiam Abbas n.5.de immunitate, & in c.cum de electione, Menoch.consil.257.lib.3. Fuscus de visitatione, lib.2.c.19.n.1. Campanilis in diuers.rub.12.c.13.n.25.* quod tritum est,
348 eo fortius armis spiritualibus, quę proprie sunt Ecclesiasticorum, *vt dicitur in d.c.cum dilecto*, & quamuis regulariter excommunicatio sit ferenda monitione, & citatione præmissa, prout est statutum *in c.Sacro de sentētia excommunicationis c.1. eodem tit. in 6. & c.Romana, eodem tit.in 6.* attamen, quia hoc procedit regulariter cum Episcopus vt Iudex procedit, non tamen quando vt pars, iura sua, Iurisdictionemque
349 tuendo, claraque est tunc contumacia, in quam constituendum reum, requiritur alioquin citatio, & monitio; cessat ergo tunc finis, ob quem iura citationem exposcunt, & non obscure probatur, *ex text.in c.Romana de sent.excōmunicationis*, vbi postquā Innocentius Papa mandauit, ne absque monitione competenti feratur sententia excommunicationis, in vers. caueant, *excipit nisi mora in exhibenda satisfactione, vel culpa, seù offensa præcesserit, quibus merito ad iniungendam satisfactionem huiusmodi, & taliter prohibenda similia inducantur, aut alia rationabilis (quam in ipsis sententijs exprimant) causa subsit*, & etiam *ex dicto cap. irrepræhensibilis de appellationibus*, & ita præter citatos supra; *Felinus in c.cum sit Romana de appellat.n.16. & in cap.Sacro, concl.2.de sententia excommunicationis, & ante Felinum Io: Andreas Dominicus, & Francus in c.dilecto de sententia excōmunicationis in 6. Campanilis in diuers. iuris Canonici, rub.12.c.13.n.4. Fagnanus in cap.procurationes de censibus à n.31. cum sequentibus, Cucchus loco cit. & quamuis Vgolinus de cens.tab.1.c.18. sub num.12.* requirat vnam citationem; Actamen alij nullam requirunt, præsertim *Campanilis*, qui dicit nullam requiri, præsertim, si periculum immineret suæ Iurisdictioni, si monitiones præmitteret, & si non aduerterit, aut præcogitare valuit de impedimento; nam tunc certè nullam requiri monitionem, docet, & ità se vidisse obseruatum multoties testatur, atque ibidem formam Cedulonum in hac re emanatorum affert: Ego etiam sic practicatum vidi in Ciuitate Amalphitana à meo Prædecessore Vicario,

Digitized by Google

cario, quamuis hæc vera esse, ac firmitatem in iure habere semper arbitra-
351 uerim, verum considero, quod cum Episcopo fuit impedimentum illatum, ne visitationem perageret, iam delictum consumatum fuit, & præiudicium iam illatum, nec est aliquid aliud periculum in mora, ita vt obliget Episcopum ad statim ferendam excommunicationem, ne alias sibi præiudicium irrogetur; bene enim sibi succurrit, & tuetur suam iurisdictionem, si præmissa breui citatione rebelles, & eos, qui sibi impedimentum præstiterunt, excommunicet; non enim esse recedendū hoc casu ab ordine instituto, *in d.c. sacro* existimat doctissimus Couarruuias *in c.alma mater par.1. §.9. sub n.6. vers. hinc*, vbi postquam adduxerit opinionem Ioannis Andreæ Dominici, Franchi Lupi, Felin. Decij, & Antonij, asserentium pro defensione iurium posse fieri excommunicationem absque monitione, iuxta c. dilecto de sententia excommunicationis in 6. ait, hoc tribuentes Innocentio ibidem (*scilicet c. venerabili de censibus*) qui tamen contrarium sentit, dum subdit in hoc casu semper monitionem esse necessariam, quamobrem ego non video, quid in hac specie contingat, vt contingere possit, quod canonicam monitionem impediat, nisi id referatur ad proxime arctatas conclusiones; Vnde quamuis tot doctissimorum virorū authoritas maxima sit, non censeo, discedendum esse ab ordine instituto, *in d.c.sacro* 15. etenim qui res, & Patrimonium Ecclesiasticum occupauit, fortassis trina canonice monitus interpellatione ab offensa, & violentia abstinebit. hęc Couarruuias, &c. & ita quoque sētire videtur, sane doctus *Franciscus Merolla tom. 3. disp.7.cap.5 dub.13. sub n.216. vers. quo-*
352 *tiescumque, & optima est praxis, de qua Sperella loco cit. sub n.53. vers. & quamuis*, vt scilicet tunc prefigatur breuis terminus, vt inferior nihilominus desistat à resistentia, vel cōtradictione, sub pęna excommunicationis quo termino elapso, poterit procedere ad excommunicationis declarationem, & quod terminus debeat tunc esse breuis, quantum sufficit ad deliberandum, & non obscure insinuauit etiam *Cuccus loco cit. in fine num.20.21.22.& 23. & ita Farinacius in Fragm.quæst.1.verb.excommunicatio num. 28. in fine ac etiam Pac. Iord. tom.2.lib.7.tit.1. num.61.* licet Priorem sententiam in punto iuris inferiorem dixerit.

Certum tamen est, quod cum Epi-
253 scopus est in hac quasi possessione, si inferior appellabit, non tenetur appellationi deferre, nec illā admittere, aut ab excōmunicatione abstinere, nec tunc probationis oblatio iustificare poterit appellationem: *ad textum in c. cum inter canonicos de elect. & c. interposita de appellat. Abbas in c. venerabili n.3. de cens. vbi Butrius n.10. Campanilis loco cit. Cuccus loc.cit.nu.24. Fagnanus in d.c. procurationes de censibus in d.n.31. 32. 33.34.35. & 36.* qui rem late discutit, sicuti diximus supra, quod non est inhibendum Episcopo visitanti sub prætextu priuilegij exemptionis.

Vice versa, cum Episcopus non est
354 in quasi possessione visitandi, & de hoc constat, & tamen visitauerit, non obstante appellatione, expectandus erit exitus appellationis, ad discernendum, an sententia excommunicationis iuris habeat firmitatem, nam si constabit locum esse visitandum, valida erit excommunicatio, sin vero non esse visitandum, nulla erit sententia, per textum in *c. dilectus de religiosis domibus*, quia tamen ex iuris assistentia moueri potuit, ideo Episcopus non erit plectendus aliqua pœna excommuni-
355 cationem nullam proferendo, nisi dolus ei obijciatur, & probetur; *Fagnanus loco cit.n.37. & antè Fagnanum, Cuccus loco cit.n.26.27. & 28. qui alios citat.*

Cum vero non constat, neque de
356 possessione, neque de non possessione, sed dubitatur de ipsa, an Episcopus sit constitutus in ea, nec ne, tunc validitas censurarum à futuro quoque euentu pendet, nam si apparebit, Episcopum non fuisse in quasi possessione visitandi tempore excommunicationis, & locum esse plene exemptum, non tenebit sententia: interim vero tenet excommunicatio, & ei parendum est,

Digitized by Google

Fagnanus loco cit. n. 138. *qui n.* 39. dicit hæc etiam procedere, si Ecclesia sit extra Diœcesim, quia si Episcopus sit in quasi possessione, rata semper ma-
357 net excommunicatio, si hoc probauerit, sed si hoc non probauerit præsumptio, vel contra Episcopum stabit tamen præsumptio pro Episcopo, si locus sit intra limites Diœcesis situatus, *Fagn. loc. cit.*

Tandem notandum in hac materia,
358 quod visitationes factæ per Episcopum in locis sitis intrà Diœcesim censentur factæ iure ordinario propter iuris assistentiam, *Rota decis.* 128. *n.* 8. *par.* 11. *recent. & decis.* 304. *n.* 27. *eadem par.* 11. *Ferrentillus ad Burattum decis.* 578. *n.* 20. *attamen Rota in Beneuentana Iurisdictionis* 11. *Martij* 1654. *coram Pentingerio penes eumdem* 491. *num.* 12. quam vidi post scripta, dixit, quod vi-
359 sitationes factæ post Concilium non constituunt Episcopum in quasi possessione visitandi iure ordinario, quia dictæ visitationes possunt fieri iure delegato vigore Concilij, sicuti visitationes non probant iurisdictionem in locis visitatis, quia possunt esse factæ iure delegato, & sic æquiuoce, *Rota apud Tamb. decis.* 57. 59. *n.* 5. *&* 71. *n.* 14. *&* 65. *Ferrentillus ad Burattum decis.* 578. *n.* 20 *Spada consil.* 128. *n.* 5. *t.* 2. *Rota in Adrien. seù nullius Iurisdictionis* 28. *Maij* 1612. *coram Vbaldo penes Spada loc. cit.*

Post scripta habui nouissimam par-
360 tem 15. recentiorum, *& in decis.* 340. *n.* 10. 11. *&* 12. *dicitur*, visitationes probare situationem, licet possint fieri iure delegato, quando locus enunciatur in visitatione Diœcesis, vel visitationes sunt factæ antè Concilium, quia tunc iure ordinario præsumuntur factæ, & semper quod visitatur locus existens inter fines Diœcesis, visitatio præsumitur facta iure ordinario, decisio fuit in *Beneuentana Iurisdictionis* 9. *Iunij* 1666. *coram Beuilacqua, &c.*

In cap. 8. *sess.* 21. *de reformatione*, Sa-
362 crum Concilium mandat Episcopis, vt visitare debeant Monasteria, Prioratus, Abbatias, Præposituras, qualitercumque comendatas, etiam exemptas, in quibus tamen regularis obseruantia non viget, & beneficia, tam curata, quam non curata sæcularia, vel regularia qualitercumque commendata, iuxta dictum capitulum, & hoc potestate non ordinaria, sed delegata, circa quod decretum notandum est, quod cum Monasteria non sunt comendata, siue sint mendicantium, siue non mendicantium, non possunt visitari ab Episcopo, nam Monasteria regularium sunt exempta ab Episcoporum visitatione, *vt rectè Fagnanus in c. venerabili de censibus num.* 4. *&* 5. *Merolla loco cit. n.* 215. exceptis casibus, de quibus supra diximus, iuxta nouissima decreta,
363 emanata à S. Mem. Innocentio X. duo igitur, attento hoc conciliari decreto, requiruntur copulatiue, vt possit Episcopus Monasteria, Prioratus, &c. visitare: vnum est, quod dicta Monasteria sint comendata, alterum quod in eis non vigeat regularis obseruantia, ad quod se restringit Concilium, vndè si Monasteria sint commendata, vigeat tamen in eis regularis obseruantia, non possunt visitari ab Episcopo, *Fagn. loco cit. & in c. graue n.* 17. *de officio Ordinarij*: bene verum est, quod cum in eis
364 viget regularis obseruantia, debet Episcopus monere Superiores ordinum, vt corrigant suos subditos, eosque viuere faciant secundum eorum instituta Regularia, atque visitent, quod si Superiores negligentes fuerint in corrigendo, & visitando intrà sex menses, tunc Episcopus tamquam Sedis Apostolicæ delegatus visitare, & corrigere, non obstantibus priuilegijs, & exemptionibus quibuscumque, statuit idem Concilium loco citato, notant *Campanilis in diuers. rub.* 12. *c.* 13. *n.* 50. *Barb. alleg.* 74. *n.* 16. qui cum Armand. docet, posse Episcopum visitare illa Monasteria cõmendata perpetuo vnita alijs Ecclesijs, vel pijs locis, etiam si ipsa loca sint sub regulari protectione, hæc etiam docet, *P. c. Iordanus tom.* 2. *lib.* 7. *tit.* 1. *à n.* 103. *&* 14.

Excipit Fagnanus in d. c. venerabili,
365 nisi ista commendata subsint ordinis capitibus, nam tunc visitare ea non poterit Episcopus, sed visitanda ab ipsis ordinis capitibus, ex decreto eiusdem

dem Sacri Concilij *seſſ.*25.*cap.*20. Verum enim eſt, quod ibi Concilium dicit, quod comendata ſunt viſitanda ab ordinis capitibus, ſed concilium non loquitur de commendatis, in quibus regularis obſeruantia non viget, vti loquitur in *d.c.*8. *ſeſſ.*21. ſed ſimpliciter dixit, quod comendata Monaſteria viſitentur ab Abbatibus, qui ſunt ordinum capita: ſed aduerte attentè,
366 quod *Sacr.Cõcil.in d.c.*20. ita loquitur etiam ſi comendata exiſtant, quæ cum ordinum ſuorum capitibus ſubſint; declarat Sancta Synodus in ijs, quæ alias de viſitatione Monaſteriorum comendatorum definita ſunt, non eſſe comprehenſa, teneant quicumque prædictorum ordinum Monaſterij præſunt, prædictos viſitatores recipere; vnde in cap. declarauit Sacrum Concilium, quod comendata Monaſteria, quæ ſubſunt ordinum capitibus non comprehendi ſub alijs decretis de Monaſterijs comendatis, quare credo, quod recte Fagnanus fecit dictam limitationẽ.

Et quoad Monaſteria, quæ generalibus capitulis non ſubſunt, adeſt aliud decretum Sacri Concilij *ſeſſ.*25.*c.*8. *de regularibus*, ad quod remitto lectorem.

In quantum ad *cap.*8.*ſeſſ.*22.*de refor-*
367 *mat.* in quo decreto Sacrum Concilium dat facultatem Epiſcopis viſitandi omnia Hoſpitalia, Collegia, Cõfraternitates laicorum, dummodo non ſint immediate Regum protectione, & omnia loca pia, etiam ſi cura ad laicos pertineat, & etiam ſi pia loca exẽpta ſunt, poteſtate tamen delegata, vt ibi clare legitur. Notandum eſt, quod Hoſpitale nouiter fundatum viuente fundatore viſitari non poteſt ab Epiſcopo, niſi ſit fundatum authoritate ipſius, *Cocchier. de Iuriſdictione in exemptos par.*1.*q.*31.*n.*4.*Barboſa alleg.*75.*n.*3. vel ſi formam Eccleſiæ contineat, vel altare pro celebratione miſſarum, ad quod requiritur Epiſcopi authoritas, tunc enim Epiſcopus viſitat, qua de re late *Merolla tom.* 3. *diſp.*7. *c.*5. *dub.*14. *Trentacinquius variarum reſolutionum lib.*1.*tit. de reſcriptis reſol.*4. *Brunus in verbo Hoſpitale, Flores variarum lib.*29. *c.*1. *n.*179. *Guttierez canonic. quæſt.lib.*1. *c.*35.*n.*29. *Maſcard. de probat. conſil.*869. *Velaſ. conſil.*105. *n.*28. *Genuenſis in prax. c.*17. *idem Barboſa d.allegat.*75.*n.*3. *Garſia de beneficijs par.*5.*c.*1.*n.*601. *& alij penes iſtos*, ſemper præſumitur Epiſcopi authoritate fundatum, præſertim ſi formam Eccleſiæ contineat, *Maſcard.concl.* 1316. *Gratianus c.*34. *Barboſa loco cit.n.*5.

Imo etiam ſi Epiſcopi authoritate
368 non ſit erectum Hoſpitale, poterit Epiſcopi nihilominus viſitare, ac videre, an ſecundum voluntatem Teſtatoris opus adimpleatur, ſufficit enim, vt opus pium ſit ad hoc, vt Epiſcopus ingerere ſe poſſit, & viſitare quamuis nec Altare, nec Eccleſia ibi ſit, *Barboſa loc. cit.n.*7. *Azorius par.*2.*lib.*3.*c.*40. *queſt.*12.

Sed quid, ſi teſtator, ſeù inſtitutor
369 Hoſpitalis in fundatione, ſeù inſtitutione, ſiue teſtamento prohibuiſſet, ne Epiſcopi viſitationi ſubiectum ſit, ſiue ne Epiſcopus ſe intromitteret. Negatiuam partem, ſcilicet tunc non poſſe Epiſcopum viſitare, tenent *Garzia de benef. par.*1. *c.*20. *n.*98. *&* 104. *qui dicit ita declaraße Paulum V.*7. *Aprilis* 1606. *in vna Abulenſi, Ricc. collect.*1227.1228. *& par.*4.*reſol.*564. *&* 572. *Rota apud Farinac.par.*2.*deciſ.*33. *Carolus de Graſſis d.off. clericatus eff.*1. *n.*610. *Maranta controuerſ.reſp.*20.*n.*16. *per textum in c. verum de cond.app. Diana par.*1.*tract.*1.*reſol.*83. *verſ. ſed quicquid*, qui dicit ita declaraſſe Sacram Congregationem.

Contrariam ſententiam tenẽt Duar-
370 dus in Bulla Cœnę Domini, *lib.*2. *can.*15.*quæſt.*7.*n.*16, *Zerola in praxi Epiſcopali par.*1.*verſ. Hoſpitale n.*2. *Marta de Iuriſdictione par.*4. *cent.*2. *caſ.*88. *nu.*14. *& caſu* 113. *n.*31. *Fuſcus de viſitatione lib.*2.*c.*12.*n.*708. *Barboſa dicta allegat.*75 *n.*7. *Nauar. conſil.*3. *ſub tit. de Religioſis domibus*, & non poſſe Teſtatorem præiudicare Iuriſdictioni, & authoritati Epiſcoporum, & prohibere, ne Epiſcopus ſe intromittat in rebus pijs, accurate defendit dictus Couarruuias in *c.ſua noſ.n.*6. *&* 7. *de teſtamentis, & late Valaſcus conſult.*106.*n.*57. limitat tamen Barboſa, niſi hoſpitale ſit mere laicale,
371 quia tunc Teſtatore nolente, Epiſcopus non poteſt ſe intromittere, atque idem Doctor ſub n.9. declarationem

Digitized by Google

Sacræ Congregationis intelligendam esse de Hospitalibus, & Confraternitatibus, quæ à Laicis reguntur, quasi mere laicales, in quibus piæ dispositiones non adsunt, vel de locis pijs hospitalitatis causa priuatim institutis, Contra quem Diana, *loco cit. vers.* 3. expleditur Augustinus Barbosa, dicens, sed miror Barbosam, alias virum doctum, sic leuiter in hac materia loqui, nam declarationes Cardinalium loquuntur de hospitalibus omnibus in communi, & absolutè, & sine vlla distinctione, & in quibus piæ dispositiones adsunt, & erectæ sunt cappellæ cum onere missarum, vt patet in illa declaratione, facta in causa Hospitalis de Holmedo Ciuitatis Abulensis, & multis alijs. hæc Diana, qui reprobat etiam Zerolam loco cit. asserentem, intelligendam esse declarationem, quo ad visionem computorum, non Ecclesiæ,
372 quia dicit Diana, S. Congregationem loquutam esse etiam de visitatione. Vtramque opinionem probabilem existimo; attamen potius adhererem opinioni asserentium, non obstante tali prohibitione, posse Episcopum visitare, cum opus pium exercetur in hospitale: hæc enim prohibitio habetur pro non facta, nec subsistenda est contra Episcoporum ordinariam iurisdictionem, & Ius præsertim nouissimum Sacri Concilij, ex multis bene visis causis, statuit, Episcopum visitare debere hæc loca, quamuis exempta, nihil tamen certum affirmo. Limitant tamen multi Doctores primę sententię, nisi exequtores essent negligentes in exequendo opus pium, vide *Dianam, et Thomam del Bene de Immun. Eccl. tom.* 2. *c.* 10. *dub.* 6. *sect.* 11. qui dicit, quod so-
373 lum in casu negligentiæ possunt visitare quo ad ea, quæ ad hospitalis Gubernationem pertinet, quo ad vero ea, quæ diuinũ cultum, & ornamenta, quia spiritualia sunt, semper poterit visitare, *idem n.* 15. *& nouissime de Luca l.* 3. *de Iurisdictione discursu* 40.

Sed quid, si in fundatione Episcopus
375 concessisset hanc prærogatiuam? Adsunt pugnantes sentẽtiæ, quas apud citatos Doctores videre poteris, omnes enim citati tractant hanc quæstionem; existimo enim in limine fundationis posse concedere Episcopum aliquam prerogatiuam, etiam contra ius; vide *Dianam loco cit. in fine resolutionis, & Thomam del Bene loco cit. et puntualis est decisio penes Gregorium XV. à n.* 12. in qua dicitur, posse hoc Episcopum facere in sui successorum præiudicium, *Illustris. de Luca lib.* 3. *discursu* 41. *n.* 7. *Pac. Iord. tom.* 2. *lib.* 7. *tit.* 9. *n.* 21. *et generaliter loquendo, dixit quoque Rota penes Buractum decis.* 21. *n.* 3. *apud Royas dec.* 294. *n.* 19. *et* 2. & est Textus ita in c.
377 nobis iuncta Glosa verbo nisi, de Iure patronatus; Aduertẽdum tamẽ est, quod hæc potestas visitandi hospitalia, & hæc pia loca concessa, Episcopus non est priuatiua, quo ad cæteros Ministros *Barbosa loco cit. n.* 15. Item notandum est, quod quamuis Sacrum Concilium derogat priuilegijs, quo ad visitationem Hospitalium; attamen secus est,
378 quando exemptio hæc esset vigore contractus, vt dicit *Illustris. de Luca lib.* 3. *de Iurisdictione discursu* 41. *contra Pasqualinum decis.* 88. vel quando in limine fundationis esset cautum, quod ordinarius non se immisceat, vt dicit *Thomas del Bene loco cit. n.* 13. qui etiam dicit, quod si in limine fundationis Hospitalis, vel loci pij sit solum concessa exemptio generalis, non tam particularis à visitatione, & compotum visione, possunt semper Episcopi visitare, & videre computa, quia debet esse specialis, nisi adesset particula, omninò, *vide ipsum à n.* 27. *cum sequentibus, ac Pac. Iord. d. tom.* 2. *lib.* 7. *tit.* 9. *per totum.*

Quæ autem dicantur hospitalia sub immediata Regum protectione, quæ concilium subtrahit ab Episcoporum visitatione, vide *Martham par.* 2. *c.* 18. *de Iurisdictione, Fuscum de visitatione lib.* 2. *c.* 12. *Zerolam in praxi, par.* 1. *verb. hospitale, Franciscum, Leo in Thes. for. Ecclesiastici par.* 4. *n.* 96. *Bouadilla in sua politica, lib.* 2. *c.* 17. *Barbosam loco cit. n.* 16. *cum sequentibus*. Neapoli sunt nonnulla hospitalia, vt Sancti Iacobi nationis Hyspanæ, SS. Annunciatæ, & Incurabilium, &c.

In eodem Concilio datur potestas Epi-

Digitized by Google

379 Episcopis visitandi Confraternitates laicorum, in quibus opera pia exercentur, de quibus late Fuscus *lib. 2. c.14. Mat. cent. 2. casu 113. Castillus lib. 1. de vsufr. c. 54. Garsia par. 5. cap. 1. nu. 606. Vgol. de potestate Episcopi, c. 11. Barbosa loco cit. à n. 22. & alij plenè congesti à Consil. Ioseph de Rosa meo germano in consul. 10 num. 38.* etiam si Episcopi authoritate erecta non sint hæc pia loca, etiam laicalia, & priuata; *Marta de Iurisd. c. 18. num. 5. par. 2 Barbosa de iure Ecclesiastico c. 14. n. 49. Rosa d. consul. 10. sub nu. 4.* sub
380 hac tamen differentia, quod vbi confraternitas, vel alter pius locus est erectus cum authoritate Episcopi, visitat omnia, spiritualia, & non spiritualia, & profana, quia locus omnimodè Ecclesiæ iurisdictioni subicitur: cum verò non est erectus cum authoritate Episcopi, tantum spiritualia visitabit Episcopus, *Rosa loco citato, qui alios citat*; Quã-
381 do autem Confraternitas, vel locus pius dicendus sit erectus sub potestate Episcopi; latè dixerit idem Regius Cõsiliarius loco citato, quem vide, nè eius scripta vsurpem, qui docet etiam, quod Episcopus potest exigere rationes computorum pluries in anno, si necessitas
382 vrgeat, partitas computorum expungere, vel reicere, ac cogere administratores ad restitutionem, siuè ad soluendum.

Et Episcopus potest visitare has Cõ-
383 fraternitates etiam si essent cõstructę intus Ecclesias Regularium, non tamèn quoad altaria, & Cappellas, *Barbosa loco cit. n. 13. ad num. 22. cum seq. plenissimè Zerolla loco cit. §. visitatio, Gèn. in prax. cap. 21. Ciarlin. c. 65. Squillante d. c. 3. num. Cespedes cap. 15. dub. 235. Franciscus Leo p. 3. c. 2. nu. 118. Pac. Iordan. d. lib. 7. tit. 12.*
334 *nu.* 40. & alij. Si tamèn Episcopus esset in possessione visitandi etiam altaria, & Cappellas, vtique hoc facere poterit, *Ciarlinus, Cespedes, Leo, Squillante locis*
384 *citatis*: & aduertendum, quod quamuis Pius V. Constitutionẽ ædiderit pro confraternitatibus, vt non possint visitari, illa constitutio fuit reuocata per Gregorium XIII. notant *Tuscus lib. 4. cap. 2. Cespides loco cit.*

Sicuti autem hospitalia, quæ subRe-
386 gum immediata protectione sunt, nõ visitantur ab Ordinario, ità nec Confraternitates, communi Calamo scripserunt Doctores citati; sub immediata tamèn Regum protectione locum esse, tunc dicendum est, quando in creatione, seù erectione ipsius loci, expressè dictum est, vel actum, vt sub immediata Regum protectione constitueretur, Consiliar. de Rosa *dicta consult. 10. n. 39.* qui alios citat.

An autem cum visitantur Laicorum
387 Confraternitates, contribuere teneãtur solutioni procurationis, seruandam esse consuetudinem; Respondit Sacra Congregatio in vna Dertonen. 4. Maij 1652. de qua *Pignatellus tom. 1. cons.* 388.

Ordine continuato succedit dispositio Sacri Concilij *sess. 24. cap. 9. de*
388 *reformat.* in quo decreto potestas data Episcopis visitandi loca exempta existentia intrà limites suarum Diœcesum, extenditur ad ea, quæ nullius sunt, vt scilicet ab Episcopo viciniore, seù proximiore, visitari possint, & debeãt; hoc caput Tridentini maxima indiget dilucidatione; & in primis vicinior, seù pro-
389 ximior intelligitur, non respectu cuiuslibet loci, sed respectu Cathedræ Episcopalis, vt clarè indicat Sacrum Concilium in dicto decreto, ibi, *Cuius Cathedralis est proximior, & ità vicinitatem, seù proximitatem*, non esse constituendam ex locis, sed ex Cathedralibus, communius scripserunt nostri Doctores.

Secundò notandum est, quod Pro-
390 sper Fagnanus *in cap. nullus de Parochijs num. 12.* docet, quod tribus modis potest cõtigere, quod locus sit nullius: primo origine, secundo priuilegio, tertio præscriptione; in quantum ad primum modum docet, quod Dionysius Papa non diuisit Diœceses, sed Ecclesias singulas assignauit singulis; in diuisione tamen, seù assignatione, multa loca remanserunt extrà limites cuiuscumque Diœcesis Episcopis assignatæ, quæ eo-
391 rumque adiecentia, vni, aut pluribus Diœcesibus, tamẽ in nullius finibus apparebant inclusa, & hæc ab iuitio fuerunt Sedis Apostolicæ immediatè subiecta. *c. nulla ratione 93. dist. Abb. cap. nouit*

uit num.15. de iudicijs, donec constitutis ibi Ecclesijs, seù Monasterijs, Pontifices Abbates deputauerunt, qui illis præessent, & iurisdictionem loco Episcoporum in Clerum, & populũ exercerent, *cap.1.de verbor.signif.in 6.* & de ijs dicit Fagnan. quod loquitur textus *in cap.felix 16.quæst.1.* & dicta loca non dicuntur exempta, quia exemptio supponit subiectionem, hęc autem numquã fuerunt subiecta. Secundo modo priui-
392 legio; & quidem hoc dupliciter contingere potest, primo per suppressionẽ Episcopatus, vt in Ecclesia Cassinensi, secundo per dismembrationem Territorij, quando scilicet Sedes Apostolica separat certum Territorium ab aliqua Diœcesi, atque in eo constiterit inferiorem Prælatum cum iurisdictione quasi Episcopali in Clerum, & Populũ, excluso Episcopo, & per hoc constituitur inferior in statu nullius, iuxtà *Glosam in Clementina 1. verb. Diœcesanis in fine de vita, & honest.Clericorum*, & si ista dismẽbratio fiat in extrema parte Diœcesis, territorium sic dismembratum remanet extrà fines Diœcesis: sin autem fiat in interiori parte Diœcesis, tunc locus sic dismembratus remanet intra
393 illius Diœcesis, à qua priuilegio Apostolico est dismembratus. Tertio verò modo dicitur nullius, Prescriptione, vt cum inferior præscriptione immemorabili in certa Diœcesis parte, tamquam in proprio Territorio exercet omnimodam iurisdictionem quasi Episcopalem in Clerum, & Populum priuatiuè quo ad Episcopum, *c.auditis de præscript. Anch.in c.cum Episcopus vers.per alium de officio ord.in 6. & ibi Io: Andr.* licet contra sentiat *Hostien.in cap.cum contingat de foro competenti nu.1. & ibi Butrius, & Abbas* existimantes, non posse inferiorem hoc præscribere, nam esset monstrũ, vt duo capita sint eiusdẽ corporis, hæc *Fagn.loco cit.à n.12.vsq; ad 22*

Sed Illustrissimus de Luca reproba-
394 uit doctrinam Fagnani, in quantum ad primum modum, dicit enim, & benè, quod in primitiua Ecclesia omnes Ecclesiæ, omniaque loca, nulla data discretione, secularium, & Regulariũ, vel subditorum, & exemptorum, erant sub Episcopis, & quod non erat aliquis in vrbe locus, qui sub Episcopo in aliqua Diœcesi non esset; quia in illis primitiuæ Ecclesiæ temporibus non erat vsus exemptionum.

Ipse tamen D. de Luca docet, quod
395 tres sunt species Prælatorum siuè secularium, siuè Regulariũ: primam speciem esse, dicit, Abbatiuum, seù Priorũ, aliorumque superiorum, in suis respectiuè Monasterijs, Conuentibus, vel domibus Regularibus in Ciuitate, vel Diœcesi existentibus cum exemptione ab Episcopo, quod etiam habetur in plerisque primis dignitatibus Ecclesiarum, vt est Prior Barij; hos nullum Territorium habere, dicit, nisi in quantum se extendit Monasterij, Prioratus. & Cõuentus ambitus, in quo ambitu dicitur constituere Territorium, & extrà dictum ambitum iurisdictionem esse in personas sibi subiectas, imò Territoriũ locumque esse in Diœcesi, sed non de Diœcesi ob exemptionem. Alteram, &
396 secundam Prælatorum speciem assignat, habentium iurisdictionem spiritualem, etiam in Clerum, & Populum secularem alicuius loci, cum aliqua impropria Territorij distinctione, quantum scilicet respectiuè illius loci particulares, seù temporales fines prætendunt, adhuc tamen continuantes in Diœcesi, ità vt huiusmodi Prælatorum iurisdictio compatibilis remaneat cum Episcopo, & lege Diœcesana, vel per concursum cumulatiuum, vel cum aliquorum actuum distinctione, vel sub ordinatione, iuxta *c.auditis de præscript. de quibus loquitur Tridentinum sess. 25. cap.20. de reformatione*, & huiusmodi loca esse in Diœcesi; Tertiam speciem
397 assignat, illorum Prælatorum, qui vno, vel pluribus locis, alias iuxta dictam antiquam diuisionem in Diœcesi, & sub Episcopo existentibus, plenam, & omnimodam iurisdictionem, & quasi Episcopalem priuatiuè, quoad Episcopum habent, mediante Territorij separatione; ità vt constituere dicatur nouum Territorium stans de per sè tamquam Diœcesis species eiusdem Prælati, quæ nullius dicitur, & istos verè Ordinarios esse dicit, atque sub Ordinario-

Digitized by Google

uariorum nomine venire, neque ſubiacere illi iuriſdictioni, de quo *Trid.ſeſſ. 25.cap.20.de reformat.* etiã quo ad actiuã iuriſdictionem in dictis caſibus delegatam ſupra, Prælatos inferiores intrà eorum limites exiſtentes iuxtà deciſionem *Eminen.Octob. 82. & latè Fagn. in c.accedentibus de exceſſ.Prælati à nu.20. cum ſeq.* & hos habere cognitionẽ cauſarum matrimonialium, aliaque conceſſa per Tridentinum Ordinarijs, nèque differre ab Epiſcopis, præter quam circa ea quæ ſunt ordinis, & exceptis aliquibus caſibus; hæc eſt doctrina eruditi Domini de Luca *in diſcurſu 1.n.8.9. 10. lib.3. de iuriſdictione.*

Tertio notandum eſt, quod ex dictis
398 tàm ex Fagnano, quàm ex D.de Luca, ex alijs infrà citandis, locus nullius poteſt eſſe intrà limites alterius Diœceſis, hoc enim non implicat, vt optimè etiam dixit Locterius *loco ſupra citato*, & vt diximus deducitur clarè ex Sacro Concilio Tridentino, ità etiam docent *Gerlezon.conſil.142. in principio, Ciarlin. controu. 219. num. 84. tom.2.* & dixit quoq; *Sacra Rota in Montis Caſſinen. iuriſdictionis 27. Martij 1651. coram Bichio n.13. dec.373.par.11. recent. & penes ipſum 459. Rota in Roſſanen. exemptionis 20. Aprilis 1640. coram Carrillo penes ipſum 149. ſub nu.3. Idem D. de Luca diſcurſ.10. n.2. & 8.* vbi hoc intelligendum eſſe, ait, impropriè, &
399 alibi ſæpè repetit, & horum priuilegia reſtringi, quod perſonas exiſtentes intrà ambitum loci, non tamen inferri poſſe, dicit, ad conceſſionem Territorij, in quo viuit Clerus, & Populus ſecularis cum actiua iuriſdictione in iſtum acquirendo qualitatem paſtoris cum ouibus in ſuo Territorio depaſcentibus, in qua circumſtantia totus eſt huiuſmodi controuerſiarum punctus, cuius ratione hæc priuilegia exemptiua ipſorum Monaſteriorum, vel Eccleſiarum, quantumuis ampla, & prægnãtia in propoſito nullius remanent operationis, quia punctus non eſt im exẽptione paſſiua, ſed iuriſdictione actiua in Territorio non ſuo, & in populum non ſuum. hæc ſunt verba Domini de Luca, ſed notaui, quod in dicta deciſione Montis Caſſinen in *d. n.* 13. dici-
400 tur, quod locus nullius, licèt ſit intrà limites alterius Diœceſis, attamen verè, & propriè dicitur nullius, & conſtituat Territorium ſeparatum non impropriè, vt legenti patet *n.12.& 13.*

Quarto notandum eſt, quod licet
401 Fagnanus in *c.ſignificaſti num.18.* de Officio Archidiaconi, dicat, quod idem omninò importat eſſe nullius Diœceſis, & habere proprium Territoriũ, ad quod citat *Gloſam in clem.1. de foro competenti, & ibi Zabarellam, & Imolam, Vital. & Abbatem in dicta clement.* attamen reuera longè diuerſum eſt, eſſe, & habere Territorium ſeparatum, nàm habere Territorium ſeparatum, importat etiã habere iuriſdictionem actiuam in ſubditos, ſeù Populum, quod non ſemper importat eſſe nullius, nàm quandoque
402 eſſe nullius ſolum includit exemptionem paſſiuam, & actiuam dumtaxat in perſonas intrà ambitum exiſtentes, non autem in Populum, & oues exiſtentes in Territorio, quod ſemper includitur in Territorio ſeparato, & iuriſdictione quaſi Epiſcopali, vt rectius loquitur Dom. de Luca. Valet enim dicere, omnis, qui habet Territorium, diſtinctum, eſt nullius, ſed non è contra, ſi ſtrictè loqui velimus: de his habemus multas Sacræ Rotæ deciſiones, & omnibus relictis, ne nimia prolixitate arguamur, ſatis ſit afferre deciſionẽ in Roſſanen. exemptionis 7.*Iunij 1641.coram Carrillo penes ipſum 181.* nam licet in duabus antecedentibus deciſionibus eiuſdem cauſæ, nempè in vna 27. Ianuarij 1640. coram eodem, & penes ipſum 145. in altera 22. Iunij eiuſdem anni coram eodem, & penes ipſum 159. fuerit dictum, Abbatiam ſub titulo Sanctæ Mariæ del Patire Roſſanen. Diœceſis eſſe pleniſſimam exemptam, & nullius, attamen prorſum in dicta deciſione 181. quamuis fuerint confirmatæ præcedentes deciſiones, tamen in fine n.10.& 11 fuit dictum, Abbati non competere iuriſdictionem in Populum, & moti fue-
403 runt iſti Patres, quia dicta iuriſdictio in priuilegio conceſſo Abbati non fuit adempta Ordinario: nec ab exemptione conceſſa Abbati inferri poterat ad

exem-

Digitized by Google

exemptionē Populi à lege iurisdictionis ordinariæ, & ex vno non sequitur aliud nec de vno ad aliud infertur, vt ibi plenius dicitur; & ità quoque fuit per Rotam firmatum *in dec.*218. *nu.* 20. *apud Royas*, *&* 324.*par.*1. *recent.& decis.* 70.*num.*29. *&* 30. 334. *num.*20. *par.*13. *recent. apud Eminen.Octobonum decis.* 82. optimè *D.de Luca discursu* 1.*num.*20. *lib.* 3.Ad constituendum enim Territorium
404 separatum opus est, vt per priuilegium, nè dum eximatur locus, verum etiam separetur ab Episcopi iurisdictione, ac etiam à denominatione, & situatione Diœcesis, & concedatur inferiori cum iurisdictionis exercitio in Populum, & Clerum, ità vt inferior se gerat tanquā Ordinarius illius loci, alias non constituitur Territorium separatum, nec Episcopo censetur adempta, seù nulla iurisdictio.*Geminianus in cap.*2.*vers.quero de constit.in* 6. *Io: Andr.in cap.nimis de iureiurando, Anch.in cap.postulasti num.*4. *de foro competenti*, *Fagnan.in cap. significeasti de officio Archidiaconi n.*17. *Magistralis est decisio in Squalacen.iurisdict.*4.*Martij* 1616. *coram Martino Andrea penes Tabur.* 69. vbi abundè, *Rota in Toletana iurisdict.* 21. *Maij* 1660. *coram Beuilacq.* 483.*num.*13.*p.*14. *rest.& dec.*99. *eadem par.*14.*& dec.*235.*& dec.*70.*n.*21.*&*334. *n.*20.*p.*13.*recen.*& verba debent esse clara, & indubitata, vt indictis decisionibus,*& D.de Luca discurs.*1.*n.*12.*lib.*3. *de*
405 *iurisd.*& optimè *Loclerius in d.l.*1.*q.*24. cuius doctrinā supra retulimus. Duo
406 quippè necessaria sunt ad constituendum Territorium separatum, & distinctum; primū vt inferior habeat tanquā proprium Territorium locum illum: secundum, vt ibidem exerceat iura Episcopalia, ex Papæ priuilegio, auulsa, & abdicata protinus iurisdictione ab Episcopo, vt in allegatis decisionibus, & in *Calaguritana iurisdictionis* 26. *Junij* 1604. *coram Ortembergo penes Tamb.* 46. Nec sufficit habere aliquē districtū
407 separatum, in quo possit exercere iurisdictionem, sed necesse est, vt illum habeat tamquam proprium territoriū, ità vt faciat, & constituat separatum Territorium, & in eo omnem iurisdictionis exercitium, vt dicitur in dicta *decis.* 46. *penes Tambur.* ad tradita per *Abbatem in conimis de iureiurando*: Sicuti
408 cū eximitur tantū locus, seù Monasterium, & non Populus, & Clerus, inferior tantum dicitur habere iurisdictionem in personas, & non in locis, vt dictū est per textum *in cap.per exemptionē de priuilegijs in 6.vbi Geminianus num.*5. *Francus n.*3. *vers. quippè.*

*Io: Anchar.n.*3.*vers. quarto nota Rota penes Tambur.*55. *num.*7. & magistralis est decisio *in allegata Rossanen.*181.*in fine*, & acuratissimè *D.de Luca loco citato*, & habemus obseruantiam in Insula Meleuitana, in quāuis Monasteria sint exempta, attamen Magnus Prior, seù Magister non habet iurisdictionem in populum, & Clerum, sed Episcopus Meleuitanus, à quo non fuit auulsa iurisdictio.

Nec ex quo aliquis inferior habet dominium temporalem, seù iurisdictio-
409 nem temporalem in aliquo loco indè inferri potest ad Territorium distinctū spirituale, & ad iurisdictionem quasi Episcopalem in dicto loco; hæc inter se sunt valdè diuersa, nihilque commune habet iurisdictio temporalis cum spirituali, ad textum *in cap.*1. *iuncta glosa in verbo locis de Religiosis domibus, Rota dec.*55. *n.*12. *penes Tamburinum*, *& dec.* 70.*num.*52.*p.*13.*recent.Rota in S. Angeli Lombardorum* 10. *Februarij* 1640.*coram Pentingerio penes ipsum* 12.*num.*3. *et dec.* 334. *num.*16.*par.*13.*recent. D.de Luca discurs.*1.*num.*16. *&* 17. *lib.*3. *de iurisdict.* & conducit idem exemplū Insulæ Meleuitanæ, sicuti ex terminis iurisdictionis laicalis non infertur ad terminos
410 iurisdictionis Ecclesiæ, *Felinus in cap. cum causam de probat. num.*12.*vers.secundo scias*, *Hostiensis in cap.super eo nu.*3. *de Parochis*, *D. de Luca discursu* 3.*n.*15. quia termini percutiūt dominium tempora-
411 le, cum vero iurisdictio temporalis coniungitur cum spirituali, tunc facit Territorium distinctum, & separatum, vt dixit Sacra Rota in *d. S. Angeli Lombardorum penes Pentingerium* 12.*nu.* 27. *&* 28.

Et nota, quod benè potest stare quod aliquis nullius, siuè Monasteriū,
412 siuè Abbatia sit dumtaxat exempta,& con-

Digitized by Google

constituta intra limites alterius Diœcesis, & ibi Prælatus non constituat Territorium distinctum, verum habeat alia membra alibi existentia, & in dictis membris, seù locis extrà situatis constituat territorium indistinctum, & separatum cum Iurisdictione, quasi Episcopali, *Rota decis.* 181. *n.* 13. *par.* 12. *recentiorum.*

Restat nunc cribrare, an verum sit,
413 quod absolute *Fagnanus in d.c. nullius tradit*, nempè præscriptione, dici locum nullius, seù quod inferior possit acquirere locum nullius præscriptione; Æquidem *Hostiensis in c. cum contigat de foro competenti sub n.* 1. *ibidem Butrius n.* 10. *&* 11. *Abbas n.* 18. *&* 19. videntur apertè tenere, quod inferior Prælatus non potest acquirere Territorium, seù Iurisdictionem Episcopalem in aliquem locum existentem intrà limites alicuius Diœcesis, quia esset hoc monstrum, nam essent duo capita eiusdem corporis, & ad summum possit acquirere Iurisdictionem, habitu saltem subordinatam Episcopo, vt inferior habeat actu, Episcopus autem habitu, & quod contraria præscriptio esset irrationabilis, prout hoc expresè tenuit *Rota in Constātien. Iurisdictionis* 18. *Maij* 1611. *coram Ortembergo penes Tamb.* 55. *n.* 13. 14. *&* 15. *& dec.* 47. *in fine penes eumdem Tamb. & nouissime in Toletana Iurisdictionis* 21. *Maij* 1660. *coram Beuilacqua* 221. *n.* 7 *par.* 13. *recent. Grat. c.* 212. *n.* 16. *& facere potest textus in c. cum non liceat de præscript. & c. cum inter de consuetudine*; ac etiam obstat, quia solus
414 Papa potest concedere territorium separatum, & Iurisdictionem quasi Episcopalem, *Hostiensis in c. dilecto de officio Archid. sub n.* 24. *& cum contigat de foro competēti n.* 1. *&* 2. *ibidem, Abbas Antonius de Butrio n.* 11. *Bellamera n.* 15. *Locterius d. quæst.* 24. *n.* 155. *Tamb. tom.* 1. *disp.* 15. *quæst.* 9. *n.* 8. *Rota recent. par.* 1. *decis.* 324. *& decis.* 46. *n.* 6. *& dec.* 47. *n.* 29. *& decis.* 50. *n.* 10. *& decis.* 55. *n.* 2. *& decis.* 73. *n.* 2. *omnes apud Tamburrinum post* 3. *tomum, & decis.* 70. *n.* 22. *par.* 13. *recent. & decis.* 221. *n.* 9. *&* 334. *n.* 17. *eadem par.* 13. *recent. apud Em. Celsum dec.* 209. *n.* 4. *apud Buratum dec.* 578. *n.* 2. *apud Rojas* 218. *n.* 8. *apud Tondutum dec.* 10. *n.* 7. *quæst. tractatum de pensionibus, & alibi sæpe, Dom. de Luca lib.* 3. *de Iurisd. discurs.* 1 *num.* 10. *&* 11.

At in contrarium est expressus te-
415 xtus in *c. auditis de præscriptionibus*, vbi orta controuersia inter Episcopum Vigoren. & Abbatem de Heuescam super Ecclesijs in Valle de Heuescam, quas Episcopus asserebat ad se Diœcesana lege spectare; Abbas autem, eas esse ab eius Iurisdictione prorsus exēptas, contendebat, & probabat testibus dictas Ecclesias possessas ab Abbatibus de Heuescam tanto tempore, vt videatur in eis Episcopale ius legitime præscripsisse; Innocentius Papa mandauit, *Quod si inspectis priuilegijs constiterit de libertate; absoluendum esse Abbatem abimpetitis, quod si Abbas in hac probatione defecerit (sunt verba textus) audiatis probationes super tempore quo infrà quadraginta annos Episcopalis vacauit, & si per tantum temporis vacasse constiterit, vt illo subducto non sit quadraginta completa præscriptio, vos in illis Ecclesijs ius Episcopale adiudicetis Episcopo*, hæc in illo textu, si quadragenaria fuisset completa, Ecclesiæ illæ spectabant ad Abbatem, quamuis in Diœcesi Episcopi Vigorin. ergo clare deciditur ex hoc textu, quod præscriptione acquiri potest Iurisdictio in Ecclesijs sitis in alieno Territorio, & Territorium ipsum præscribi. *Item clarus est textus in c. cum olim eod. tit. de præscriptionibus, & expressissimus est textus in c. cum persona de priuilegijs in* 6. *& ita docent Glosa in d. cap. auditis verb. Episcopale ius, & in d. cum olim verbo præscriptione munitum ibi, & sic Abbas potest præscribere iura Episcopalia contra Episcopum*, expressa Hostiensis in c. dilecto de off. Arch. vbi late docet, quę iura *Episcopalia sint præscriptibilia ab inferiore, &* n. 24. *dicit, Iurisdictionalia posse præscribi, Abbas in d. c. auditis, & in c. cum contigat n.* 11. *de for. comp. Felinus in d. c. auditis n.* 2. *Locterius d. lib.* 1. *quæst.* 24. *n.* 206. *Gratianus d. c.* 212. *n.* 19. *Tamburinus tom.* 1. *disp.* 15. *quæst.* 9. *n.* 9. *vbi multos citat erudite Gonzalez in c. cum non liceat, sub n.* 1. *de præscriptionibus, Merolla tom.* 3. *disp.* 7. *c.* 5. *dub.* 19. *Rota*

Digitized by Google

*apud Tamburinum decis.*40.*n.*1.*&* 2. vbi assignatur illa ratio, quia non est contra expressam iuris prohibitionem, quod vnus habeat Iurisdictionem, & Territorium separatum intrà fines alterius Diœcesis, sed solum contra Iuris præsumptionem, qua omnia loca præsumuntur alicuius Diœcesis, *& decis.*55.*n.*18. *penes eumdem Tamburinum, & optimè discurrit Illustris. de Luca in suo primo discursu lib.*3. *de Iurisdictione, & in discursu* 12.ni fallor.

Certum enim est, quod acquisibilia
416 priuilegio, sunt etiam acquisibilia præscriptione posita capicitate in subiecto præscribente, vt non obscure insinuauit *Cælestinus III.in c.duo simul de off.ordinarij, vbi Doctores nostri Canonistę,& Inn.III.in c.super quibusdam* §. *præterea de verb.significatione, & Pomponius l. hoc iure* §. *ductus ff. de acqu. quotid. & æstiua*, nec iura canonica hoc vetant, imò permittunt præscriptione Iuris-
417 dictionem acquiri posse, vt in allegatis Sacris Canonibus,*& in c.cum contigat in fine de foro comp. in fine, & in c. irrefragabili* §.*excessus de off.ord.c. dilecti de arbitrijs, et alibi*, quod etiam admittunt iura cęsarea *l.final.c.de emancipat.l. viros c.de diuers. offic.lib.* 11. *Glosa in l. et quia verb.et ipsa lex ff.de Iurisd. omnium Iudicum Iason. in l.imperium n.*20. *ff. de Iurisd.omnium Iudicum, Camillus de Curte in diuers.feud.fol.*23. *n.*97. *Peregrinus de iure fisci lib.* 1. *titulo* 2.*num.* 65. *et lib.*6. *tit.*8. *num.* 15. *Regens de Marin. lib.*2. *c.*115. *late Merolla tom.*3. *disp.*3. *de Iurisd.c.*1.*dub.*19.*nouissime Emanuel Gonzalez d.c.cum non liceat de præscript.*

Nec obstat d.c. cum non liceat, & c.
418 cum inter, quia ibi est sermo de obedientia, quam subditus non potest præscribere aduersus superiorem, quod est diuersum à casu nostro: aliud enim est, quod aliquis inferior possit præscribere Iurisdictionem, quæ alioquin spectat ad superiorem, seù ordinarium; aliud quod subditus potest præscribere obedientiam debitam suo Superiori, vt bene discurrit *Gonzalez in d.c. cum non liceat*,ni memoria me fallit; in quãtum vero admostruositatem,quam consurgere dicunt Doctores, cum inferior præscribit territorium in aliena Diœceſi, quia essent duo capita, dicimus, quod tunc ista mostruositas contigit, quando duo insolidum vnus priuatiue ad alterum se prætenderent illius corporis caput, vt pote eiusdem Diœcesis,seù territorij superiores, secus vbi vnus solus alicuius loci, vel Territorij superior,vel vbi, vt bene dicit *D.de Luca d.discursu* 1.*n.*28. concursus est compatibilis, vel subordinatus, quia non controuertitur, Episcopum esse caput; Prælatus vero inferior prætendit se esse membrum, cui demandatæ sunt
419 aliquæ operationes; sicuti dicimus, quod verum est ad summum Pontificem spectare diuidere territoria, & Inferiori territorium separatum concedere, dismembrando illud ab alterius Diœcesi, & Iurisdictionem, quasi Episcopalem in illo Territorio concedere, attamen præscriptio hoc idem operari potest, cum vt mox dicemus conuenit titulus putatiuus, quod consurgit ex priuilegio.

Regulare est præscriptionis,vt lega-
420 le beneficium conferat præscribenti, vt in ea titulus interueniat, & inde iustam causam præbeat præscribendi. *Paulus Iuris Consultus in l.*4. *sed hæc cum cæteris concordantibus ff.de vsucapionibus, Innoc.III. in c.si diligenti de præscript. Bonifacius VIII. c.*1. *eodem tit.in* 6. *vbi Glosa verbo Canonicum*, omnis namque possessio, quæ est fundamentum præscriptionis, absque legitimo titulo,seù
421 iusta causa possidendi, improba est, *l.improba c. de acq. possess.*sicuti cum apręhenditur sine titulo instar est violẽ-
422 tię *l.vlt.c.vndè, vt optimè Gonzalez. in d.c.si diligenti de foro comp. n.*5. *cum seq. et* 14. *et quamuis Glosa in d.c. si diligenti verbo iustus titulus*, obijciat, quod sufficiat bona fides per textum in c. vigi-
423 lanti cum cæteris concordantibus,de præscript. attamen reuera requiritur, nam non ex eo, quia iura aliqua bona fide exigunt,titulum excludunt, quem alia iura exigant, & coniunctiue exigitur in *d.c.si diligenti* (*& quamuis contrarium scripsit Castillus de Sotomaior. tom.*7. *de tertijs l.*6.*c.*26.*sub n.*55.*versic. tenet.* vbi docet in præscriptione tri-
424 ginta,

Digitized by Google

ginta, vel quadraginta annorum, nec iure canonico, nec cæsareo exigi titulum, sed sufficere bonam fidem, & hanc esse communem opinionem; certum tamen est, quod cum agitur de præscrip-
425 tione, cui ius resistit, vel præsumptio est contra præscribentem, tunc omninò titulus interuenire debet, vt clarè disposuit *Bonifacius in d.c.1. de præscriptionibus in 6. et probatur etiam ex c. si diligenti de præscript. vbi Glosa in verbo iustus titulus, vers. vt ergo scias. et verbo bona fides, ibidem Abbas n.35. Fagnanus in c. cum Ecclesia de causa poss. et prop. n. 33. et 34. Couar. lib.1. variar. c.17. n.8. vbi respondet ad textum in l. altius de seruitutibus, idem Castillus loco cit. n.56. Gonzalez loco cit. n.14.* qui optimam etiam assignat rationem, quia tunc non censetur bonæ fidei possessor, *l. quemadmodum c. de Agricolis, lib.11. & c. ordinarij*
426 *de off. ord. in 6.* quod procedit in præscribendis non solum corporalibus, sed etiam incorporalibus, cum adest iuris resistentia, vel præsumptio contra præscribentem *d.c. si diligenti de præscrip. & clarissime habetur in d.c.1. de præscript. in 6. vbi plene Glosa, verbo titulum, Abbas in c. de quarta à n.26. de præscription.* & quamuis multi teneant, quod in præscribendis iuribus incorporalibus, non requiritur titulus, sed loco tituli habetur patientia aduersarij, *l. si quis diuturno ff. si seruitus vindicetur, l.1. c. de seruitu; Fachinus controu. lib.8. c.22. Gonzalez in c. cum Ecclesia Sutrina n.8. de causa posses. & proprietatis,*
428 & alij. Attamen verius est, quod in istis præscribendis, cum præsumptio est contra præscribentem, quoque titulus desideretur, vt satis est expressus textus in *d.c.1. de præs. in 6.* vbi agebatur de Iurisdictione super Ecclesia, & iure decimandi, & tamen ibi decisum fuit, exigi in præsctiptione titulum, quia præsumptio iuris communis erat contra præscribentem; sic etiam in *c. si diligenti de præscriptionibus* agebatur de iure incorporali, & quoque definiuit Innocentius exigi titulum, potest tamen intelligi doctrina Gonzalez, & aliorum, quando ius non resistit præscriptioni, seù cum præsumptio non stat contra præscribentem, & in nostra materia exemptionis præscribendę adest *textus in cap. cum persona de priuileg. in 6. ibi præscriptionem canonicam, vbi Glosa verbo canonicum, Locterius in puncto d lib.1. quæst.24. n.214. Tamb. dicta*
429 *disp.15. quæst.9.* & sicuti in cęteris præscriptionibus sufficit titulus putatiuus, dūmodo iustus credatur, licet in veritate non sit talis, quia titulus putatiuus coniunctus cum tempore operatur id, quod verus titulus efficit, cum iusta causa erratur; *l. non solum §. quod vulgò ff. de vsu cap.1. fin. ff. pro socio, Glosa in d.c. si diligenti de præscript. d. rub. iustus titulus, vbi Abbas n.33. Couar. regula peccatum par.2. §.8. Sarmiento select. lib.1. cap.6. n.3. Lessius de iustitia lib.2. c.6. dub.2. n.8. Layman. lib.3. tract.1. 18. sub n.12. Rota apud Coccinum decis.295.* ita titulus putatiuus sufficit in præscriptione, de qua agimus, dūmodò iustus, ideſt, iu-
430 sto errore causatus sit, *Rota apud Tamb. decis.55. num.9. & 10. Locterius loco cit. n.216. et 217.* scilicet, vt sit iustus; adeò quod si esset verum, solum sufficeret ad Dominij translationem; *Locterius loco*
431 *cit.* qui etiam docet, quod titulus habitus ab Episcopo in hac materia non sufficiat, quia Episcopus non habet hanc potestatem concedendi territorium, & iurisdictionem quasi Episcopalem, ac Ecclesię prędiudicandi, quare dicit *Locterius loco cit. n.218.* quod hic titulus non est adequatus, neque contra hanc Doctrinam Locterij est illa decisio, in nullius, seù *Squillacen. Iurisdictionis 69. apud Tambur.* in quo Episcopi Squillacen. donauerunt nonnullas Terras Monasterio S. Stephani del Bosco Squillacen. in quibus hodie territorium separatum constituit dictum Monasterium, nam vt apertè legitur in dicta decis. donationes illę fuerunt confirmatę authoritate Apostolica, accesseruntque priuilegia, & indulta
432 Apostolica; Sed *Hostiensis in c. dilecto filio decis. Archid. sub num.24.* apertè dicere videtur, quod priuilegium Episcopi cum prędscriptione sequta sit adequatus.

Et quamuis pro titulo putatiuo suf-
433 ficiat scientia, & conuenientia Epi-

Digitized by Google

scopi, iuxta Doctrinam Gonzalez, & aliorum, quia per talem scientiam, videtur Episcopus abdicasse sibi possessionem, & transtulisse in exercentem iuxta doctrinam *Abbatis in c. audiuimus sub n.14. de rescriptis*; attamen dicit Locterius *loco cit. n.220.* quod Abbas loquitur in simplici possessorio, an autem titulus, qui consurgit ex immemorabili, sufficiat; patebit ex infrà dicendis.

Requiritur etiam bona fides, quæ in
434 omni præsumptione necessaria est, *iuxta textum in c. si diligẽti de præsumpt. & c. finali incipit, quoniam eodem tit. de præscript. vbi Innoc. in Concilio generali statuit, vt nulla valeat absque bona fide præscriptio*, tam Canonica, quam Ciuilis; posse[s]sor enim malæ fidei vllo tempore præscribit, quem textum exornat nouissime *Gonzalez c.7. de regulis iuris in 6. bona fides quid sit, explicat erudite*
435 *Castillus tom.7. de terijs lib.6. c.26. in principio.* Hæc autem bona fides duplex est, vna Theologica, altera Ciuilis, vt late explicat *Couar. in regula possessor. par.2. §.6. n.9.* Theologica est, qua quis credit possidere rem absque peccato, Ciuilis consistit in iuris prohibitione. Theologica requiritur omnino, sed non sufficit; necessaria quoque est Ciuilis, vt scilicet non adsit iuris prohibitio, nihil enim prodest bona fides Theologica, quando lex inhibet, seù præscriptionem prohibet, quia præscriptio suum vigorem accipit à legibus iure canonico, etiam approbante publici boni causa, ideò vbi lex inhibet præscriptionem, bona fides nihil
436 prodest possidenti, ita *Pomponius l. vbi lex ff. de vsucap. ex nostris, Layman. lib.3. tract.1. cap.8. n.10. Molinæ de iustitia, & iure tomo 1. tract.2. disp.63.* persuadere enim sibi debet, ac certo credere præscribens, rem, actionem, iurisdictionemque, ad se pertinere indubitanter, tu-
437 taque conscientia, suam esse, *Castillus loco cit. d. c.26. Molina loco citato disp.64. Valerius Reginaldus in praxi lib.10. c.22. n.293. & erudite Gonzalez in c. quoniam, finale n.6. de præscript.* attamen hæc persuasio debet esse iusta, non inordinata, ex ignorantia crassa, & cupiditate vsurpandi rem, nam tunc non bona, sed
438 mala fides dicitur, optimè *Lessius de iustitia lib.2. c.6. dub.2. n.9. Stephanus Facundez eod. tract. de iustitia, & iure lib.2. cap.15. sub n.9. in fine, Idem Castillus loco citato, qui sub n.21.* optimè docet, quod
439 qui præscriptionem allegat, bonam fidem exprimere, & deducere debeat, & præsertim in iuribus incorporalibus: hęc non præsumatur, nisi probetur,
440 idem n.22. Hæc enim bona fides in præscriptione Territorij quoque desideratur, vt optimè *Locterius d.q.24. sub num 209. Rota dec.37. n.13. par.9. & 333. n.7. par.13. recent. Gratianus c.577. n.4.* ita vt inferior non possit præscribere cum mala fide, quę quandoque ex lectura priuilegiorum apparere potuit, nam tunc non potest oriri titulus putatiuus; *Rota apud Tamb. decis.55. n.13. Rota decis.221. n.10. par.13. recentiorum.*

Requiritut etiam ad hanc prę[s]cription-
441 tionem, factum, seù vsus, nam non vsus Episcopi non sufficit, nam Episcopus exercens in vna parte Diœcesis iurisdictionem, se extendit ad alias partes, *Locterius loco cit. Rota apud Tamb. decis.63. n.13.* sicuti cum exercetur actus principalis iurisdictionis in vna spe-
442 cie, extenditur ille actus, non solum ad alios actus consimiles, compræhensos sub eadem specie, *Grat. c.425. n.46. Canaler decis.238. n.4. Duran. decis.226. Locter. lib.2. q.10. n.21. Rota recent. par.9. dec.112. Buratt. decis.876. Antonellus de loco legal. lib.1. c.3. n.252.* sed etiam ad
443 alias species sub eodem genere contentas; *Rota decis.87. sub n.4. par.4. recent. & decis.333. n.16. par.13. recent. D. de Luca discurs.1. n.26. & 27. et discurs.7. n.5. lib.3. de iurisd.* Et vsus inferioris debet esse cum contradictione ab initio, & indè sit descursum tempus sufficiens
444 cum scientia scilicet, & patientia Episcopi, *Rota par.1. recent. decis.491. Locterius loco cit. nu.209.* quantumuis enim inferior vsus sit iurisdictione, cum animo acquirendi, nihil prorsus agit, nisi interueniat scientia, cum neque scientia ipsius Episcopi iurisdictionem habẽs in illis locis, vt late fuit dictum supra, *Rota apud Buratt. dec.912.*
445 *Locterius loco cit.* cõtradictio autẽ debet esse, vel explicita, vel implicita aut

expul-

Digitized by Google

expulsionis, aut non admissionis, siuè positiuè repulsæ, *Locterius loco citato num.* 213.

Tempus autem, ad huiusmodi præscriptionem firmandam, est quadragin-
446 ginta annorum, vt expresè cauetur in allegatis sacris Canonibus, & præsertim in *d.cap.cum persona de priuil.in 6.* in quo ità cauetur; *Sin autem ad fundãdam intentionem suam super huiusmodi libertate; solummodò præscriptionem canonicam duxerint, opponendam eisdem ordinarijs, vel delegatis ab eis viris prudentibus, non suspectis, de præscriptione huiusmodi facere debent fidem, quod si tales priuilegio, vel præscriptione asserant, se munitos, priuilegium quidem ipsum exhibeant, vt in primo huiusmodi constitutionis articulo superius est expressum; & si priuilegium exhibitum non ad plenam per se sufficiat ad exemptionem, seu libertatem huiusmodi comprobãdam, sed tale est, quod saltem causam præbeat præscribendi coram personis prædictis, annorum quadraginta præscriptionem teneantur probare*; hæc ibi, ex quo textu clarè liquet, exẽptionem, & libertatem, per inferiorẽ, acquiri posse cum titulo putatiuo, & cursu quadraginta annorum, vt benè *Locterius loco cit.* alij, quibus adde *deci-*
447 *sionem* 47. *apud Cocc.* 448. *n.* 12. tempus autem debet esse completum antè motam litem; *Castillus de tertijs tom.7.lib.6 cap.26. sub num.* 1.

At post scripta vidi nonnullas sacræ
448 Rotæ decisiones nouissimas, in quibus videtur decisum contrarium, præsertim decisionem in Toletana iurisdictionis 21. Maij 1660. *coram Beuilacqua 221.par.13. recent. in qua n.6.* ità dicitur, *sed fundamenta, quibus potissimum nitebantur, posita erant in titulo putatiuo desumpto, siue ex dictis priuilegijs, siue ex duabus sententijs, prima de anno* 1544. *ad fauorem magni Prioris, latis, et relatis in hodierno eius sum.n.*1. *&* 2. *ac in quadragenaria præscriptione elicita ex pluribus actibus iurisdictionalibus, vt prætẽ debatur, gestis ab eodẽ magno Priore, ab an.* 1491. *vsque in præsens, de quibus in eodẽ sum.n.*4. *& seq. Neutrum tamen visum fuit releuare ad effectum recedendi ab eadem resolutione; Non enim subsistit titu-*
449 *lus putatiuus, quod nec de iure, neque de consuetudine induci potest, quod inferior ab Episcopo habeat in eadem Diœcesi Territorium, nè sint ibi duo capita, quod est monstrum, c.quoniam* 14. *de offic. Ordinarij, Grat.discept.*212. *num.*16. *Locter. de re benef.lib.*1. *q.*24. *num.*207. 208. *Rota dec.*324. *nu.*11. *p.*1. *recent. & ideò talis inferior allegans titulum pro sua iurisdictione quasi Episcopali, tenetur exhibere priuilegium continens separationem, Diœcesi, sibi à Papa concessum, ad quem tantum*
450 *pertinet territoria diuidere, & Diœceses assignare, iuxtà authoritates, in alia decisione adductas ex d.*§. *non obstat, quod hæc cessent, quibus addi possunt Locter. de re benef.lib.*1. *q.*11. *n.*1. *& seq. & ad d.qu.*24. *n.*255. *&* 156. *Rota apud Buractum decis.* 50. *n.*10. *& decis.*55. *n.*2. *apud Tamb. de iure Abb. & in d.Beneuentana iurisd. corã D.Præside Vallisoletano* 27. *Ianuar.*1652. §. *si quidem, et in d.Acernen.Vicariæ* 1. *Iulij* 1654. *R.mem.Bichio* §. *quod etiam: Priuilegia sicuti respectu Territorij separati,*
451 *& iurisdictionis quasi Episcopalis expressum titulum non continent, ità neque ex eis potest deduci putatiuus propter malã fidem, quod ex ipsorum lectura resultat, concedens solum exemptionem pro bonis, et personis actu interuenientibus ad tradita per Geminianum consil.*96. *nu.*4. *vers. sed quoties, etc.* & in eadem decisione *n.*19. ità dicitur *Excluso ex prædictis titulo putatiuo: nulla vis fieri potest super quadra-*
452 *genaria præscriptione, quod est alterum motiuum in hodierna disputatione adductum, ea enim non suffragatur, cessante titulo necessario ob iuris resistentiam, &c. notatur in cap.cum persona, & ibi glosa verbo canonicum de priuil.in* 6. *cap.*1. *de præscript.eod.lib. &c.* Altera est decisio in eadem Toletana 10. Iunij 1661. *coram Taia* 334. *ead.p.*13. *recent. in qua ità dicitur n.*24. allegatio autem quadragenariæ *cum titulo putatiuo iã plenissimè sublata est in dicta dec.*2. *sub* §. *sed fundamenta cum pluribus sequentibus; Tum quia talis præscriptio non admittitur, nisi cum ea concurrit titulus expressus, & n.*26. *dicitur: Priuilegia enim dum non continent titulum expressum, non potest ex eis educi putatiuus propter malam fidem ex lectura resultantem, vt ex Gemin.cons.*96. *num.*4

vers.

Digitized by Google

verſ. ſed quoties legunt dicta dec. 2. priuilegia, &c. Apertior eſt deciſio in Saliſburgen. iuriſdictionis 1. *Iulij* 1643. *coram Royas apud eumdem* 218. *num.* 17. ibi *Nec ius territorij ſeparati, & diſtincti valuit acquiri ab Abbate longi temporis præſcriptione, cum ex ſolo priuilegio Principis competat, Rota dec.* 394. *n.* 4. *p.* 1. *recent. Et in Beneuentana iuriſdictionis* 13. *Iunij* 1652. *coram Larate penes Tondutum n.* 10 *dictum fuit centenariam preſcriptionem non ſufficere inferiori ad præſcribendum territorium aduerſus Epiſcopum*, & in hac deciſione etiam allegatur dicta deciſio in Salisburgen. iuriſdictionis.

Quid ergo dicendum in hac appa-
453 renti contrarietate? exiſtimarem ſeparare certa ab incertis; quod certiſſimum, puto, eſt; quadragenaria præſcriptione cum titulo ſaltem putatiuo iuſto errore cauſato, omnem poſſe preſcribi iuriſdictionem ab inferiore, ſecundum iura allegata, quæ expreſsè loquũtur in præſcriptione alicuius iuriſdictionis particularis, ſiuè exemp-
454 tionis, & libertatis particularis perſonæ, ſiuè loci, vt loquitur textus in *d. cap. cum perſonæ de priuil.* & in hoc citrà dubium eſſe credo, & optimè fundat *Illuſtriſs. de Luca in multis ſuis diſcurſibus lib.* 3. præſertim *diſcurſ.* 1. dubium poteſt cadere circà Territorium ſeparatum, & diſtinctum, an preſcriptione quadragenaria obtineri poſſit; etenim ſi attentè perpendantur deciſiones, non multa contrarietas in eis inuenietur, in illa enim deciſione Toletana 221. *p.* 13. *recent.* titulus non fuit ſufficiens, neque putatiuus, quia fuit habitus ab Epiſcopo, vt legenti patet, qui hoc non poterat concedere in præ-
455 iudicium Eccleſiæ, & optimè declaratur in alia deciſione eiuſdem Sacræ Rotæ, nempè in *Beneuentana iuriſdict. coram Imin.* 12. *Februar.* 1663. *quæ habetur p.* 14. *recent. dec.* 21. *num.* 10. *et* 11. & in hac deciſione allegatur præfata deciſio in Toletana iuriſdictionis, & dicitur in dicta deciſione Beneuentana *num.* 12. quod quamuis titulus putatiuus ſufficiat ad præſcribendum; hoc tamen intelligitur, quando iuſto errore cauſatur, *Sacram Rotam deciſ.* 324. *num.* 8. *p.* 1. *recent. Locter. lib.* 1. *q.* 24. *n.* 167 hic nihil concurrit, quod *poſſit titulum allegatum veriſimiliter* aliquo modo fin-
456 dare, loquitur de titulo ab Epiſcopo habito, ſic etiam in dicta deciſione 10 *penes Tondutum*, quæ eſt in eadem Beneuentana; in qua nullus interfuit ex parte inferioris titulus putatiuus, qui præſtare potuiſſet cauſam præſcribendi; In Salisburgen. iuriſdictionis ex priuilegijs Abbatis Clarè conſtabat locum eſſe intrà fines Salisburgen. ac Epiſcopum eſſe in quaſi poſſeſſione iu-
457 riſdictionis, ac actus geſtos ab Abbate fuiſſe clandeſtinos, vt expreſsè dicitur in *d. dec. n.* 26. & ideò inſufficientes ad præſcribendum. Sic enim in alijs deciſionibus, in quibus fuit dictũ quadragenaria non ſufficere, ducti fuerunt Patres ex deficientia tituli ad hãc præſcriptionem neceſſarij, ſiuè veri, ſiuè putatiui, iuſto tamen errore cauſa-
458 ti, non quod cum verè interuenit, hic titulus, curſuſque temporis quadraginta annorum non ſufficiat, ſemper enim quod titulus eſt habilis, concurrente hoc temporis ſpatio, certè ſufficiet, pro vt cauetur ex *d. cap. cum perſonę.* titulus autem debet eſſe priuilegium Apoſto-
459 licum, ex quo quis duci legitimè poſſit ad præſcribendum, & tunc inferior non eget preſcriptione; vel eſt obſcurum, & per ſe non ſufficiens, potuit tamen iuſtam cauſam præbere inferiori ad preſcribendum, ſi accedat tempus neceſſarium ad præſcribendum, nẽpè quadraginta annorum, tũc certè inferior obtinebit, non obſcurè deducitur ex *d. cap. cum perſonæ in §. quod ſi tales priuilegio*; cuius verba ſupra retulimus. Priuilegium autem debet eſſe à Papa obtentum, ad quem dumtaxat ſpectat Territoria, & iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem concedere, & ita conciliantur, & Doctorum dicta, & deciſiones Sacræ Rotæ Romanæ noſtrę Magiſtræ.

Impeditur autẽ effectus huius qua-
460 dragenariæ preſcriptionis, etiam per actus extraiudiciales in contrarium geſtos, Rota apud Merlinum *dec.* 702. *n.* 33. *& dec.* 226. *n.* 47. *p.* 7. *recent. & dec.* 221. *n.* 28. *par.* 13. *recent.*

An

An autem sufficiat immemorabilis
461 ad hunc effectum, videndum est; *Equidem Doctus Melchior Locterius loco sup. cit.* existimat, quod immemorabilis circa simplicem vsum iurisdictionis non sufficiat, & citat *Innocentium in c. dilectus sub n.2. vers. possessorium, nam licet immemorabilis equiparetur titulo, Abb. in c. auditis sub n.23. vers. intellige de præscriptionibus*, nam licet habeat vim priuilegij, vbi ius non resistit, & faciat præsumere meliorem titulum; tamen dicit Locterius, quod fundamentum huiusmodi esse quadragenaria, & respondet ad doctrinam Abbatis, illam intelligendam, quando immemorabilis est supra fama præsistentis tituli, non quando est simpliciter super possessione, quia tunc semper titulus imperfectus, qui non attenditur in hac materia præiudiciali, citat *Rotam par.1. diuers. decis.744. ita Locterius n.227. qui latius.*

Sed sufficere immemorabilem ad
462 præscribendum territorium separatum, excludendo omninò Episcopum ab exercitio iurisdictionis, in illo omninò sustinent alij, præsertim *Tamb. d. quæst.9.n.10. cum sequentibus, Gratianus cap.212. Rota apud Coccinum decis.448. n.12. et decis.304.n.7. par.11. recent. vbi etiam alia allegantur, decis.70. num.60. par.13. & apud Bichium dec.290. n.23. & 24. penes Tondutum quæst. tract. de pens. decis.11.n.3. & decis.31.n.3. penes eumdē.*

Probatur hæc sententia, quia imme-
463 morabilis habet vim priuilegij *c. super quibusdam §. præterea de verborum significatione l. hoc iure §. ductus aqua ff. de aqua quotid. & æstiua. Glosa ad super quibusdam verb. non esset, ibidem Hostiensis, vers. nota diligenter, Felinus in c. cum contingat, de foro competenti, vers. est casus, Garsia de nobilitate glos.12.à n.54. Castillus à Sotomaior. tomo 5.cap.93.§.8. & tomo 8.c.3. n.6. Perig. de iure fisci lib.1.tit. 2.n.61. & 64. Salgadus de Regia protectione par.1.prælud.3.n.125. & 126. Ansaldus de iurisdictione par.5. tract.3. c.3. n.36. Gabriel de præscript. concl.1.n.1. Salzedus de lege politica lib.1.c.8. à n.27. Cenallos de cognitione per viam violentiæ q.55. n.44. Merolla tom.3. disp.6. c.1. q.28. cum sequentibus, & alij.*

Quod procedit etiam in reseruatis
464 Principi, *Gabriel loco cit.n.3. Pereg. de iure fisci l.7.tit.5.n.6. ex textu in d.c. super quibusdam §. præterea*. Imò præscriptione ipsa immemorabili acquiritur pri-
465 uilegium ipsum; *Glosa in c. nouit de iudicijs, verbo consuetudinem, & in c. conquestus 9.q.3. verbo consuetudo, Suarez de legibus lib.8.c.7. num.5. Merolla d. tom.3. disp.6.c.1.dub.4.n.5.* Licet dubitent Doctores, an sit verum priuilegium, an vero fictum; attamen certum est, quod
466 vim habet priuilegij; adeò vt quis non tam principaliter in præscriptione, nec illam dumtaxat allegare, quam potius in priuilegio se fundare, illumque allegare, & immemorabili probare, debeat, *Olibanus de iure fisci c.13.n.21. & 22. Castillus de Sotomaior loco cit. Merolla dicta disp.6.cap.1.dub.6.*

Imò secundum multos citatos Doctores, & alios citandos infrà, quod etiam hoc procedit, data incapacitate præscribentis, cum non in sola præscriptione immemorabili, cui ius resisteret, vel res esset impræscriptibilis, qui se fundat, sed in priuilegio, & vlterius progreditur, & allegat titulum, dicens priuilegium sibi concessum, & adducit in vim probationis priuilegij cursum temporis immemorabilis, quod habetur loco tituli, iuxtà expressum textum in *c.1. de præscrip. in 6. l. hoc iure §. ductus ff. de aq. quotid. & æstiua lib.1. & 2. ff. de aqua pluuia arcenda, Abb. c. accedentes. de præscript. Mascardus concl.1972.n.28. Pereg. de iure fisc. lib.8. tit.8. n.2. Castillus de tertijs c.3. n.8. & tomo 5. c.93.§.8.n.27. Fagnanus c. cum venissent de institut. n.19. Garsia de nobilitate glos. 12.n.56. Merolla d. disp.6. c.8. n.241. Couarruuias in regula possessor. 2. par.§. 3.*
467 *n.7. & alij quamplures*; Hæc enim præscriptio temporis immemorabilis etiã iuuat, ex eo quia sicut per priuilegium Papæ incapacitas suppleri potest, ita etiam immemorabili, quando in ea dumtaxat non se fundat, sed priuilegium concessum assumit, eoque principaliter eo innitur, nam si iuuat priuilegium, & titulus, priuilegium, & titulus resultans ex immemorabili, iuuare etiam debet, cum veritatis, & titu-

Digitized by Google

tuli loco habeatur; nec plus vnum, quam aliud priuilegium operabitur; ideoque allegatio tituli admitti de-
468 bet. Nec proindè redditur eluſoria legis prohibitio, quæ excludit præſcriptionem immemorabilem, nec per indirectum admitti dicetur, quod directo non eſt permiſſum, *Menoch. de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 131. n. 47. Cranetta de antiq. temporis 2. par. quartæ partis principalis n. 52.* quia dicta legis prohibitio non procedit ſimpliciter, nec contra eos, qui titulo iuridico, & legitimo ſe iuuant, & aſſerunt priuilegium con-
469 ceſſum; cum titulus reſultans ex immemorabili, melior, & efficacior ſit, quam alius; Vndè licet ſola immemorabilis allegatio eſſet inefficax, nec ſufficeret, tituli tamen, & priuilegij lege ipſa inducti, & præſumpti, allegatio eſt admittenda, nec excludi poterit, nam ſi titulus extaret, admitti deberet priuilegium, quod etiam data
470 incapacitate ſufficiet: Duos enim effectus habet præſcriptio, vnum acquiſitionis dominij, cum per illam dominium acquiratur *l. 3. ff. de vſurp.* Alterum vero probationis, non vt præſcriptio, ſed vt probatio quædam eſt, in quantum per præſcriptionem, & poſſeſſionem homines probant iura ſua ab antiquis ipſis competentia, qui dicitur effectus probationis ad differentiam effectus acquiſitionis; atque notabilis eſt differentia inter vtrumque nam primus acquiſitionis habet eam naturam, & conditionem, vt non poſſit procedere, niſi à ſua legitima cauſa, & minime improbata, ſiue non ſit prohibita, & tunc habet vim priuilegij, tituli, & legis; ſecundus vero
471 effectus haberi etiam poteſt in illis caſibus, in quibus eſt improbata præſcriptio, & ſolum locum habet titulus, aut priuilegium, nam ſecundum hanc poſteriorem conſiderationem, cum non agatur de acquiſitione alicuius Iuris, & Dominij, ſed tantum intenditur collegatum priuilegium, & titulus per poſſeſſionem, & per immemorabilem præſcriptionem comprobare; nihil enim refert, quod præſcriptio, ſiuè poſſeſſio; vt quodam eſt acquiſitionis genus, ſit improbata immemorabilis, vt ſcilicet eſt modus acquiſitionis, ſiue introducendi nouum ius, vel abrogandi antiquum; minimè tamen eſt improbata, in quantum ſumitur ad priuilegiorum comprobationem, nam prohibitio
472 ſolum efficit, vt non admittatur vt acquiſitio, non vt probatio, quod bene ſimul ſtare poteſt, ideò ſatius erit ſecundum iſtos Doctores allegare præſcriptionem immemorabilem, quam ipſum priuilegium, cum oſtendere priuilegium ſatis ſit periculoſum, ita *Anguianus de legibus lib. 2. controu. 2. à n. 14. vſque 35.* qui latius diſcurrit, *Caſtillus à Sotomaior tomo 7. c. 3. per totum*; *Olibanus de iure fiſci, c. 13. n. 8. & 9. Maſtrillus de Magiſtratu, lib. 1. c. 19. n. 6. Cancer. tom. 3. c. 3. n. 239. 240. & 341. Auendanus de exequendis mandatis par. 1. c. 12. n. 7. & 8. Petrus Barboſa in l. omnes, & l. ... c. de præſcript. 30 vel 40. annorum, & alij*, (ſed de hac doctrina alibi Deo dante tractabimus)

Hęc tamen adducta fortius ſtrin-
473 gunt in caſu noſtro, in quo nulla prohibitio expreſſa iuris eſt, non enim ius noſtrum prohibet expreſsè, quod nullus in alterius Diœceſi territorium acquirere poſſit ſeparatum, ſed tantum iure hoc attento, omnia loca præſumuntur eſſe in Diœceſi illa, in qua ſunt ſituata, ſic tantum contra iuris præſumptionem, explicitè id non vetantis, non ſecus, ac dicitur de præſcribente ſeruitutem infundo alterius, omnia enim prædia libera præſumuntur; *l. altius, l. ſi tibi c. de ſeruitutibus, & aqua*, tamen contra ius non eſt, ſi quis in fundo alieno ſeruitutem præſcribat: *optimè conſiderauit Rota decis. 40. nu. 4. 5. & 6. & 7. penes Tamburrinum*, neque incapacitas eſt in præſcribente, neque res imperſcriptibilis eſt, quia inferior poteſt bene præſcribere Eccleſias, alioquin Epiſcopo ſubiectas, vbi iura Epiſcopalia tam quæ ſpectant ad legem Diœceſanam, quam qnę ad legem iuriſdictionis; *Abbas in d. c. auditis per illum textum de præſcript. nu. 22.* & ibi *Gloſa in verbo Diœceſana, et verbo exemptas*, & latius in verbo ius Epiſcopale; probat enim expreſsè textus ille, quod acquiſi-

Digitized by Google

sibilia priuilegio acquiri possunt, etiã etiam præscriptione, præsertim immemorabili, cum adest capacitas in subiecto, licet autem quæ sunt Ordinis Episcopalis præscribi non possunt, iuxta *cap. quanto de consuetudine*, vt aduertit ibidem Abbas; Igitur immemorabilis temporis cursu benè territoriũ separatum acquiritur, vt dicunt Doctores supra allegati, & Rotæ decisio-
474 nes, in qua immemorabili titulus nõ requiritur, vt in *dicto cap.* 1. *de præscrip. in* 6. neque præscriptio immemorabilis requirit scientiam, & patientiã eius, cõ-
475 tra quem præscribitur, cũ illa ex tanti temporis cura præsumatur, si fidẽ præstare velimus *Castillo de Sotomaior to.* 7. *de tertijs lib.* 6. *c.* 23. *à num.* 4. *cum sequen.* qui hanc opinionem dicit veriorem. Citat infinitos Doctores; nec ab ea discendendum, dicit, hanc enim scientiã, & patientiam in quadragenaria necessaria fore, in *d. cap.* 28. *in princ.* ostendit, sicut idem *Castillus in d. lib. c.* 29. strenuè substinet prohibitionem, seù acquie-
476 scentiam, nec esse necessariam in immemorabili præscriptione, siuè in negatiuis, siuè facultatiuis, nec etiam in præscriptione quadraginta annorũ, sed dumtaxàt in præscriptionibus minoris temporis, decem, viginti, vel triginta annorum, vt concludit in fine dicti Capitis; bonam fidem tamen requirit Castillus in hac præscriptione immemorabili, prout latè probat in *eodem lib. cap.* 26. *num.* 24. & hanc veriõ-
477 rem, & communiorem, atque tenendã, dicit, ipsum vide, qui latè has quęstiones agitat; hanc tamen præsumi in præscriptione immemorabili, ità vt nulla probatione opus sit, nisi contrarium euidenter constet de mala fide, vide ipsum, qui latissimè rem tractat, & ego ex condicto amitto has quæstiones specialiter tractare, nè prolixitatis nota afficiar.

At si strictè loqui velimus dicendum
478 arbitror, immemorabili tẽporis cursu potius probari, quam acquiri territorium separatum, prout rectius loquutus fuit *Melchior Lotterius loco citato Marescottus variar. lib.* 1. *cap.* 11. *n.* 9. *Rota dec.* 334. *n.* 18. *p.* 13. sed quomodò istud procedit, & quomodò probetur immemorabilis, patebit ex infradicendis.

His suppositis, dicimus quod decre-
479 tum prædictum S.C.T. loquitur de Ecclesijs sæcularibus, non de regularibus, vt expresè ibidem cauetur, ibi, *eadem etiã in ijs Ecclesijs secular ibus obseruentur, qua in nullius Diœcesis esse dicuntur*; has ergo Ecclesias Regulares nõ visitat Episcopus, *Fagn. in cap. graue de officio ordin. à n.* 19. *& in cap. nullus n.* 37. *de Parochis, & alienis Parochianis, Squillante d. par.* 1. *c.* 3. *n.* 13. *Rodriq. quæst. Reg. tomo* 1. *par.* 36. *Cespides cap.* 13. *de exempt. Regul. dub.* 233. *num.* 4. Si enim Episcopus non potest visitare Monasteria, & Prioratus existentes in sua Diœcesi, etiamsi commendati existant, si in eis viget regularis obseruantia, vt diximus supra, eo minus poterit visitare nullius; Quod procedit etiam si Eccle-
480 siæ istæ nullius sint commẽdatę, quia neque Episcopus potest visitare, cum sunt regulares, *Fagnanus loco cit. tam in c. graue, qua in d. c. nullius*, ac etiam si in istis adsit cura animarum, quia, ait Fagnanus, Concilium Tridentinum *sess.* 25. *cap.* 11. non habet locum in Ecclesijs regularibus nullius Diœcesis, cui viro, tamquam diù versatissimo in Sacris Congregationibus, præsertim Cõcilij, & Regularium, plena fides erit adhibenda. Et idem Fagnanus *in cap. nullius de Parochis, & alienis Parochijs nu-*
481 *llius* 33. dicit, quod has regulares Ecclesias nullius non visitat, siuè in eis viget Regularis obseruantia, siuè non, & sicuti Ecclesias Regulares nullius visitare nequit, sic nec personas, etiam
482 si curam animarum exercerent: quia Tridentinum Concilium se restringit ad loca tantum, non ad personas, loco cit. *n.* 25. & quod facultas concessa per Constitutionem Gregorij in exemptos, tàm regulares, quam seculares non censetur tributa, quando sunt nullius, docet *Tamb. tom.* 1. *disp.* 15. *qu.* 7. in qua quæstione adducit declarationem S. Congregationis in responsione ad tertium dubium, sed de hac re latius infra.

Loquitur ergo Sacrum Concilium
483 in *d. c.* 9. de Ecclesijs secularibus nul-

Digitized by Google

lius Diœceſis, ſi enim locus nullius eſt omninò extrà fines cuiuſcumque Diœceſis, ſiuè origine, ſiuè præſcriptione, ſiuè priuilegio, tunc viſitatio ſpectat ad viciniorem, quia præſumitur fuiſſe de illius Diœceſi, in cuius territorio magis inhæret: ſi verò locus nullius eſt intra fines alicuius Diœceſis, tunc viſitatio ſpectat ad Epiſcopum, intrà cuius fines conſiſtit, in primo caſu procedit hoc *c.9.ſeſſ.24.de refor.* in ſecundo vero caſu *c.10.teſt.23.* nam rationi congruint, vt à Concilio reſtitueretur facultas Diœceſani, qui paſſus eſt diſmembrationem, ità *Fagnanus in d.cap.nullus d.23.& 24.25.26.* Sed de quibus ſeculariibus, forſan ne de illis, quæ ha-
484 bent proprium Prælatum, qui iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem habet in illis cum Territorio? non vtique, quia tunc non Epiſcopus vicinior, ſed Prælatus, qui habet iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem, & territorium, viſitat; ità non ſemel Rota Romana decidit prælertim in Salmaticen. iuriſdictionis 9. *Maÿ* 1594. *coram Seraphino penes Tamb.117.apud Eminen.Octobonum dec.82.n.16.& 17.& ibi alias deciſiones adduci Cocchier.de iuriſd.in exemptos p.4 qu.23. num.3.*

Sed contrarium videntur docere *Barboſa d.all.g.74.n.5.Squillante loco cit.*
485 *d.c.3.num.12.* & alij penes iſtos, ita enim ſcribit Barboſa, Eccleſias ſeculares nullius Diœceſis quantumcumque exemptas, & Sedi Apoſtolicæ immediatè ſubiectas, earumque Prælatum ſecularem in eas iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem habentem, poſſe ab Epiſcopo, cuius Cathedralis Eccleſia eſt proximior, viſitare vigore Concilij *c.9. ſeſſ.24. de reformat.* deciſum referunt *Armen.Danz d.loco n.13.& praxis Epiſcopalis p.1.verb.viſitatio* §.11. & nullo modo poſſe effugere viſitationem vicinioris Epiſcopi, vt cenſuit Rota Romana apud *Farinac.dec.396.p.1.to.1.* quia exemptio à viſitatione non comprehēditur ſub generali conceſſione exemptionū, &c. Similia verba habet Squillante, qui citat prò hac eadem ſententia *Riccium p.4. reſol.564.Merolla tom.3 diſp.7.c.5.dub.13.n.213. Leyna in exam. Epiſcoporum lib.4.c.26.n.22.*

Sed caute ſunt legēdi iſti Doctores, nam ſi intelligunt de loco nullius, qui
486 licet habeat Prælatum habentem iuriſdictionem in illo, non tamen diſtinctum territorium, forſan benè dicunt, attamen ſi de loco nullius, qui Prælato habenti iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem cum diſtincto territorio ſubeſt, non benè dicunt; cum enim Eccleſia, ſeù locus habet diſtinctum terri-
487 torium vna cum iuriſdictione quaſi Epiſcopali, verè, & realiter dicitur nullius, etiam ſi territorium ſit circumdatum limitibus Epiſcopatus, *Rota apud Tamburinum dec.48.n.7.et plenè in Squillacen.nullius 4.Martÿ 1616. Martino Andrea penes eumdem 69.n.12. Ferrentillus ad Buractum dec.578. num.24.Tamb. de iure Abbatum to.1.diſp.15.q.9.n.18. it aut* locus ille verè dicatur Diœceſis illius Prælati, *vt gloſa in Clem. vnica §.volumus verbo Diœceſis de foro competenti, vbi Abbas num.15 Vital.num.4.Imol.num.38. Cardinalis Zab.in 4.quæſt.num.2. Rota in Conſtantien. iuriſdict. 8. Maÿ. 1611. coram Octembergo penes Tamb. deciſ.55. num.1.& dec.41.apud eumdem.Tamb.*

Et Prælatus illius loci ſibi plenè
488 ſubiecti verè dicitur in eo loco habere iuriſdictionem quaſi Epiſcopalē, *cap.Abbates de priuil.in 6. Gloſa in Clem. 1. verbo proprÿ de rebus Eccleſiæ non alienandis, Rota apud Tambur. dec.41. nu.3. & 4.* & tunc non Epiſcopus viſitat iſta loca, nec in illis aliquam poteſt exercere iuriſdictionem, ſed propriusPræ-
489 latus, iuxta deciſiones allegatas apud *Tamb.117.apud Emin.Octobonum dec.82. in Cauen.iuriſd. ſeù collationum ordinum 26. Iunij 1654. coram Veroſpio penes Tōdutum, poſt tractatum de penſ.31.in ordine in Montis Caſini Iuriſdiction. 17.Martij 1651.coram Bichio penes eumdem 459 353.p.11.recent.n.29. Montis Virginis; ſeù nullius iuriſdict. 12. Iunij 1656.& 8 Iunij 1657. coram Dunozetto iuniore, penes eumdem dec.988.& 1001.* & alibi ſæpè optimè *Ciarlinus contr. for. vltima controuerſ.quæſt.219.& nouiſſimè Pignatellus tom.2. conſult.26.per totum, præſertim n.19. Gratianus cap.212. num.33. Flores de Mena lib.3. cap.24. num.100.& 108. Spada conſ.131. n.5 tom.2.num.24.*

Ciar-

Digitized by Google

Ciarlinus contr. for. tomo 1. cap. 67. & tomo 2. cap. 219.

Quod etiam ſecundum me, expreſsè
490 probatur ex Sacro Concilio Tridentino *ſeſſ. 25. c. 11. de regul.* in quo capite diximus, loca, ſeù Monaſteria, in quibus exercetur cura animarum, in illis quę dictam curam concernunt, iuriſdictioni, viſitationi, & correctioni Epiſcoporum, ſupponitur: excipit tamen concilium expreſsè omnia Monaſteria, ſeù loca, in quibus Abbates, aut alij Superiores habent iuriſdictionem Epiſcopalem, & Temporalem in parochos, & Parochianos exercent; quod eſt habere Territorium ſeparatum. Clarè enim hinc apparet, quod Concilium in illis locis, in quibus inferiores habent omnimodam iuriſdictionem, & conſtituunt territorium ſeparatum, Epiſcopus nihil agere poſſit, vt optimè etiam explicat *Fagnanus in cap. nullus de Parochijs à num. 40. cum multis ſequentibus, & Magiſtralis eſt Deciſio in nullius, ſeù Squillacen. iuriſdictionis 4. Martij 1616. coram Martino Andrea, penes Tamb. deciſ. 69. in ordine, in*
491 *qua deciſione n. 8. declaratur Deciſio Rotæ in Conſtantien. iuriſdictionis 18. Maij 1611. coram Ottembergo, penes eumdem Tamburin. 55.* quia Parochiales illæ, de quibus agebatur, erant in Diœceſi Conſtantienſi, & priuilegia, quibus nitebatur Abbas Sancti Gailli, ſolum continebant ſimplicem exemptionem, & illam reſtrictam ad Monaſteria, & eorum membra, non autem ad loca, & caſtra, ſiue Populum, & quod vbi non fuit abdicatum omne Ius Epiſcopale, & translatum in Abbatem, pro vt requiritur ad conſtituendum Territo-
492 rium ſeparatum. Ampliat *Fagnanus d. c. nullus n. 40.* etiam ſi ſit in illo loco cura animarum, nam ſpectat ad Prælatum proprium, ſcilicet ſuperiorem, habentem tamen Iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem, quod etiam antè ipſum dixit *Lotterius lib. 1. q. 25. n. 24. & Sacra Rota deciſ. 218. n. 30. penes Royas.*

Igitur firmum remanet, quod cum Inferior habet Territorium ſeparatum, & in eo iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem exercet, tunc nullus Epiſcopus viſitat, nec aliquam poteſt exercere iu-
493 riſdictionem, ſed ille Prælatus inferior, quod explorati iuris exiſtimo;
494 optimè, & accurate *Illuſtriſs. de Luca diſcurſ. 18. n. 2. lib. 3.* ſecus autem dicit, quando impropriè dicuntur nullius, nam tunc Epiſcopus viſitat.

Nunc breuiter videndum eſt, quo-
495 modo dignoſcatur, quibuſuè probationibus probetur, diſtinctum, & ſeparatum Territorium, & è contra: & in primis renouanda eſt illa concluſio, quam ſæpe attuſimus, nempè quod omnia loca præſumantur eſſe ſub aliqua Diœceſi, optimè *Felinus in c. graue ſub n. 2. de reſcriptis*, & late fuit dictum per Sacram Rotam apud *Buractum dec. 578. n. 1. & ſequen. in Salisburgen. iuriſdictionis penes Royas 218. n. 5. & in Marſicen. iuriſdictionis 26. Martij 1651. coram Em. Olim Corrrdo par. 11. recent. deciſ. 153. n. 6. & in deciſ. 181. n. 1. par. 12. recent.* & ſæpe ſæpius, in quibus deciſiones aliæ allegantur authoritates *D. de Luca diſcurſ. 1. lib. 3.* Igitur qui prætendit habere Territorium ſeparatum,
496 quia hoc eſt contra iuris præſumptionem, probare debet tanquam ſuę intentionis fundamentum, idem *D. de Luca d. diſcurſ. 1. n. 12. & diſcurſ. 3. nu. 4. eiuſdem lib. 3.*

Species autem probationis duę po-
497 tiſſimę ſunt, vel per priuilegium, vel per immemorabilem, *D. de Luca locis citatis, & diſcurſ. 9. n. 5. eiuſdem libri, Rota dec. 304. n. 7. par. 11. recent.* In quantum ad priuilegium, quandoque illud eſt Clarum, in quo ſeparatum conceditur Territorinm Inferiori, & tunc ſumus in Claris, nec aliud deſideratur, vt in dictis deciſionibus pręſertim in *d. dec. Marſicen. coram Corrado, & dec. 200. penes*
498 *Em. Olim Celsũ*; ſtatim enim admittitur tunc exequtio, ſeù obſeruãtia, vt benè aduertit *D. de Luca d. diſcur. 1. n. 12. &* 13. Quandoq; continet verba æquipollentia, & tunc etiã dicitur priuilegium clarum, vt fuit dictum per Sacram Ro-
499 tam in Theatina, ſeù nullius iuriſdictionis de *Bucclanico 23. Iunij 1614. corã Coccin. penes ipſum 832. & penes Tãburin.* 59. quia in priuilegio Alexandri III. & Alex. IV. Abbatia prędicta fuit ſuſce-

pta sub protectione S. Petri cum clausula; *Ad iudicium autem huius à Sede Apostolica percepta libertatis, & protectionis, vnicam vnciam auri nobis, nostris successoribus annis singulis persoluetis*; & ita quoque fuit dictū in *Marsicana iurisdictionis corā Comitulo apud ipsum dec.* 83. *n.* 3. *seù in Montis Cassinen. iurisdictionis* 27. *Martij* 1651. *coram Bichio penes eumdem dec.* 459. *n.* 3. & 4. in qua etiam di-
500 citur, quod priuilegium concessum inferiori, vt non possit coerceri ab Ordinario, constituit Territorium separatum, sicuti etiam ordinandi possunt à quocumque ordinari, & recipere Sacramenta, & sacramentalia à quocumque, & vocare quēcumque Episcopum ad Sacramenta confirmationis, consecrationis, & similium, vt late fuit deductum in dicta decisione; quod etiā tenuit Rota in *Rossanen. exemptionis* 20. *Aprilis* 1640. *coram Carrillo penes ipsum decis.* 149. *n.* 4. *ibi, praetereà fuit consideratum, quod in dicto priuilegio fuit etiam indultum; & Archimandrita, & eius Fratres, Chrisma, Oleum Sanctum, Altarium, siue Basilicarum, consecrationes Monachorum, seù Clericorum ordinationes, & alia Ecclesiastica Sacramenta à quocumque maluerint Episcopo recipere possint, vndè resultat totalis exemptio ab omni iurisdictione Ordinariorum &c.* & fusius dixit eadē Sacra Rota *in Cauen. collationis or-*
501 *dinis* 26. *Iunij* 1654. *coram Verospio penes Tondutum post tractatum de pensionibus* 31. in qua decisione nobilissimum, atque vetustissimum Monasterium SS. Trinitatis Cauen. fuit declaratum nullius, atque habere Territorium distintum, & separatum, quia inter cætera priuilegia concessa à diuersis Summis Pontificibus dicto Venerabili Monasterio est indultum Vrbani II. de anno 1092. in quo datur facultas Abbati dicti Cœnobij, vt possit exercere spiritualia, & Pontificalia in locis omnibus, ac oppidis, tunc in Monasterij posse constitutis, eidemque in posterum deferendis, excepta dumtaxat collatione Sacrorum Ordinum, Chrismatis confectione, & consecratione Basilicarum, atque Altarium; pro quibus exercendis, quemcumque posse Episcopum sibi bene visum conuocare, & assumere, quo priuilegio Rota declarauit d. Monasterium exemptum, atque nullius.

Cum vero priuilegium non est ita
502 clarum, sed tamen ita obseruatum per temporis cursum antiquum, & ita interpetratum, etiam probat Territorij separationem, vt dicitur in Squillacen. iurisdictionis penes *Tamburrinum* 69. *n.* 19. *D. de Luca loco cit.* & cum priuilegium non est certum, & indubitatum, donec disputatur de eius efficacia, non est priuandus Episcopus iure visitandi, seù exercendi iurisdictioni, vt supra notauimus.

In quantum vero ad secundam spe-
503 ciem probationis, scilicet per Immemorabilem, primo aduertendum est, quod vt immemorabilis præstet suum effectum, non debet apparere de titulo vitioso, iniusto, & inutili; quia licet ex immemorabili præsumatur titulus verus, & iustus, & præscriptio veritati comparatur; attamen cum producitur titulus iniustus, & inualidus, omnis præscriptio cessat, nec tunc immemorabilis habet vim tituli, & priuilegij, & non præsumitur bona fides, sed potius malam fidem prę stat; latissimè, & accuratè Ioannes del Castillo de *Sotomaior. d. tom.* 7. *de tertijs lib.* 6. *cap.* 26. *à n.* 31. *cum sequentibus, quod sub n.* 38. *in-*
504 *telligit*, dummodo manifestè constet, quod titulus nullus, aut illegitimus præscriptioni immemorabili causam, & initium dederit, & non sufficiet præsumere, quod ex titulo vitioso, aut illegitimo initium, & originem præscriptio immemorabilis sumpserit, vt ipsa vitietur, quia de alio titulo non constat, sed præcisè necessarium erit, quod euidenter, & manifestè constet, quod in eodem titulo vitioso, aut illegitimo is, qui immemorabili præscriptione se iuuat, intentionem suam fundet, & ex ipso possidere cęperit, eiusque virtute semper continuauerit, vide ipsum, qui fusius, & citat multos, præsertim *Ludouicum Molinam de primog. lib.* 2. *cap.* 6.

Qui se fundat in immemorabili prę-
505 scriptione, necesse est, vt illam concluden-

Digitized by Google

cludenter probet tanquam fundamentum suæ intentionis, vt optimè id *Castillus tom.3.lib.6.cap.27. in princ.* probãda verò, est iuxta ea, quæ scripsit *Glosa in c.1.de præscript.in 6.verbo memoria*, ità scribens, sed quomodò probabitur tanti temporis præscripto; dico secundum Hostiensem, qui hoc notat de *verborum significatione*, quid per nouale, quod dicent testes præscribentes (si talem habet conscientiam) quod semper viderunt, & audierunt ità esse, nec vnquam viderunt, vel audierunt contrarium, & quod communis est, & fuit semper opinio, quod sic fuerit, & quod non extat contrarij, vel initij memoria. Iuxta hanc doctrinam Glosæ debet immemorabilis probari, ità vt si deficiat vnum ex his requisitis appo-
506 sitis per Glosam, non concludit probatio, *Seraph.dec.1102.sub nu.2. in antica dec.289. Burattus dec.163.n.8.Ludouisius dec.252.n.3. vbi Oliuer.Belt.num.15. Caualer. dec.140. & 147. Rota p. 11. rec. dec.153.n.15. & 304. n.9. ibidem, & in Beneuentana penes Tondutum 10.nu.8. et apud Bichium dec.328. n.8. Emin. Octob. dec.159. nu.4. et alibi sæpè, Castillus loco cit. c.27.num.5. vers. et omnes D.de Luca loco citato Pignatellus tom.2. consul. 26. num. 21.*

De essentia .n. immemorabilis, & præ-
507 sertim sunt, vt non constet de principio; enim ipso quod constat de principio, excluditur immemorabilis, *Ludouis.dec.457. num.6.Rota recent.p.8.dec. 249.num.1.et dicta decis.153.n.19.p.11 et apud Tondutum decis. 10.num.9.* in quibus aliæ allegantur, ac quamplurimi Doctores, & Rota in sæpè allegata Salisburgen.apud *Royas 219.n.7.*
508 dixerunt non probari territorium distinctum immemorabili, quæ habuit certum post transactionem, quia constabat de initio: sic etiam scripturę, quę
509 se præferunt tempus, ac includunt initium actus, non concludunt immemorabilem, quia repugnat illius essentiæ, & contrariam obseruantiam præcessisse non excludunt, Rota *recent.p.4. dec.405.num.5. & p.5.dec.126.n.20.ver. contraria, Ludou.dec.51.* & optimè *in d. dec.153.d.num.19.* vbi plures allegatur Doctores; licet tamen hoc generaliter sit verum; attamen Oliuerius ad Ludouisium *d.dec.51. num.10.* ait, si dentur scripturæ antiquæ vltrà cẽtum annos, in quibus enunciatur immemorabilis, ex dictis scripturis probatur immemorabilis, & ibi allegat Rotæ decisiones, & *Marescottum lib.2 cap. 100. num.15.* sed opus est, ait Oliuarius, vt
510 enunciatiuę sint ad minus duæ, & quod non habeant originem à personis suspectis.

Item requiritur, quod nunquam in contrarium actum, visum, vel auditum
511 fuerit, Rota *d.dec.70.n.65.p.13. recent.* ideò actus contrarij excludunt immemorabilem, *Glosa in cap.illud verbo inconcussa de præscriptionibus, Innocentius in c.auditis sub n.4, vers. tamen Episcopus de præscript.Ludouis.dec.51.n.3. & 4.Rota dec.248. n.7.par.2.recent.* & latissimè *in d.dec.153.n.17. Rota dec.304. nu.12.13. par.11. recent.Pignatellus loco cit.* ità vt
512 vnicus actus iurisdictionis in cõtrarius gestus sufficiat ad immemorabilẽ excludendam, nam quia tunc testes nõ possunt deponere, numquam vidisse, aut audiuisse contrarium, vt exposcit *Glosa in d. cap.1. de præscript. in 6. verbo memoria, Rota recent.p.1.dec.154.num.3. & d. dec. 304. n.12. apud Tondutum 11. n.9. apud Pentingerium dec.491.n.8.apud Bichium 290. n.32. & 308.num.8. D. de Luca discursu 3. n.8. Pignatellus loco cit. n.21. Antonell.de loco legali lib.1.c.3.252*
513 Immò solus rumor contrarius sufficit ad reddẽdam immemorabilem improbabilem, *Emin.Octobonus d.dec.159.n.6. & 7. Dominus de Luca loco cit. Pignatellus loc.cit.Rota dec.304.p.11.* Certũ enim
514 est, quod immemorabilis requirit possessionem pacificam per dictum tẽpus, vt possit suffragari, *Abb.in cap. illud n.6.de præscrip.vbi etiam Butreus n.3. & 7. Rota decis.98.n.17.par. 8. recent.* at pacifica possessio non est, quando actus aliquis est in contrarium gestus. sed notandum est, quod Oliuerius ad Ludouisium *dec.51. n.8.* docet, quod hoc intelligendum est antè completam im-
515 memorabilẽ, quod tunc scilicet actus in contrarium interrumpat præscriptionem, secus si esset completa immemora-

Digitized by Google

morabilis, nam tunc actus gesti in cõtrarium non interrumpunt immemorabilem, iam confirmatam, & adducit Rotæ decisionem in *Caualicen. feudi 2. Aprilis 1613. coram Pirouano, & Castillus de Sotomaior tom.7.lib.6.c.26. sub.36. vers.remanet, & n.42.* tenet cum Inno-
516 centio, & alijs, quod probata immemorabili cum suis requisitis, licèt postea per testes appareat de actibus contrarijs vltrà centum annos, nõ per hoc excludatur immemorabilis, vide ipsum, quod etiam tenuit *Oliuer.ad Ludouis.dec.51. num.7.*

Notandum etiã est, quod actus gesti
517 in vna specie non interrũpunt quoad omnia, nihil enim prohibet, quod duo possidere possint idẽ genus iurisdictionis diuisum in species, & vnus in vna, alter in alia, & ideò interruptio erit quo ad ipsos actus particulares, seù quo ad vniuersalitatem illius speciei, considerando species, tanquam tenere distinta volentes, *Illustrissimus de Luca discur.1. n.26.*

Testes deponentes super immemo-
518 rabili debent esse optimè opinionis, optimè *Castillus d.tom.7.lib.6.c.27. sub n. 6.* debentque deponere de visu qua-
519 draginta annorum, de quo tempore deduci debent tempus litis, *Coccin.dec. 345.& 448 Ludou.dec.196.Pingintellus loco cit.d.c.27.n.7. Locher.d. lib.1.qu.24. num. . . .* atq; deponere debent spe-
520 cificè, atque expressè, quod idem à maioribus audierunt, auditus enim à maioribus est qualitas immemorabilis, præcisè à testibus exprimenda, *Castillus d.cap.27.nu.8.* non tamen est exprimendum à quibus maioribus audierint, ex-
521 primendo, seù nominando sigillatim personas, sed sufficit in generali, *Anton.Gabr.lib.5.tit.de præscrip.colum.1. n.79. Mascar.concl.424. Castillus loco cit.*
522 *n.14.* Rursus deponere debent non solum super affirmatiua, se vidisse sic obseruatum per tempus suæ vitæ, sed etiam super negatiuam, scilicet numquam vidisse, nec audiuisse contrariũ; *Castillus loco cit.n.11. D.de Luca discur.3. num.7.* qui etiam requirit, quod testes
523 deponant super immemotabili cum scientia, & patientia Episcopi, vt videre est ipsum *d.discurso 3.num.10.* sed hanc scientiam, & patientiam non requirit Castillus, vt supra notauimus, & etiam deponere debent de publica voce, & fama; quæ omninò est articulanda; debentq; deponere per verbum
524 fuit, & est, *Rota in d.dec.153.p.11.rec. et apud Tondutum dec.10.n.8. Ludou. dec. 196. Castillus loco cit.n.12.* & non sufficit, si dicat testis publicè, idem *Castillus loco cit. num.13.* & omnes debẽt deponere de omnibus requisitis imme-
525 morabilis, neq; satis est, vt vnus super vno, alter super altero requisito, contra *Molinam de primog.lib.1.c.6.n.34 tenet Oliuer.Baltr.ad Ludou.dec.252.n.15*
526 ideò debent esse benè informati, alias non probant immemorabilem, Rota, *apud Tondutum dec.11.*

Dubium tamen est, cuius ætatis debent esse testes deponentes super im-
557 memorabili, equidem Rota semper tenuit debere esse ætatis 54. ad minus, quia debent deponere de visu per quadraginta annos, deducto tempore litis, ità *apud Tondutum d.dec.11.num.1. et 5. apud Bichium dec.328. n.10. Burattum dec.623. et ibi Ferentillus, Cocc.345 nu.4.Pingintellus loco cit. D.de Luca disc. 3. num.5.* & fuit opinio *Gemin. Franci, Ancharani in c.1. de præscr. in 6.* & ideò
528 apparere debet de ætate testium, dictum fuit per *Rotam per Ludou.dec. 298. et ibi Oliuer.Pingintellus loc. cit.* Sed contra tenuerunt multi Doctores, præsertim *Molin.de primogen.loco cit. Valenzuo-*
529 *la cons.93.n.33. Garsia de expensis 96. n.9.* & alij, quos citat, & sequitur *Castillus d.c.27.n.7.* nam cum testis est iam decem annorum cum dimidio doli capax esse censetur, & regulare est, quod testis quatuordecim annorum deponere possit de his, quæ vidit in ætate pupillari, &c.

Cum ergò immemorabilis fuerit benè articulata, & probata secundum
530 requisita dictæ Glosæ, certũ est, quod territorium distinctum, & separatum optimè probat, vt admittunt omnes Doctores, & Sacræ Rotæ decisiones, nam tunc etiam habet vim tituli, *Rota p.5.rec.dec.150.n.5.et 6. et apud Penting. dec.491.* & tunc præstat meliorem titu-

lum

Digitized by Google

lium de mundo, *Rot.p.*8.*rec.dec.*22.*nu*,8. *et dec.*249.*n.*1.*et.* 2.

Sed non dum ſuum effectum præ-
531 ſtabit, niſi poſtquam per tres ſententias conformes fuerit canonizata, vel per ſententiam, quæ in rem iudicatam tranſiuerit, *Rota apud Coccinum dec.* 346. *& par.*2. *recent. deciſ.*208. *& par.* 4. *deciſ.*126. *& dec.*304. *n.*15. *par.*11. *recent. deciſ.*491. *n.*5. *apud Pentingerium, & deciſ.*70. *n.*64. *&* 334. *n.*22. *par.*13. *recent. & late in Marſicen. iuriſdictionis* 18. *Februarij* 1647. *penes eumdem deciſ.* 290. *n.*29. *Illuſtriſs. de Luca diſcur.*1. *n.*13. *l.*3. *Pignatellus loco cit. d. Conſult.*26. *n.*18. *&* 26. qui affert declarationem Sacræ Congregationis.

Immò *Pingintellus loco cit. nu.*18. ità
532 ſcribit, ſit itaque regula, & abſoluta iuris propoſitio, ſcilicet, quod donec non doceat de priuilegio Apoſtolico valdè immemorabili canonizata per rem iudicatam, vel per tres conformes, interim fundata ſit intentio Epiſcopi, etiam in omnimoda iuriſdictione ordinaria, indubiè vero in delegata, in qua intrà hoc tempus manutenendus eſt, ita ab anno 1610. reſolutum fuit à Sacra Congregatione Concilij, præſertim in vna *Theatina* 1660. *in vna Aglonenſi, & vna Vulturanenſi dec.*24. *Februarij* 1652. *& iterum die* 5. *Iunij* 1655. *ac* 3. *die* 7. *Ianuarij* 1663. Idem obſeruat Sacra Congregatio Epiſcoporum, & Regularium, *vt in vna Sarzanenſi, ſeù Euallius* 1667. paſſimque alibi, & ſæpius iudicatum eſt à, Rota nominatim in *Toletana iuriſdictionis* 26. *Martij* 1612. *&* 4. *Decembris* 1613. *coram Pirouuo apud Tamburinum de Iure Abbatum deciſ.*67. *&* 68. & frequenter alibi, præſertim in *Cauen. collationis ordinum coram Veroſpio*, latiſſime contra Religioſum Hieroſolymitanum, eiuſque Priorem habentem iuriſdictionem temporalẽ, ac etiam ſpiritualem, *in deciſ. Toletana iuriſdictionis* 9. *Maij* 1659. *&* 12. *eiuſdem* 1660. *coram Beuilacqua, & in eadem* 10. *Iunij* 1661. *coram Zaia, et* 27. *Ianuarij* 1662. *coram eodem Beuilacqua in locum Zaia ſuffecto*, vbi alia conſtipantur: Ea quippè ratione, quia omnia loca mundi præſumuntur eſſe in aliqua Diœceſi, nec præſumuntur eſſe nullius, niſi probetur, nam Eccleſiæ omnes Epiſcopo loci ipſo iure ſunt ſubiectæ, *c. cum non liceat* 12. *de præſcriptionibus c. Abbatis cũ ſeq.*18. *q.*2. *de Xenodochijs, de religioſis domibus, gloſ. verb. in tua c. ſicut* 8. de exceſſibus Prælatorum, niſi ſpeciali priuilegio ſint exemptæ, *c.*1.16. *q.*2. quę exemptio non præſumitur, donec probetur, hęc Pignatellus.

Hęc doctrina huius ſatiſdocti viri
533 ſimpliciter, & abſolutè ſic dicta apud me habet aliquam difficultatem *ob textum in c. cum perſonæ de priuileg. in* 6. *in quo tex. expreſsè iuuetur, quod præſcriptionis probatione pendente, licet Ordinariorum intentio de iure communi fundetur, tamen quia de priuilegio, (quod ſaltem cauſam præſcribendi præbet) faciunt fidem in libertatis, vel exemptionis poſſeſſione non violenta, non clandeſtina, nec conceſſa precario, de qua fidem coram eiſdem fecerint, non turbentur*; Hæc ſunt verba textus, ex quibus non obſcurè colligitur, quod pendente iudicio ſuper præſcriptione cum titulo colorato, ſi inferior eſt in quaſi poſſeſſione legitima, non eſt moleſtandus, & ſic manutenendus, vndè totam hanc rem metiendam eſſe ex poſſeſſione; videtur dicendum, ſi enim in quaſi poſſeſſione reperiatur Epiſcopus, quam etiam per vnicum actum conſeruat, *Rota dec.*391. *num.*24.
534 *par.*13. *vbi alia allegantur apud Bichiũ* 290. *n.*31. *&* 308. *n.*3. *& dec.*70. *num.*67. *par.*13. *recent. apud Tondutum dec.* 11. *n.*12. *poſt tractatum de penſ.* Tunc quamuis allegetur priuilegium, vel immemorabilis, donec cognoſcatur de his,
535 certè non erit Epiſcopus priuandus exercitio viſitationis, ſeù alterius iuriſdictionis exercitijs, vt iam fusè dictum eſt, & cum Epiſcopus habet iuris aſſiſtentiam, & poſſeſſionem, actus geſti ab inferiore nunquam poſſunt tribue-
536 re ius, & poſſeſſionem conſiderabilem in præiudicium Epiſcopi, *Poſtius obſ.*45. *n.*38. *&* 39. *Rota dec.*304. *num.*4. *par.*8. *& in puncto deciſ.*333. *n.*13. nam præſumuntur iſti turbatiui, ac Clandeſtini: vt enim poſſeſſor priuari poſſit, debet actus legitimus, & validus, ibi-
537 dem *Rota dec.*333. *n.*17. *et* 18. *& ſuit*

do-

doctrina Io: Monachi in d.c. cum persone n.3.et Io: Andreę in c. cum querente de off.
5380 *rd. ibidem Hostiens.n.7.But.n.52.* Atque quod possessio Ordinarij pręualeat contrarijs actibus inferioris, qui turbatiui censentur, *Rota decis.128.n.14 et 15.par.11.et decis.483. num.18.et 19. par.14.*

Sin autem inferior in possessione to-
539 talis libertatis,& iurisdictionis reperiatur, certè manutendus erit, vt fusè dictum est supra, & ità *Rota decis.508. par.5.et apud Richium dec.194. n.11. quę est puntualis in materia visitationis, et in terminis Territorij separati, Rota decis.70 n.25. vbi allegantur alię decisiones (sed in Montis Virginis allegatis ibi nihil dicitur) & 390.n.4.5.& 6.par.13.recent. quę fuit in Toletana iurisdictionis 27. Ianuarij 1663. coram Beuilacqua, in qua ità dicitur; Non obstat, quod Episcopo habenti de iure intentionem fundatam in iurisdictione Regularium, & Monasteriorum intrà suam Diacesim existentium, c.penult.de religiosis domibus in 6.Glos.in c.cum querente in verbo iurisdictionem de off. Ord. & c.Abbates vbi Glos.in verbo Episcoporum 18.q.2. Decius in c.final. n.6. in 4. not.de cons. vtili, vel inutili, Rota dec. 627. num. 1. apud Moder. Perusinum de manutenend.& ex iuris assistentia in actibus incorporalibus absque possessione, competat manutentio, Caputaquen.decis.306.par.1. et dec.201.p.2.Seraph.dec.948.quia ab hac concl.tametsi à Rota perpetuò admissa, vt dixit corā Cardinali Seraphino dec.1449. n.1.Duran. decis.226.n.2. receditur quotiescumque ab inferiore allegatur titulus exemptionis, exhibendo priuilegium, & docet etiam de sua possessione, tunc enim assistentia iuris communis non tribuit facultatem Ordinario, vt debeat manuteneri, sed manutenendus est Pralatus inferior, titulum,& possessionem ostendens ex determinatione dicti cap. cum persona de priuileg. in 6.vbi Anch.n.2.Gom.in §. fin.n.3.& 4. Franch.n.6.Abbas in c.1.n.8. vt lite pend. Rota in Brixien. iurisdictionis coram Bon. in c.Pironano, apud eundem, Moder. Perusinum de manutēd.dec.627.n.2.& dec.628. n.4. Duraz.dec. 226.n.5. Marescott.var. resol.lib.c.11.n.9. hac ibi: Rursus Rota apud Comitulum decis.83, idem firmauit,* nam dedit mandatum de manutenendo Abbati Cassinen.contra Episcopum Marsicanum in exercitio iurisdictionis, vt ibi patet; Ex quibus decisionibus clarè patet, quod quotiescumque inferior est in possessione iurisdictionis, exercitij iurisdictionis in Territorio separato, cum etiam concurrit titulus, est in sua possessione manutenendus, & ità *Postius obser.45.n.34.*& ità loquūtur decisiones allegatæ per Pingintellum,
540 nam *in dec.67.& 68.* penes Tamburinum, quas supra discussimus, fuit per Rotam in ipsis firmatum, non esse incipiendum ab inhibitione, contra Archiepiscopum Toletanum, habentem iurisdictionem visitandi, sub prætextu priuilegij, donec discutiatur ipsum priuilegium, ibique agebatur de visitando Ecclesias, in quibus erat annexa cura animarum,& in Constitutionibus Pij V. & Gregorij XIII. expresè conceditur facultas Ordinarijs visitandi dicta loca Religionis Hierosolymitanæ in ijs, quæ concernunt curam animarum:& quod loca, de quibus ibi agebatur, si, vel ne, comprehendebantur sub decreto Conciliari, respiciebat petitorium, & altiorem requirebat indaginem, & sic interim non erat Archiepiscopo inhibendum, nec in his decisionibus apparebat de possessione magni Prioris Castellæ,&Legionis ter-
541 ritorij separati &c. In Cauēsi collationis ordinum coram Verospio 31. apud Tondutum post tractatum de pensionibus, nihil de hac re, sed ibi dumtaxat fuit dictum, Monasterium Cauense esse nullius, in *Toletana iurisdictionis 9. Maij 1659. coram Beuilacqua q.70.par.13. recent.* Archiepiscopus erat in possessione exercitij iurisdictionis circa Clerum,
542 & Populum secularem, & Magnus Prior dumtaxat in possessione actuum, qui concernunt statum, & curam regularem, vt legenti d.decisionem patet, præsertim *n. 26.nec in eadem Toletana 21.Maij 1660. coram eodem 221. eadem parte 13.* constat de possessione Magni Prioris, sed Archiepiscopi, vt patet ad litteram in eadem Toletana 10. Iunij 1661. coram Taia, quæ est in eadem parte 333. *n.11. dicitur*, quod Archiepisco-

Digitized by Google

piſcopus habebat actualem poſſeſſionē ob continuatum exercitium omnium actuum utriuſque legis Diœceſanę, & iuriſdictionis voluntariè,& contentiosè: & num. 6. fuit ponderatum, quod viſitationes factę à magno Priore fuerūt iure regulari ,& inregulares, quod ea ſcilicet, quæ concernunt regularem curam.in deciſione eiuſdem 27. Ianuarij 1662. coram Beuilàcqua, quam aliā allegat Pignatellus q.390. eadem parte mandatum de manutenēdo fuit da-
543 tum magno Priori pro Eccleſijs, & perſonis Regularibus, in quibus habebat exercitiū iuriſdictionis regularis, D. autem Archiepiſcopo in Territorio ſęculari pro populo, & Clero ſęculari, in quibus ipſe, & magnus Prior nondum aſſiſtentiam iuris, verum etiā actus quamplurimos poſſeſſiuos,vt patet ad litteram, & ecce quod Sacra Rota totam illam differentiam inter magnum Priorem, & D. Archiepiſcopum reſoluit ex poſſeſſione cuiuſcūq;
544 Facit etiam optimè ad meū propoſitum deciſio in *Colonien.iuriſd.coram Em. Cerro de anno* 1668.330.*p.*15.*rec.*in qua fuit dictum, Sereniſſimum Colonien. poſſe viſitare Monaſterium Sācti Cornelij eo, quod erat in poſſeſſione actuali iuriſdictionis: & num.6. fuit dictum, quod Monachi non poterant ſe eximere à viſitatione ex productione tituli, ſeù priuilegij, niſi inſimul probarent, ſe eſſe in quaſi poſſeſſione exemptionis, & ibi allegantur Doctores, & Rotæ deciſiones. In quantum
545 verò ad declarationes Sacrę Congregationis, quas affert eruditus Pingintellus; dico in primis, quod non conſtat in illis, an inferior erat poſſeſſor. Secundo quod Sacræ Congregationes non attendunt ad poſſeſſorium in declarationibus faciendis, neque petitorium à poſſeſſorio diſtingunt; ſed dūtaxat attendunt, qui iuris eſt, verum in ijs, & alijs omnibus ineptum meum iudicium ſemper ſubmitto iudicio ſapientiſſimorum Patrum: nec vnquam audebo à determinationibus Sac.Congregationis ſenſum meum procul tenere.

Arguitur etiam territorium ſepara-
546 tum, & diſtinctum, cum inferior eſt in poſſeſſione clericos coarcere, Synodum congregare, Vicarios deputare, beneficia capere, & cætera quæ ſe ferunt legem Diœceſanam, & legem iuriſdictionis, vt abundè fuit dictum in Fanen. iuriſdictionis penes *Tondutum* 70. & apud ipſum Coccinum 1054.& in dicta Cauen. Collationis ordinum *coram Veroſpio penes Tondutum* 31. *et fusè in Sancti Angeli Lombardorum 6.Martij coram Pirouano de anno* 1637. *quę habetur tom.*7. *dec.*203. quam ſæpè citauimus, quæ deciſio fuit iterum, atque iterum confirmata per Sacram Rotam coram Pentingerio apud ipſum 12. & 23. in quibus deciſionibus Sancti Angeli habes, quod territorium diſtinctū cum iuriſdictione quaſi Epiſcopali probatur ex pluribus,nempè teſtibus,plan-
547 ta loci, terminis, actibus iuriſdictionalibus ibi exercitis, lapidibus, ex enunciatiuis, & alijs, vt in dictis deciſionibus videre poteris, ſemper tamen requiruntur ſolidæ probationes cōtra illum, qui habet iuris aſſiſtentiam, vt iam diximus. Coniunguntur tamen
548 probationes, & inuicem adminiculantur, atque roborantur ex obſeruātia ſubſequuta, vt indè *dec.*23.*n.*10. & 11. *apud Pentingerium*; ac etiam confirmatio ſtatutorum, vnio beneficiorum, indulgentiæ conceſſionem, viſitationes plures, & alia, vt in dicta *Montis Caſſinen.iuriſd.*459. *penes Bichium.*Quando verò exemptio non eſt plénè probata,
649 ſemper iuriſdictio pertinet ad Epiſcopum, vt in *d.Colonen.*330. *nu.*6 *p.*15. & nouiſſimè *in Beneuent. iuriſd. de anno* 1670. 227.*n.*4.*p.*16.*rec.*

Vice tamen verſa, territorij ſeparati, atque diſtincti præſumptio exclu-
550 ditur ex pluribus; vt abunde dictum fuit in dicta cauſa Toletana iuriſdictionis pluries propoſita, & diù agitata in Sacra Rota in allegatis deciſionibus, & in *Marſicen.iuriſdict.* quæ etiam diù agitata fuit in Sacra Rota, inter Terram Saponariæ, & Epiſcopū Marſicen. tàm coram Bichio apud ipſum 75. 160. 178. 202. 227. 246. 290.308. 328.383.quā coràCorrado,quæ eſt 153 *p.*11.*rec.* ex quibus omnibus deciſioni-

Digitized by Google

bus habes, quod exercitium attamen iurisdictionalium in loco, solutio decimarum, cathedratici procurationis, receptio Oleorum Sanctorum, Sacramẽti Chrismatis, collatio, & institutio beneficiorum, reseruatio obedientiæ, & alia, quæ sunt legis iurisdictionis, vel Diœcesanæ: item situatio loci intrà fines excludunt Territorium separatum,
551 atque distinctum, ne iurisdictionem quasi Episcopalem inferioris, vide etiã decisionem sæpè citatam in *Salisburg. iurisd.* 218. *penes Royas apud Carrillum dec.* 126. *&* 483. *p.* 14. *&* p. 9. *dec.* 110. *& dec.* 74. *apud Tamb. vide etiam Antonellũ de loco legali lib.* 1. *c.* 3. *à n.* 258. *Ferrentillum ad Burattum dec.* 578. ex directione
552 autem dispensationum Episcopis nõ sequitur, quod sit eius iurisdictionis, Rota penes *Tamb. dec.* 69. situationem autem intra fines Diœcesis, quando probari, iam dixi.

Solum restat videre, cum concurrũt
553 probationes ex parte Episcopi, siuè Ordinarij, & inferioris, quæ præualeant, seu quibus standum esse, dicendum in primis videtur, quod cum concurrunt actus gesti per inferiorem Prælatum prętendentem Territorium separatum, ac etiam actus Episcopi, pro conseruanda iurisdictione in loco existenti intra limites, præferendi sint actus ab Episcopo gesti, ac illis potius standum, quia pro actibus Episcopi assistit ius, iuxta doctrinam Innocentij in *c. auditis sub n.* 4. *vers. contrarium de præscript. Rota penes Comitulum decis.* 26. *sub num.* 3. *apud Caualer. dec.* 193. *sub n.* 6. *facit dec. penes Seraph.* 1437. & optimè fuit dictum in *Marsicen. iurisd. coram Corrado d. dec.* 153. *n.* 20. vbi aliæ allegantur decisiones *p.* 11. *rec. et p.* 14. *recen. dec.* 483. *in fine, et dec.* 340. *n.* 21. *p.* 15. *rec.*
554 Ideò in concursu possessionum datur manutentio Episcopo, & non inferiori, quia pro Episcopo adest assistentia iuriscommunis, *Rota dec.* 333. *n.* 12. *p.* 13 *rec. Redolphinus in praxi p.* 2. *c.* 12. *nu.* 154 *Ferrentillus ad Burattum dec.* 219. & sẽper præfertur Episcopi possessio actibus contrarijs inferioris, qui turbati-
555 ui potius, quam iuridici iudicantur, Rota *p.* 11. *rec. dec.* 128. *n.* 13. 14. *et* 15. *& apud Comitulum dec.* 28. *n.* 9. & præsumitur antiquior proprer titulum vetustiorem, ibidem *Rota n.* 10. vt enim sint
556 validi actus inferioris, oportet articulare scientiam, & patientiam D. Episcopi Ordinarij, vt latè diximus supra,
557 vt habetur in *d. dec.* 227. *in fine par.* 16. *rec. Comitulum. dec.* 28. *n.* 13.

In concursu probationum, seù te-
558 stium, *Glosa in d. cap. de præscript. in* 6. *in verbo memoria*, ita scribit, quid ergo, si vtraque pars probat, tunc præferunt magis idonei, & qui dicunt aptiora supra de testibus in nostra, vbi de hoc, & sic illi, qui dicunt, se vidisse cõtrarium, deberent præferri, cum alij satagant negatiuam. In concursu ergo
559 probationum, seù testium, cęteris paribus pręferuntur probationes, seù testes pro parte Episcopi, quia hic habet etiam iuris assistentiam, iuxta doctrinam Innoc. in *c. auditis sub num.* 4 *Ludouisius dec.* 51. *n.* 2. *et p.* 7. *rec. dec.* 247. *n.* 19. *et apud Bichium dec.* 290. *num.* 40. *et dec.* 304. *num.* 6. *p.* 11. *rec.* semper enim probatio illa pręfertur, qua probatur locum esse intra fines, quam illa, qua-
560 probatur esse nullius, quia prima fouetur etiam iuris assistentia, Rota in *sæpè citata dec.* 153. *n.* 4. *p.* 11. *rec.* & eo magis cum testes Episcopi essent maiores, vel melius informati, Rota *par.* 8.
561 *rec. dec.* 285. Sin autem probationes inferioris essent in numero maiores, & testes magis qualificati, tunc pręferuntur probationes inferioris, vt fuit di-
562 ctum in sępè citata *Sancti Angeli Lombardorum coram Pirouano p.* 7. *rec. dec.* 203 *n.* 11. debent tamen verisimilia deponere,
563 nã si inuerisimilia, etiam si numero maiores, non probant, Rota apud *Comitulum dec.* 28. *in fine*, sicut etiam cum probationes inferioris sunt magis
564 adminiculatę, Rota in eadem *Sancti Angeli Lombardorum penes Pentingerium dec.* 23. *num.* 10.

Sacrum Pręfatum Concilium in *sess.* 25. *cap.* 5. *de Regularibus* pręcipit, Epi-
565 scopis subinterminatione maledictionis ęternę, vt in omnibus Monasterijs sibi subiectis ordinaria, in alijs verò Apostolica Sedis authoritate clausuram sanctimonialium violata-

fue-

Digitized by Google

fuerit, diligenter reſtitui, & vbi inuiolata eſt, conſeruari. Ex quo decreto Sacri Concilij Tridentini, Epiſcopos clauſuram monialium exemptarum ſemper viſitare, noſtri Doctores comuniter reſoluunt; & non ſolum poteſt viſitare, quando Clauſura eſt violata, ſed etiam vt cuſtodiatur illibata, etiam reluctantibus monialibus, & ſi Regularibus ſint ſubiectæ, declaratum refert à Sacra Congregatione de anno 1623. ad ſuam inſtantiam Alexander Sperella, doctus ſanè vir in eius *deciſione 97. ſub n. 27.*

Sed Bruno *de Priuilegijs Regularium*
565 *par. 5. tract. 2. cap. 2. prop. 4. et Emanuel Rodericus in q. Regul. q. 47. art. 10. contrarium docent præ authoritate cap. periculoſo de ſtatu Regularium in 6. in quo textu in §. finali* Clauſura Monialium exemptarum, & Regularibus ſubiectarum Prælatis Religionum cuſtodienda cõmittitur; ſic enim ratiocinatur, clauſura monilium in *c. periculoſo* datur Epiſcopis in ſibi ſubiectis iure ordinario, & exemptis iure delegato, in illis vero Monaſterijs, quæ ſubſunt Regularibus, datur ſuperioribus Regularibus, quibus ſubſunt, in Sacro vero Concilio Tridentino innouatur diſpoſitio *cap. periculoſo*, ergo intellexit eodem modo, & forma, de quibus *in dicto periculoſo* fuit Sancitum, nempè vt Monaſteria monialium, quo ad clauſuram, ſibi ſubiecturam viſitare poſſit iure Ordinario, exemptorum vero nemini ſubiectarum (pręter Romano Pontifici) iure Delegato, quæ vero Regularibus ſunt ſubiecta, etiam quo ad clauſuram viſitanda eſſe à proprijs Superioribus Religionum, quibus ſubſunt, nam Sacrum Concilium nihil de his expreſſit.

At contra Brunum inſurrexit *Diana*
567 *par. 12. tract. 2. Miſcell. reſol. 15. et contra Emanuelem Rodericum Ceſpides cap. 23.* 343. qui declarationem datam Alexandro Sperella adducunt; Tenor vero declarationis talis eſt, Emenentiſs. & Reuerendiſsimi Domini ſtatutum eſt per decretum Sacri Concilij Tridentini, *cap. 5. ſeſſ. 25. de regul.* vt Epiſcopi, tamquam Sedis Apoſtolicæ Delegati, clauſuram Sanctimonialium in Monaſterijs ſibi ſubiectis conſeruari maximè procurent, in vim cuius decreti Alexander Sperella Vicarius Generalis Em. Domini Cardinalis Eſtenſis, vt ſuo muneri ſatisfaceret, intendebat ſingulis annis, Monaſteria Regularibus ſubiecta viſitationis gratia in concernentibus clauſuram ingredi, ad quod cum cæteri Regulares annuerent, Fratres S. Dominici riſtitere, prætendentes duo, prius vigore eiuſdem decreti Epiſcopum ſolum, non autem eius Vicarium, etiam mandatum ſpeciale habentem, ingredi poſſe; poſterius nec quidem Epiſcopum valere, niſi aliquam rationabilem violatæ clauſuræ ſuſpicionem haberet, ex *Rodu. qq. Regul. tom. 1. quæſt. 47. art. 10.* Vndè cum orator hac in rè nihil præter Dei honorem quæraat ac neque diſſidia, neque nimio zelo laborare intendat, ſupplicat humiliter pro opportuna horum caſuum declaratione. Sacra Congregatio Cardinalium Concilij Tridentini Interpetrum ad vtrumque dubium reſpondit, non ſolum Epiſcopo, ſed etiam Generali eius Vicario ad hoc ſpeciale mandatum habenti, licere pro clauſuræ viſitatione ingredi ſepta Monaſteriorum monialium Regularibus ſubiectarum, tam, & ſi nulla rationabilis violatæ clauſuræ ſuſpicio irrepſerit, & acriter reprehendit Emanuelem Rodericum, quod in hac re tam audacter loquutus fuerit. Antonius Cardinalis Caietanus. Aliam etiam declarationem adducit Ceſpides ibidem in vna Conimbricenſi, hanc etiam adducit *Thom. deciſ. 63.*

Ita docẽt quamplurimi Doctores, &
568 pręter citatos, *Cocchier. de iuriſd. in exẽptos par. 2. q. 47. n. 12. Barb. de poteſtate Epiſcopi allegat. 102. n. 3. & de iure Eccleſiaſtico lib. 1. cap. 43. n. 146. Campanilis in diuerſ. rub. 12. c. 13. n. 83. Zerola in praxi par. 2. c. 3. de viſitatione Sanctimonialium n. 53. Pellicciarius de Monialibus cap. 10. n. 22. Toletus in ſumma verb. monialis num. 3. Gauante in manuali Epiſcoporum verb. Monialium clauſura num. 57. Sqillante d. par. 1. cap. 3. num. 21.* etiam ſi nunquam eſſent viſitata dicta Monaſteria, pro vt declaratum die 24. Nouembris

Digitized by Google

1617. dicit *Gauante in d. Manuali verbo visitatio Episcopi n.29. & ex eo Squillante loco cit.*

Ad rationem Bruni, & Roderici re-
569 spondetur, verum esse Concilium Tridentinum in *d.c.5.* renouasse Constitutionem Bonifacij Octaui in *d.cap. periculoso*, attamen nouam formam induxit, ampliauitque dictam constitutionem, nec necessarium fuit expresse derogare eidem, sed satis fuit, aliter disponendo, vt communiter docent Doctores in materia de legibus.

Episcopi autem visitantes Monaste-
570 ria monialium in casibus, in quibus possunt, debent seruare formam præscriptam in *Clem. attendentes de statu Monachorum in vers. ipsos; dicens, ipsos autem Visitatores Notarijs duobus, & personis duabus sua Ecclesiæ, quatuorque viris alijs honestis vtique, & maturis præcipimus in ea, quam visitando facient inquisitione fore contentos.* Sic taxantur octo personæ, & quamuis adsit constitutio Gregorij, incipit, vbi gratiæ, tamen hęc intelligenda est, iuxta *d. Clementinam attendentes.* optimè Fagnanus, qui iam nonogenarius migrauit in Cælum, *in c. iustà nu.23. de Off. ord.* in quantum ad personas duas Ecclesiæ suæ non opus
571 est, vt sint Canonici, ibidem *Fagnanus n.20. & 21.* possunt esse regulares; quia licet decretum de accessu Regularium ad Monasteria monialium sit
572 post dictam constitutionem; attamen non derogat in hoc casu, *Fagnanus n.35. & 36.* Non tamen possunt esse laici, etiam si sint officiales Monasterij. Ita declaratum à Sacra Congregatione fuit, dicit *Fagnanus, loco cit. n.23.*

Demum vltimo loco ponimus de-
573 cretum Sacri Concilij, *sess.24. c.3. de reformatione*, in quo mandat Sacrosanctum Concilium, vt semel in anno Episcopi, Archiepiscopi, & alij visitare debeant Diœcesim, & si prælatitudine non possunt visitare totam Diœcesim, saltem maiorem partem. Corrigit etiam in hoc decreto dispositionem iuris co-
574 munis, quo ad Archiepiscopos, quo attento, poterat Archiepiscopus visitare suam Prouinciam, *iuxtà textum in c. Romana de censibus in 6.* etiam si negligentes suffraganei non fuerint, *cap. perpetuò tit. de censibus in 6.* Tamen Sacrum Concilium moderauit commune
575 ius, atque statuit, non posse Archiepiscopum visitare Prouinciam, nisi causa cognita, & approbata in Concilio Prouinciali, vt ibidem legitur. Verum hodiè in nostro Regno, neque Concilia celebrantur, neque huiusmodi visitationes peraguntur, & vtinam vtrumque fieret.

Insuper mandat inferioribus Prælatis habentibus ius visitandi, nempè
576 *Archidiaconis, Decanis, & alijs inferioribus in illis Ecclesijs, in quibus hactenus ius habent visitandi, cum hoc peragere voluerint, assumere debeant notarium de consensu Episcopi, & per se ipsos tantum visitare; Cum autem Capitulum habet ius visitandi, Visitatores ab Episcopo approbari debent, atque in his casibus visitatio non censetur concessa his inferioribus priuatiuè quo ad Episcopum, sed cumulatiuè, vt scilicet possit Episcopus visitare, sicuti de visitatione facta per hos inferiores intrà mensem Episcopo reddere rationem teneantur*, hæc ibidem Sacrum Concilium Tridentinum statuit, atque decernit, de quibus omnibus latè *Barbosa de potestate Episcopi alleg.73. per totam, præsertim à n.21.*

Quamuis scopus visitationis morum
577 correctio sit præcipuus, & principalis, vt diximus in initio huius sectionis, & expresse habetur in hoc decreto Tridentini, attamen Episcopus non potest inuisitatione proponere ædictum publicum, in quo sub pena excõmunicationis veniant ad denunciandа delicta Rectoris, vel Clericorum, vt optimè *Gauante in Manuali Episcoporum, verbo visitatio n.38. Genuens. q.93. in manuali Pastor. c.34. n.6. Squillante d. c.3. sub n.34. Pignatellus to. 1. consul.58. in principio*, & alij passim, qui non excu-
578 sant Episcopum tunc à peccato, sed dumtaxat in edicto, in generali potest monere, vt denuncient, quæ sunt corrigenda, vt expresse cauetur *in c. Romana §. sane de censibus in 6.* sic in graue potest monere, vt Concubinarij publici, & superstitiosi denuncientur, *Gen. loco cit. Squillante loco cit. imò Pignatellus d.*

Digitized by Google

tomo 1. *conſil.* 58. *tenet*, quod in his ædi-
579 ctis generalibus Epiſcopus nec poſ-
ſit præcipere ſub pena ſanctæ obedien-
tiæ, vt quilibet de populo denunciet,
quæ correctioni, vel emendationi iudi-
cauerit.

Dum Epiſcopus viſitat, abſtinere de-
580 bet à formandis proceſſus, atque ab
imponendo penam ordinariam; pro vt
ſtatuitur *in d.c.* 1. §. *ſane de cenſibus in 6.*
quando autem eſſet orta fama publi-
ca, vel notorium eſſet delictum, poterit
proceſſus formare, & ordinariam pe-
nam imponere, vt expreſsè ſtatuitur
581 *in eodem cap. Gen. in praxi c.* 21.

Ità etiam Epiſcopus dum viſitat, &
582 generaliter inquirit de vita, & hone-
ſtate Clericorum, & Miniſtrorum Ec-
cleſiæ, & de alijs, quæ ſpectant ad eo-
rum officium, non poteſt imponere iu-
ramentum, *vt dicitur in d.c. Romana* §.
ſane in principio, Gen. loco cit. d.c. 21. qui
docet, quod loco iuramenti ſolet im-
poni excommunicatio, quę non obli-
gat ad detegenda occulta; iuramen-
tum, autem imponi poſſe, quando pro-
583 cedit Epiſcopus contra aliquem
Clericum, ſeù Rectorē in particulari,
& ità quoque ſentit *Squillante loco cit.*
d.n. 34. *verſ. neque.*

Epiſcopus dum viſitat, non poteſt
584 recuſari ſuſpectus, *Gen. d. c.* 21. *Barb.*
alleg. 73. *nu.* 38. *Squillante d.c.* 3. *nu.* 24. *&*
alij, & Barboſa adducit declarationem
Pij Papæ V. Archiepiſcopi Portugalen.
29. Octobris 1610. hoc tamen intelli-
gunt, dūmodò ad correctionem morū
procedat, non compilato proceſſu, ne-
que penam ordinariam imponendam.

Sic appellationem à decretis viſita-
585 tionum ſuſpenſiuam ſubſtulit Sacrū
Concilium *in ſeſſ.* 24. *c.* 10. *de reforma-*
tione, Ricc. in prax. aurea, reſ. 7. *n.* 1. *Qua-*
ranta in verbo Archiepiſcopi authoritas,
Volpe in praxi cap. 21. *num.* 9. *Barboſa loco*
cit. n. 32. *Barboſa alleg.* 73. *n.* 32. *Pignatel-*
lus tom. 1. *conſ.* 383. *Squillante loco cit.*
n. 25. dummodò non procedat ſeruatis
ſeruandis, & compilato proceſſu, & ad
penam ordinariam, nam tunc bene
quoad vtrumque effectum admittitur;
vt omnes ipſi Doctores aduertunt, &
586 idem *Barboſa in dicto Tridentini de-*
creto, poteſt tamen carcerare ſinè pro-
ceſſu, & ſinè ſcriptis, & carceratos de-
tinere, & ſi iſti appellauerint, Archie-
piſcopus poteſt cognoſcere de exceſſu
587 in corrigendo, ſed reo manente in
carceribus; *Barboſa d. alleg.* 73. *ſub n.* 32.

Hæc ab illis, quę à viſitatione de-
588 pendent, datur appellatio ſuſpenſi-
ua, *Riccius d. reſol.* 7. *n.* 3. & ſufficit, vt non
detur appellatio, ſi Epiſcopus aſſerat,
ſe feciſſe in viſitatione, nam etiam ſi
aliundè non conſtet, ſufficit enim Epi-
ſcopi aſſertio, quod fecit in viſitatione,
idem *Riccius loco cit.*

Ad quem autem appellandum ſit in
caſibus, in quibus procedit Epiſcopus
vti Sedis Apoſtolicæ Delegatus; in vi-
ſitatione, prima facie videtur dicen-
dum, quod appellandum ſit ad San-
ctam Sedem Apoſtolicam, ſiuè ad ſum-
mum Pontificem, quia regula eſt trita,
quod à Delegato ad delegantem eſt
appellandum, *vt habetur in c. ſuper que-*
ſtionum, §. *porro de officio delegati, & ſcripſi*
latè in tractatu de exequtoribus litterarū
Apoſtolicarum par. 2. *cap.* 8.

Attamen in hoc caſu non ſic res de
590 plano procedit, cum Doctores pu-
gnantes inueniam, agitant hanc quæ-
ſtionem. *Auguſtinus Barboſa in tota al-*
leg. 92. *Sanchez de Matrim. lib.* 8. *diſp.* 2.
Francus Leo, in theſ. for. Eccleſ. par. 2. *c.* 2. *à*
n. 59. *Squillante tam par.* 1. *c.* 3. *n.* 30. *quam*
in par. 3. *c.* 25 *per totum*, *Garſia de benef.*
par. 5. *c.* 7. *à n.* 48. *Doctus Merolla tom.* 3.
diſp. 7. *c.* 5. *dub.*... *Riccius in praxi aurea*
reſ. 449. *& alij.*

Poſt ſcripta dum hæc ſub prælo eſ-
591 ſent, promulgata fuit Taxa SS. Do-
mini noſtri Innocentij diuina proui-
dentia Papæ XI. in qua prohibetur
Epiſcopis omninò, ac munera cuiuſ-
cumque Generis, etiam parui momen-
ti, & commeſtibilium, vndè receden
592 dum ab illa opinione, quæ hæc per-
mittit. Decretum vero circaſub col-
lectores Reuerendæ Cameræ, quod
nuper, vt diximus ſupra, emanauit, prò
vt patet ex literis directis Eminentiſs.
ac Reuerendiſs. Domino Card. Carac-
ciolo Archiepiſcopo Neapolitano, ta-
lis eſt videlicet.

Emi-

Digitized by Google

Eminentiſs. ac Reuerendiſſime Domine Obſeruandiſſimè.

EXaminatis iterum in Sac. Congregatione Eminentiſs. Cardinalium Concilij Tridentini Interpretum (pro vt mentis fuerat Clementis X. S.M.) accuratoque ſtudio perpenſis declarationibus alias aditis circa ſubcollectores Nunciaturæ Apoſtolicæ Neapolitanæ, nec non conſideratis nouiter deductis in literis D. Nuntij, Em. PP. declarationes alias editas in hac materia, & in vnum congeſtas, atque à Sanctiſſimo D.N. vt infrà approbatas, obſeruandas cenſuerunt; Proindeque per haſce literas encyclicas in iſta Cancellaria regiſtrandas E.V. ſignificandas duxerunt. In primis igitur ſtatuit S. Congregatio, decem tantum in iſta Ciuitate, & Diœceſi debere eſſe ſubcollectores; Ad euitandam autem confuſionem remiſit arbitrio Nuntij diuidere, & aſſignare cuilibet ſubcollectori partem Diœceſis, ſeù loca, intrà quorum limites debeant in exercitio ſe continere.

Et ne ſemel in ſubcollectores deputati neceſſitatem inducant multiplicandi alios ſubcollectores, renunciando officium, licet poſſit in eo continuare, & idonei ſint, declarauit, nullum ſubcollectorem poſt renunciatum officium gaudere exemptione ab Ordinario. niſi laudabiliter exercuerit, ſaltem per duodecim annos.

Eos verò, qui in officio, aut alias ità deliquiſſe comperti fuerint, vt à Nuntio amoueantur, & alij eorum loco deputentur, nullatenus exemptione huiuſmodi gaudere: & è contra illos, qui probè, ac fideliter ſe geſſerint, velintque in officio continuare, confirmandos eſſe à Nuntio, nec alios eorum loco deputari poſſe.

Præterea atiẽta ſubcollectorũ huiuſmodi multitudine, & cauſa à S.M. Vrb. VIII. in ſua Conſtitutione 35. conſiderata concedendi illis exemptionem, cenſuit expedire, vt Sanctiſſimus declaret, ità eſſe intelligendam dictam Conſtitutionem, vt ſubcollectores terminato officio non gaudeant amplius exemptione defuncto, vel alias deficiente Ordin. in cuius tempore exercuerunt, ſicuti etiam declarauit, illos, qui, licet in ſubcollectores deputati fuerit, nunquam exercuerunt, minimè gaudere, nec pariter illos, qui non reſident in Diœceſi, pro qua ſunt deputati, & Ordinarium certiorare debere S. Congregationẽ de dicta non reſidentia, eiuſque prouiſionem expectare.

Generaliter vero ſubcollectoribus exemptionem ab Ordinario in ciuilibus non ſuffragari, niſi adeſſet in Diœceſi Iudex à Nuntio deputatus, qui habeat tantummodo facultatem in cauſis paſſiuis, & nullo Priuilegio, aut exemptione gaudeat.

Quod vero attinet ad Subſtitutos, & officiales ſubcollectorum, declarauit, dictos ſubſtitutos non gaudere exemptione, illam tamen concedendam eſſe vni tantum Notario pro quolibet ſubcollectore in actu exercitij. Et quo ad Commiſſarios ſuper illicitis negotiationibus, aut ad alias cauſas particulares deputatos, non gaudere exemptione, niſi in actu exercitij, & tã commiſſarios huiuſmodi, quam ſubcollectores, quando procedant contra denunciatos, vel alios inquiſitos de illicitis negotiationibus, ſic ex proceſſu informatiuo conſtet de eorum innocentia, non poſſe illos cogere ad expenſas eiuſdem proceſſus, & decreti abſolutorij.

Et quod maioris momenti eſt, ne prætextu huiuſmodi officij, cura animarũ, ſeruitiũ Eccleſiæ, ac diuinus cultus, morumque honeſtas, detrimentum patiantur, declarauit, Parochos in Subcoll. aut Commiſſarios, ad quaſcumque cauſas particolares, non eſſe deputandos, ſicuti nec Pœnitentiarium, nec Theologum. Quodſi poſt deputationem de aliqua Parrochiali, aut Panitentiali, vel Theologali prębendis fuerint fortaſſe prouiſi, tunc minimè gaudere exemptione in concernentibus curam animarum, & reſpectiue adimplementum onerum ipſorum prębendarum; Et eadem ratione non gaudere Canonicos, & alios Beneficiatos Subcollectores in concernentibus ſeruitium Eccleſiæ, & adimplementum onerum ipſorum Canonicatum, & Beneficiorum; nec lucrari diſtributiones quotidianas, ſi non inſeruiant; Inſuper teneri ratione beneficiorum, quæ obtinent, ad publicas proceſſiones accedere, ſoluere Cathedraticum, & ſubſidium charitatiuum, & intereſſe Synodo, ac viſitationi, non inter pluries, quam ſemel in anno; Poſſe verò ſolummodò cogi ab Ordinario ad exequendam viſitationem in ijs, quæ reſpiciunt cultum diuinum; Ipſumque Ordinarium poſſe procedere contra Subcollectores, accedentes ſine eius licentia ad Monaſte-

Digitized by Google

steria Monialium, aut non seruantes præceptum communionis Paschalis, & contra percutientes Parochum, vel Clericum posse procedere ad declaratoriã excõmunicationis, ex c. si quis suadente; & si quando repererit aliquem Subcollectorem in publico concubinatu viuere, certiorare debere eandem S. Congregationem, ac ipsum Nuntium, cuius partes erunt seuerè eos punire, ac priuare officio; Posse tamen eumdem Ordinarium carceribus mancipare ad superiorum dispositionem retinendos Subcollectores deprehensos in fraganti crimine, quod meret, panam corporalem non tamen minorem relegationem; dummodò statim de carceratione Nuntium certioret.

Item Administratores locorum Piorum in Subcollectores deputatos subesse Ordinario, quo ad redditionem rationum administrationis, nec posse Subcollectores à casibus Episcopo reseruatis absolui absquè illius licentia; Et nullum Inquisitum posse à Nuntio in Subcollectorem deputari, nisi de eius absolutione constiterit.

Et autem sciant Ordinarij, quos in Subcollectores, aut Commissarios debeant recognoscere, declarauit, Subcollectores teneri obtẽdere Ordinario suas commissiones, antequam illas exequantur, Cõmissarios vero particulares teneri, vel per litteras patentes, vel priuatas sui Superioris, aut alio modo certiorare Ordinarium de mandata iurisdictione.

Demum quatenus supradictæ declarationes, vel aliquæ illarum futuris temporibus non obseruentur. Sacr. Congregatio voluit incumbere locorum Ordinarijs, vt pro eorum zelo, ac pastorali sollicitudine, quæcumque secus acciderint huic S. Sedi fideliter referant pro optima prouisione obtinenda.

Et facta de præmissis Relatione SS.D. Nostro, Sanctitas sua declarauit præcitatam constitutionem fel. record. Vrbani VIII. esse intelligendam iuxta supradictam S. Congregationis sententiam, & præinsertas omnes declarationes approbauit, & confirmauit, atque inconcussè, & inuiolabiliter obseruari, & exequi mandauit, non obstantibus quibuscumque; salua tamen semper eius S. Congregationis authoritate, omnia, & singula prædicta declarandi, moderandi, & ampliandi, Et in totum, vel in parte annullandi, & interpetrandi.

Voluit tamen Sanctitas sua, quod per præsentes restrictas ad Subcollectores spoliorum ipsius Regni Neapolitani per Nuntium Apostolicum deputatos, siue deputandos, derogatum, siuè præiudicatum, minimè censeatur reseruationibus, & affectionibus beneficiorum eorumdem Subcollectorum resultantibus ex Regulis Cancellariæ Apostolicæ, quod reliquum est Em. Vestræ erit hæc omnia seruari facere; Eidemque manus humillimè deoscolor.

Romæ 17. Februarij 1677.

Eminentiæ Vestræ

Humillimus, & Addictissimus seruus
I. Cardinalis Columna.

S. Archiep. Brancaccius Episcopus Viterbien. Secretarius.

SECTIO SEPTIMA.

De immunitate, libertateque Ecclesiastica tuenda ab Episcopis.

NIhil tam enixe à Sacris Canonibus Constitutionibusque Apostolicis
1 Episcopis præcipitur, quam libertatis, immunitatis Ecclesiasticæ defensio, vt hanc illibatam seruare faciant. Hæc est pupilla oculorum Ecclesiasticorum, Christi Domini, sponsæ: & sicuti omne parum, & minimum oculis nocet, ipsosque maculat, ità omne minimum præ-
2 iudicium hanc advmbrat, & denigrat Ecclesiam totam, quod per prudentes Sancti Episcopi, Summique Pontifices, libertatem, immunitatemque Ecclesiasticam, etiam cum vitæ discrimine vindicarunt, constanterque vitam, & sanguinem pro ea illibata seruanda vltrò dederunt; vti fecerunt Thomas Cantauriensis, Stanislaus Polonus, Cracouiensis, & alij; ideo Ecclesia sancta Spiritu sancto ducta instituit, vt Episcopi in eorum assumptione ad Ecclesias iuramentum præstare debeant de tuendis iuribus Ecclesiæ: hanc nouissimè enixè
3 tuendam præcipit noster Sanctissimus Innocentius XI. in Epistola circulari ad Episcopos Regni, quam in fine operis

Digitized by Google

ris habebis. Sed hic labor, hic punctus; Cõstantia, & fortitudine indutos oportet esse Episcopos, vti *D. Chrisostomus lib. 2. de Sacerdotio* scripsit, *itaque, ait, magnum, & generosum animum Præsulem afferre oportet, ne deficiat, & dilassetur*; & *Diuus Bernardus ep. 26.* ad Guidonem Episcopum, manus vestras, dixit, *misistis ad fortia, opus est fortitudine*: hac virtute decoratus dicebat Propheta; *Loquebar de testimonijs in conspectu Regum, & non confundebar. psal. 118.* constantiam hãc iussit Deus per Hieremiã, *c. 1.* cum dixit, *accinge lũbos tuos, & surge, & loquere ad Iuda omnia quæ præcipio tibi, ne formides à facie eorum; nec enim timere te faciam vultum eorum. Ego quippe dedi te hodie in Ciuitatem munitam, & in columnam ferream, & in murum æreum*; & per *Esaiam, c. 4. clama ne cesses, quasi tuba exalta vocem tuam: argue, obsecra, increpa*; dicebat Paulus ad Thimoteũ, *in 2. epist. c. 4.* & ad Tytũ scribens primam epistolam *c. 1. hanc virtutem expressit, dicens, vt potens sit exhortari in doctrina sana, & eos, qui contradicũt arguere*; alias nõ Pastores, sed mercenarij erũt Episcopi, *Dixit enim Deus per Esaiam, c. 56. speculatores eius, cæci omnes nescierunt, vniuersi canes muti non valentes latrare, videntes vana, dormientes, & amantes somnia.* Inde Gregorius in Pastorali *par. 2. c. 4. sæpe, ait, nãque rectores improuidi humanam amittere gratiam formidantes loqui libere recta pertimescunt, & iuxtà veritatis vocem nequam iam gregis custodiæ pastorum studio, sed mercenariorum vice deseruiunt; quia veniente Lupo, fugiunt, dum se sub silentio abscondunt; hinc nempè eos per Prophetam, Dominus increpat, dicens, canes muti non valẽtes latrare.* Insuper Deus per Ezechielem, *c. 13. non ascẽdistis ex aduerso, nec opposuisti murum pro domo Israel, vt steteritis in prælio in die Domini, ex aduerso quippè ascendere, ait Gregorius loco cit. est pro defensione gregis voce libera huiusmodi potestatibus contrariare. & in die Domini in prælio stare, est prauis decertantibus ex iustitiæ amore resistere. Pastorem recta timuisse, dicere, quid est aliud quam tacendo terga prabuisse, qui nimirum si pro grege se obijcit, murum pro domo Israel, hostibus opponit*; Inde sapiẽtissimus Salamon, *in c. 7. Ecclesiastici, ait, noli quærere fieri Iudex, nisi valens virtute tua irrumpere iniquitates, ne fortè extimescas faciem potentis, & penas scandalum in agilitate tua.* audite Bernardũ in sermone ad Pastores in Synodo cõgregatos, *fol. 1731. & 1732. quare nõ operamini iustitiam, quare non estinguitis ignem, quare non estinguitis aciem gladij? quare? Ratio in promptu est, quia non Deo, sed hominibus queritis placere, vnde Paulus, si adhuc hominibus placerem, Christi seruus non essem. Vos non valetis de infirmitatibus diuersis, sed torpetis, ne ignauia vestra, nec de malefactoribus potestis facere iustitiam. quare? quia nulla est virtus fortitudinis vestræ, quoniam dissipat Dominus ossa eorum, qui hominibus placent, caro infirma, sed ossa sunt fortia, dissipauit ergo ossa, ideſt fortitudinem eorum, qui hominibus quærunt placere; confusi sunt, quoniam Deus spreuit eos, & vos confusi estis in actibus vestris, non honorati, sed onerati dignitatibus vestris, quoniam Deus spreuit vos, spreuit enim Deus omnes discedentes à iudicijs suis.* Armati ergo lorica iustitiæ, constantiæ, & fortitudinis debent Episcopi defendere libertatem Ecclesiasticam, nec trepidare; *paratus sum, & non sum turbatus*, dicebat Realis Propheta, *vt custodiam mandata tua*; Quia enim causam Dei; propter Deũ agunt, habebunt Deum adiutorem pariter, & vltorem pro ipsis. *Ne timeas*, dicit per Ieremiam, *cap. 1. à fæie eorum, quia tecum Ego sum, vt eruam te. Cum ipso sum in tribulatione, eripiam eum, & glorificabo eum*, dicit Deus per Prophetã psal. 33. ob Dei gloriam oportet hanc agere, & solius Dei gloriã quærere, quia tunc Deus assistet nobis, & protector noster erit, & si nobis aliquid mali euenerit, nepaueamus: *Beati qui persequutionem patiuntur propter iustitiam, quoniam ipsorum est Regnum Cœlorum. Matth. 6. Quid timet hominem homo in sinu Dei positus*, dicebat Augustinus ser. de verb. Domini. *Tu de illius sinu noli cadere, quicquid tibi passus fueris, ad salutem valebit, non ad perniciẽ, dicamus Domino. Domine propter te substinui opprobrium, & operuit confusio faciem meam, & extraneus factus sum fratribus meis, quarè? quia zelus domus tuæ comedit me, & opprobria exprobrantium tibi ceciderunt*

Digitized by Google

sunt super me. Psal. 68. Hac constantia
15 induti fuerunt Sancti Episcopi, qui Imperatoribus, & Principibus restiterunt, cum Ecclesiasticam libertatem infringere conati sunt, vt fecerũt Thomas Cantuarienſis, Ambrosius, & Carolus Mediolanensis, Martinus Turonen. & alij quamplurimi, & de S. Hugo Lincolnienſi Episcopo scribit Theatr. vitę humanę *lit. C. rub. Ecclesiæ potestas fol.* 26.
16 *Nunquam se conscio quicquam in Ecclesiæ præiudicium attentari permisit, vndè & Regum malleus sua tempestate nuncupatus, rogantibus autem amicis, vt maioris periculi euitandi causa in re parui momenti, Regi contra Ecclesiæ ius adstipularetur, dixisse, fertur, absit, vt me viuo Laici cuiuscumque etiam dignitatis, Ecclesiastica libertatis priuilegiũ infrigant.* Constantiam
17 hanc nostris temporibus strenuè adhibuit Eminentissimus Cardinalis Crescentius, dum Inquisitoris officium in hoc Regno gerebat; cum enim per magnam Curiam Vicariæ ad mortẽ essent damnati quidam facinorosi, & ad patibulum ducebantur, statim accessit ad Excellentissimum Proregem, & magna libertate, & animi ingenuitate vsus, asseruit illorum damnatorum causam nõ ad Curiam sæcularem, sed ad Tribunal Sanctæ Inquisitionis spectare; obtinuit à Domino Prorege exequutionis sententiam, statim suspendi, & damnatos illos ad suum Tribunal remitti.

Sed quomodò tractari debet hoc ne-
18 gotium? Suauitate, & prudentia, non cum actibus iræ, odij, vel inæstimationis, & contumeliæ, quia etsi victor existat, victus semper erit, nam charitatẽ amittit: si finis debet esse dumtaxat Dei gloria, & honor domus Dei; media proportionata adhibere debemus ad hunc finem consequendum; hæc autem non possunt esse talia, nisi virtute regu-
19 lantur. Deus nos fortes vult in causa sponsæ suæ tuenda, sed mansuetos, & in modo modestos: indè *Diuus Gregorius epist.* 42. *lib.* 5. quia Ioannes Episcopus Syracusanus, quamuis prouocatus modum excesserat in tuenda iurisdictione Ecclesiæ contra Venantium Patritium, qui illam læserat, ita illi scribit: *Oportet namque filijs Sacerdotalem nos affectum impendere, & in causis, prout ratio suffragatur, iurisdictionem Ecclesiæ vestræ minimè præterire*: Et *epist.* 58. *lib.* 8. ait: *Sa-*
20 *cerdotali procul dubio conuenit grauitati, vt si quas Ecclesia suę causas habuerit, aut pacifica eas ordinatione, si fieri potest, aut certè iudicio interueniente sinè mora definiat, vt sublata è medio contensionis materia sola illa cum filijs suis possit concordia permanere.* Et idem *Diuus Gregorius Episcopo Constantin. ep.* 4. *lib.* 6. *in dict.* 15. de
21 seipso dicebat: *Ego à Domini largitate hoc habeo, quod cum quorumdam hominum superbis actibus contradico, charitatis intima custodiam nunquam relinquo, sed sic ea, quæ sunt iustitiæ, foris exequor, vt ea, quæ sunt amoris, minimè postponam.* Atque *Petrus Blasensis epist.* 112. quam Petro
22 Aurelianensi Episcopo scripsit, illum excitans contra attentata Regis Galliæ, qui Ecclesiasticos cogere volebat ad contributionem belli, breuibus verbis rem absoluit: *Vt si fortis est sermo, nihilominùs sit suauis*, ad Dei imitationem, qui fortiter, suauiterq; vniuersa disponit. Iurisdictio enim Pastoris Ecclesiastici mansueta, atque in charitate fundata esse debet, non herilis, vt benè di-
23 scurrit *Maculerus de Monarch. Ecclesiast. tom.* 1. 2. *par. lib.* 1. *cap.* 9. *fol.* 25. *cum seq. & tom.* 2. 4. *p. lib.* 9. *c.* 2. *fol.* 2540. vt dicebat Apostolus 1. *ad Corinth. c.* 16. *Omnia*
24 *vestra in charitate fiant, charitas autem nunquam excidit*. Et Dauid dicebat *psal.* 13. *Memento Domine Dauid & omnis mansuetudinis eius*. Atque Seneca *lib.* 1. *de Clem. c.* 9. ait: *Rex Apum caret aculeo, veram Pastoris formam exprimens*; qui si-
25 nè felle seueritatis regnare debet, vt fœcundetur animarũ partes, quas Christo Domino lucretur. Profecturo Mediolanum Ambrosio dixit Probus Romę
26 Prefectus, *vade, age, non vt Iudex, sed vt Episcopus*, scilicèt clementèr, & mãsuetè; vt Episcopus oues suas moderari solet; mercenarij sũt qui magis sanguinis, quã salutis ouiũ, nihil Cœlo, sed orco pariẽ-
27 tes desiderio cõtabescũt ad instar arborũ satarsũ in litore Maris rubri, qui nunquã fructum afferũt. Expressit hoc satis Christus Dominus *Matth.* 20. cum dixit Apostolis: *Scitis, quia Principes gentium dominatur eorum, & qui maiores sunt, po-*

testatem exhibent inter eos, non ita erit
28 *inter vos.* Vndè *Origenes tract.12. in Matth.c.2.* ait: *Quoniam duo Fratres super cæteros Apostolos sibi gloriam percipere voluerunt in dignitatibus, indè occasionem accipens Iesus gloriam iustitiæ fidelibus ponit, quemodò apud Deum quis possit obtinere primatum, dicens, Principes gentium non contenti tantum regere suos subiectos, violenter eis dominari nituntur: inter vos autem, qui estis mei, non erunt hæc: vos autem, ait veritas, non sic, scilicet gregi meo Ecclesiastico dominabimini, superbè, tyrannicè, seuera quadam barbara, immanique regnãdi licentia, sed iustè, humilitèr, mansuetè vobis dominantibus imperate, charitate optima.* Eruditè, & copiosiùs *Maculerus tom.1. de Monarch.par.2.lib.1.cap.8.per tot.*
29 Quod tamen sapientèr intelligendum est, nè in errorem quis incidat. Non quod aliquando Pastor (vt vtar eisdem verbis Maculeri) ac Princeps Ecclesiæ Dei, cum desperati morbi necessitas viget, seueritate iusta in delinquentes nimium animaduertere non debeat, ac possit, vt immedicabile vulnus ense rescindatur, nè pars sincera trahatur; Christus enim Dominus facto, & exemplo monstrauit summam, quam in Ecclesia hac posuit authoritatem, à qua omnes inferiores accipiunt potestatis vigorem, non solùm iustitiæ legibus ornatam, sed etiam clementiæ, atque mansuetudinis voluit esse munitam. Iustitiam namque mansuetudine copulatam semper voluit esse, nec ab illa distinguii: in mansuetudinis locum seueritatis acerbitatem in morbis perditorum hominum subrogandum, ex Patribus, & Ecclesiæ Principibus docemur, præsertim ex epistola Cœlestini Papæ ad Nestorium, ibi, quia vltra non erunt fouenda vulnera, quæ merentur abscindi; scimus certè maiora vitia semper maiori dolore sanari, & ex *S. Leo. epist.2.* alitèr dicebat, nobis commissos regere non possumus, nisi eos, qui sunt præditi zelo fidei Dominicæ, prosequamus, & à sanis mentibus, ne pestis hæc latiùs diuagetur, seueritate, qua possumus, abscindamus. Atque Orator Romanus ad Catalinam, *epist.2.* quæ sanari poterunt, dicebat, quacumque ratione sanabo, quæ rescindenda erunt, non patiar ad perniciem Ciuitatis manere. Hæc, & alia inuenies apud doctum Maculerum.

Recentiora exempla non desunt, quę
30 hactenùs scripta confirmant, Introducta noua hæresi in Germania, & Alemania à Martino Luthero, quanta remedia adhibuit Leo X. antequam Lutherum damnaret. Hic recẽsere, nimia prolixitas esset, legat quæso quis historias Sacri Concilij Tridentini conscriptas ab Eminentissimo qu. Cardinali Sfortia Pallauicino *tom.1. lib.1. per tot.* & inueniet nonnullos Nuncios ibi missos, disputationes plures publicè habitas, causam delegatam Iudicibus in Germania, tandem cum iam in ostinatione perdurauit, excommunicauit, & vti hæreticum damnauit: & tamen nonnulli Scriptores etiam de nimia festinatione inculpant Leonem. Paulus Papa V. sex
31 mensibus dilatauit interdictum contra Venetos in re tàm clara, & manifesta violatæ libertatis Ecclesiasticæ, nonnulla breuia scripsit Venetis, eos paternè admonendo, antequam vibraret gladiũ Ecclesiæ; cùm tamen pertinaces cognouit, interdixit.

Defendere debemus libertatem Ec-
32 clesiasticam pro Dei honore, pro Dei gloria. Non nostram, sed Diuinam vlcisci debemus iniuriam. *Oliua lib.2. in Esdram c.2. fol.497.* hic honor, hæc gloria omnem rancorem, iram, odiumque excludit; causam Dei agimus, sed Deus nõ vult rancorem, & odium inter suos; Principatus namque noster non odio, non liuore, non ferro paratur. Primatum Leuitarũ noluit Deus per enses, sed per flores designari; cuius effloruit virga, Princeps Sacerdotum renunciatur. *Oliua c.27. Gen. fol.* 128. Itaq; cum libertatem Ecclesiasticam vindicamus, illam defendere debemus absque animi com-
33 motione, cauere debemus, nè ex zelo, & ex iustitia trãseamus ad vitia, & charactere nimiæ passionis obscuremus ipsum zelum, & ipsam iustitiam iniustam
34 reddamus. Virtus, quæ præter ordinem euagatur, perdit virtutis nomen: virtus non est, si ordinata non est, dixit ille clarus Abbas Cellensis: & maximoperè

iram

Digitized by Google

iram debemus deponere. *Ira enim iustitiam Dei non operatur*, ait Diuus Iacobus in sua 1.*epist. Ratione, non ira* (ait
35 Seneca *l.1.de ira*) *operandum est, & ad res gerendas satis est per se ipsa ratio: nec stultius quam hanc virtutem ab iracundia petere præsidium. Ira enim non est secundùm hominis naturã, nec assumenda quia vtilis.* Dicebat enim D.Greg. scribẽs Leontio *ep.51.lib.8. Quoties ira animum inuadit, mentem edoma, vince teipsum, differ tẽpus furoris, & cum trãquilla mens fuerit, quod placet, vindica.* Et Sen.*l.1.de ira: Iram breuem insaniã, & non esse sanos, quos ira pos-*
36 *sidet.* Cum suauitate, & charitate omnia faciamus; constantes, sed mansueti, quia constantia, & mansuetudine victoriam reportabimus; & hac confundentur aduersarij, deseruietque ad eorum humiliationem, & confusionem, necessaria
37 est animi fortitudo, atq; constantia, sed hæc prudẽtia regẽda est, dixit enim Veritas apud *Marc.c.9.in fin. Habete in vobis sal, & pacem habete inter vos;* idest habete prudẽtiam, & semper pax erit inter vos.

Sed aduertere debent Episcopi ma-
38 ximoperè, ne palliatam defendant libertatem Ecclesiasticam, ne, scilicèt, sub nomine libertatis Ecclesiasticæ res iniustas, aut exorbitãtes defendant. Quãdoque enim ego obseruaui multos Ecclesiæ Ministros, sub clypeo libertatis Ecclesiasticę, iniustitias manifestas, fraudesque ab alijs admissas, imprudentèr, ne dicam malitiosè, fouere; vidi enim quamplurimos, ad defaticandas partes litigantes, bona sua Ecclesiasticis donare, vt cogant eos coram Iudice Ecclesiastico litigare, vel nè contra ipsos sententia forsan exequutioni demandetur. Hoc vetant Canones, & sub anathematis pœna prohibent, vt fecit Gregorius
39 Nonus in *c. ex parte de alienatione iudicij causa facta. Ex parte Scabinorum*, ait Papa, *Hipretis fuit propositum, quod inter Laicos eiusdem loci quæstionibus emergentibus dirimendis per iudicium sęculare, quidem Clerici sibi dono, vel pretio ab aliquibus Laicorum ipsorum cedi faciũt actiones, vt aduersarios ad Ecclesiasticum forum trahant, & prædam ex huiusmodi commercio assequentur.* & infra, *cum igitur cessiones, & exemptiones litium legitimè prohibent sanctiones, ita quod iactura causa afficiant illos, qui sibi potentiorum patrocinium talitèr aduocare præsumunt, & ex eo sint etiam odiosè, quod ex fonte cupiditatis videntur procedere. Mandamus quatenùs Clericos memoratos à præsumptione huiusmodi per censuram Ecclesiasticam compensatis*; hæ enim cessiones simulatæ, & in fraudem præsumuntur factæ, vt benè ibi aduertit *Glos. verb. si præsumptione.*

Quandoque Laici, ad fraudanda da-
40 tia, collectas, & onera, quæ tenentur soluere ratione bonorum, præsertim semouentium, donant hæc Clericis, vt indè eximantur à solutione prædicta, & tamen Episcopi non curant hoc detegere, sed incautè defendunt has fraudolentes donationes, & censuris etiam vtuntur, quod iniquum sanè & iniustum apparet, nam non debet sub prætextu tuendi Ecclesiasticam libertatem aliorum fraudes, & versutiæ foueri. Hinc aggrauantur cæteri Ciues, & soluere coguntur plusquam ad eos spectaret; hoc enim alienum est à Sacris Canonibus, atque pluries increpauit Sacra Cõ-
41 gregatio super negotijs iurisdictionalibus Regni, prohibendo has simulatas, & fraudolentes donationes in dammũ, & perniciem Vniuersitatum, & contenti esse deberemus de illa exemptione, quæ nobis, nostrisq; bonis est concessa à Sacris Canonibus, & confirmata liberalitate Principum. Audite Innocentium Tertium in Concilio generali
42 Lateranen. *tit. de sęculari iustitia cap.43. Sicut volumus*, ait, *vt iura Clericorum non vsurpent Laici, ita velle debemus, nè Clerici iura sibi vendicent Laicorum. Quo circa vniuersis Clericis interdicimus, ne quis prætextu Ecclesiastica libertatis suam de cætero iurisdictionem extendat in præiudicium sęcularis, sed contenti existant constitutionibus scriptis, & consuetudinibus hactenùs approbatis, vt quæ sunt Cæsaris Cæsari reddantur, & quæ sunt Dei Deo recta distributione reddantur.* Quid sanctiùs statuere potuit Pontifex hic tàm eruditus, tàm Sanctus! Ecclesia enim cultrix
43 est iustitiæ, & si præcipit iustitiam obseruandam à filijs, eo fortiùs & ipsa obseruare debet. Lilium Ecclesiæ est veritas, iustitia, & mansuetudo, teste Di-

Digitized by Google

uo Bernardo in *Cantic. ser. 70. Specie tua, & pulchritudine tua intende, prospere, procede, & regna, propter veritatem, & mansuetudinem, & iustitiam deducet te mirabiliter dextera tua.* Dixtque Realis Propheta *psal.44. Iustitia, & pax osculata sunt, si iustè nos agimus, pax erit inter nos.*

Neque dicant, qui huiusmodi Epi-
44 scoporum procedendi modum defendere conantur (vt proprijs audiui auribus) quod hoc faciunt, quia iniustè grauantur quandoque Laici, quia responsio est, non ad nos spectare hanc cognitionem, cum enim grauantur illi, proprios, legitimosque Superiores adire debent, à quibus leuamen obtinere debent, Rex, Princeps, Vniuersitas vndequaque ius habent, seruatis seruandis, & cum necessitas exposcit legitimum collectandi subditos, supposita legitima facultate, & causa; cum verò plus æquo aliquem collectauerint, ipsi viderint, non ad nos spectat iura politica sæcularium introspicere, & ad censuram vocare. Respublica Christiana ex
45 duobus componitur, ex Sacerdotio, & Magistratu sæculari: primo Deus concredidit spiritualia, alteri temporalia, Gelasius Anastasio Imperatori *cap. duo sunt*; nec vnus alterius iura vsurpare debet. Nicolaus Papa ad Michaelem Imperatorem *c. cum ad verum, vterq; canon. 96. dist.* duo in firmamento Cœli
46 luminaria sunt, luminare maius, & minus, totidem in Ecclesia, & Republica Christiana: luminare maius est potestas Ecclesiastica; luminare minus laicalis, illa præest diei, idest spiritualibus, hæc nocti, idest temporalibus. Optimè Innocentius III. in *c. solito de maior. & obedi. tia*; isti autem planetæ in propria se continent sphera, neque extra illam vagantur, alias non splendorem darent mundo, ita hæ potestates intra proprias spheras se debent continere, nec extra
47 limites propriæ iurisdictionis se extendere, nam si ordinem turbare velint, & ex vna in alteram transire extra propriam spheram, non lumen, sed tenebras in Ecclesię firmamento producent.

Hinc contentiones sæpè inter vtram-
48 que potestatem videmus, hinc cum aut iniustitias fouemus, aut modum defensionis euertimus, ipsimet nostram iurisdictionem parui facimus, ac ludibrio exponimus; defendere debemus, & mortem subire pro Ecclesię tuenda libertate, sed cum verè illa labefactatur, deprimitur, minuitur, aut quouis modo violatur; sed quandoque libertatem Ecclesiasticam violari nostra mente apprehendimus, & ructuras quærimus cū Laicis, & potiùs liuore trahimur, quàm zelo, potiùs honorem nostrum temporalem, quàm gloriam Dei quærimus, vt considerauit *D. Bernardus lib. 3. de consid. ad Eugenium: Vides omnem Ecclesiasticum*
49 *zelum*, ait, *feruere pro dignitate tuenda, honori totum datur, sanctitati nihil, aut parum*. Et ideò Deus nobis non assistit, & sæpè sæpiùs conculcati reddimur; si cum causam Dei in casibus veræ fractæ libertatis, sancto zelo armati, virtutibus pleni, causam Ecclesiæ nobis commissæ ageremus, Laici contremiscerent, & pauerent: sicuti euenit in illis priscis temporibus, in quibus Episcopi causam Dei agebant, & sancto zelo ducti, excommunicabant Reges, & Prinpes, & illi humiliter parebant; Igitur omne malum à nobis.

Frequenter etiam contendimus cum
50 Laicis Ministris propter Clericos, qui malè viuentes, & non obseruantes sacros Canones, ac multa facinora perpetrantes omni legum auxilio, & Clericali priuilegio se indignos reddunt; nā cum hi à sæculari iurisdictione carcerantur, vt pœnas delictorum luant, allegant priuilegium fori, Clericalemq; exemptionem, & nos statim defendendos suscipimus, & sæpiùs excommunicationis in Laicos Magistratus ferimus sententiam, quod cum illi excommunicati se cernunt ob defensionem hominum facinorosorū, qui tale priuilegium gaudere non deberent, mouent omnem lapidem, quærimonijs, & violentijs omnia implent, hortatorias mittunt, vocant ad audiendum verbum Regium, sequestrant reditus, consanguineosque, & affines carcerant; Ob tollendos hos, & similes anfractus, deberent Episcopi obseruare dispositionem Innocentij III. *in c. contingit interdum de sententia ex-*

com-

Digitized by Google

communicationis, in quo Canone sic dispoſuit Summus ille poteſtate, ſapientia, ac prudentia Pontifex. *Contingit*
51 *interdum*: ait, & infra: *ſanè ſicut accepimus inſinuante Comite Flandren. in Diœceſi tua* (ſcribit Morinēſi Epiſcopo) *quidam exiſtunt, qui nec in modo tonſuræ, nec in veſtimentorum forma, nec in qualitate negotiorum de Clerico quicquam oſtendunt; ad pœnæ ſubterfugium ſe Clericos exhibentes: cum enim ſuper exceſſibus, quos ſæculari luxu committunt, ad publica iudicia pertrahantur, circumciſis crinibus, vt poſſint circumuenire vindictam ſe pro Clericis repræſentant, Clericalis fori priuilegium labijs allegantes, qui factis paulò antea negauerant Clericatum*; & infra, *verum quia priuilegium maretur amittere, qui permiſſa ſibi abutitur poteſtate, ac fruſtrà legis auxilium inuocat, qui committit in legem; volumus, & mandamus, vt tales ſi tertio à te commoniti, ſeipſos contempſerint emendare, illius immunitatis extorres, quæ pro Clericorum tutela, & Laicorum violentia coarcenda, dignoſcitur inſtituta:* hæc Sanctus ille Pontifex. O vtinam nos Epi-
52 ſcopi cum videmus Clericos, non clericalitèr viuere, eos moneremus, vt clericalitèr viuere debeant, & cum ſe non emendant, ſeruatis ſeruandis, illos priuilegio Clericali priuaremus! certè tot lites, tot diſcordiæ non eſſent inter vtramque iuriſdictionem; licèt hodiè
53 attenta Sacri Concilij Tridentini diſpoſitione, nulla requiratur trina monitio, ſufficit, vt citetur quis ad videndum ſe priuilegio Clericali priuari, & poſtea ſequatur declaratio, ita enim anfractus tollerentur.

Vice tamen verſa cum magno dolo-
54 re vidi multos Prælatos immunitatem, libertatem Eccleſiaſticam manifeſtè labefactatam, depreſſamque inuendicatam reliquiſſe, ſolo fine, nè cum Magiſtratu Laicali pacem, bonamq; correſpondentiam amitterent; magis pacem hominum inquirentes, quam Chriſti Domini Eccleſiæ Sponſi: plus metuentes homines, quàm eum, qui poteſt & corpus, & animam in gehennam mittere: ſed quid euenit? expertus ſum, hos Eccleſiæ Miniſtros ab ipſismet Regijs Miniſtris, quibus illi placere ſtuduerunt, in ludibrio habitos, atque inuiſos. Deo ſic iuſtè permittente, nam quis per ea, per quæ peccat, per eadem torquetur.

Bona eſt vnio, & concordia inter
55 vtramque iuriſdictionem, quia ex hac multa bona eueniunt, & ex diſcordia multa mala, atq; illam inſinuauit Deus cum dixit *Num.* 33. *Eduxit populum in manu Moyſi, & Aaron*. Aaron erat Sacerdos, Moyſes Princeps, & Dux, & dixit in manu, non in manibus, vt oſtenderet vnionem, quam Princeps Eccleſiaſticus, & Laicus habere debent. *Origenes homil.* 17. *In manu Moyſi, & Aaron eduxit eos Dominus, & non in manibus, vnum enim opus vtriuſque manus eſt, atq; vna perfectionis expletio.* Diuus Hieronymus *cap.* 13. *in Zachariam*, explicans illa verba Zachariæ *c.* 6. *Et erit Sacerdos ſu-*
56 *per ſolio ſuo, & conſilium pacis erit inter illos duos*; ait: *Conſilium pacificum erit inter vtrumque, vt nec Regale faſtigium Sacerdotalem deprimat dignitatem, nec Sacerdotis dignitas Regale faſtigium; ſed in vnius gloria Domini Ieſu vtrumque conſentiat.* Diuus Aerledus *ſer.* 10. *in Iſaiam*: *O quam benè*, ait, *conueniebant hæc duo luminaria, quam ſplendidè ex hoc ſpirituali*
57 *firmamento lucebant, quam optimè inter dies, & menſes, & tempora, & annos diſtinguebant. Rex ſcilicèt, & Sacerdos in ſuis gradibus continentes*. Atque eruditus Caſſiodorus *lib.* 10. *ep.* 3. *Aſtra ipſa mutuo reguntur auxilio, & Vicario labore participato mundum ſuis luminibus adminiſtrant; ipſi quoque homines duplices manus, ſocias aures, oculos geminos Diuina tribuerunt, vt robuſtiùs hæ peragantur officium; quod duarum fuerat ſocietate complendum.*
58 Oh quanta proueniunt bona ex vnione! oh quanta mala ex diſcordia inter has duas ſupremas poteſtates! legat quæſo benignus Lector *Michaelem Maculerum de Monarch. Eccleſiaſt. tom.* 2. *p.* 4. *lib.* 1. *cap.* 3. 4. & 5. & *tom.* 2. 4. *par. lib* 8. *c.* 9. in quo fusè oſtendit, non eſſe futurā
59 in Cœlis fœlicitatem, niſi illis, qui in hoc ſæculo veram Chriſti Domini pacem Religioſa obſeruatione coluerunt, pacem verò illam nullos conſequuturos, & pro ſalute ſua efficacitèr obſeruaturos, niſi veros cultores, & amatores

Digitized by Google

res Sacrosancti fœderis inter spiritualem, & sæcularem Christi Domini Monarchiam, quæ omnia benè sciens ge-
60 neris humani inimicus, semper zizania seminat, vt indè fructum suum quærat. Hoc tamen cum illa moderatione intelligendum est, nè ex vnione, & concordia iura Ecclesiastica indefensa remanent; nam tunc vitiosa est vnio, peior est concordia, quam ipsa discordia. Optimè *Diuus Nanzianzenus oratione de pace tom.* 1. *Bona*, ait, *est pax, quæ bono, & ipsi Deo nos coniungit, sinè qua melius est dissidium pietatis causa ortum, quàm vitiosa concordia.*

Patres sunt Episcopi, de patribus au-
61 tem scribit Apostolus Paulus ad Ephesios *c.* 6. *Et vos Patres nolite ad iracundiã prouocare filios vestros*. Ad iracundiam prouocamus, cum præcipitãter agimus, cum modum non tenemus, cum aspra loquimur. Filij sunt Principes, ac alij
62 sæculares Ministri, quibus idem Apostolus ibidem præcepit, filij obedite parentibus vestris in Domino, hoc enim iustum est; honora patrem tuum, & matrem tuam; (mater est Ecclesia) indè Sanctus Ignatius in *epist. ad Smyrnenses*: *Honora Deum, vt omnium Authorem, &*
63 *Dominum Episcopum, vti Principem Sacerdotum imaginem Dei ferentem*. Dei quidem propter Principatum, Christi
64 verò propter Sacerdotium. Principes, ac Magistratus omnes semper antè oculos habere rogo, quid Basilius Imperator Leoni, filio Imperatori exhortando dixerit: *Scilicet sanam habe mentem in his, quę ad rectę fidei doctrinam pertinent, & summo honore prosequere matrem tuam Ecclesiam, quæ in Spiritu Sancto te lactauit, & capiti tuo ad Dei Christi laudem Imperij coronam mecum imposuit, si enim quos natura tibi dedit parentes, debes venerari, multò magis eos, qui te in Spiritu Sancto genuerunt; omni pietatis officio debes colere, illi enim duraturam ad tempus vitam liberis per generationem impartiuntur; isti verò æternam per regenerationem largiuntur; honora ergo Ecclesiam Dei, vt tu vicissim ab ea in honorem habearis, & Sacerdotes eius reuerere, tanquam spirituales Patres, & depracatores pro nobis ad Deum: honor enim, qui Sacerdotibus, scilicèt Rectoribus, habetur in Deum refertur, & sicuti propter te Ministros tuos in honore habere iustum est, ita & propter Deum Sacerdotes eius magnificare, & in pretio habere Sanctum, quemadmodum enim honor, qui eis habetur, ad Deum pertinet, ita eorũ contumelia, & contemptus, longè enim grauiùs eius iram prouocat*. Refert *Maculerus de Monarch. Ecclesiast. tom.* 1. 2. *par. lib.* 5.
65 *c.* 11. *fol.* 639. Quid etiam Imperatores Theodosius, & Valentinianus in *l.* 4. de his, qui confugiunt ad Ecclesiam in *c. Theodosiano* statuerunt: *Et nos, qui semper iure imperij armis circundamur, quoscunque sinè armatis stipationibus esse non conuenit, Dei templum ingressum foris arma reliquimus, & ipsum etiam diadema deponimus, ex quo submissionis imperij nostri maiestas promittitur*. Et Iustinianus Imperator in *Nouella* 137. *Si enim leges ciuiles*, ait, *quarum potestatem fidei nostrę Deus concedebit per omnia firmas, ac stabiles conseruare ad subditorum securitatem studemus, quanto plus studij debemus circa Sacrarum Regularum, & Diuinarum legum obseruationem ponere, quę pro salute animarum nostrarum definitæ, & constitutæ sunt*. Demùm quod scripsit Hiuo Ca-
66 rotenensis Episcopus Henrico Regi Angliæ *ep.* 61. quam refert *Baronius anno* 1100. *num.* 12. *Quia res omnes non alitèr benè administrantur, nisi cum Regnum, & Sacerdotium in vnum conuenerint studium, celsitudinem vestram obseruando monemus, quatenùs in Regno vobis commisso verbum Dei currere permittatis, & Regnum terrenum Cœlesti Regno, quod Ecclesiæ commissum est, subditum esse debere semper cogitetis: sicut enim sensus animalis subditus debet esse rationi, ita potestas terrena subdita debet esse Ecclesiastico regimini: & quantum valet corpus, nisi regatur ab anima, tantum valet terrena potestas, nisi informetur, & regatur Ecclesiastica disciplina, & sicut pacatum est Regnum corporis, cum caro non resistit spiritui, sic in pace possidetur Regnum mundi, cum iam resistere non molitur Regno Dei, hoc enim faciendo, & Regnum terrenum quietè, Deo cooperante, possidebitis, & ad Regnum æternum eiusdem miseratione peruenietis*. hæc ille. Vnum addo: Falli Principes omnes, si credunt augeri eorum Principa-

Digitized by Google

tum, deprimendo Eccleſiaſticam iuriſdictionem, aut deprimi eorum Principatum, cum hæc augetur; totum contrarium eſt: ſtabilitur Regnum, cum fauent Eccleſiaſticæ iuriſdictioni; conquaſſatur Regnum, cum hæc violatur, & deprimitur. Legant hiſtorias, & veritatem hanc certam inuenient, legant Baronium anno 846.tomo 10. hoc etiã gentiles homines agnouerunt, legito Valerium Maximum *lib. 1. de Relig. c.1. exemplo 9. Omnia poſt Religionem*, ait, *ponenda ſemper Romana Ciuitas duxit, quapropter non dubitauerunt ſacris imperia deſeruire, ita fœlix humanarum rerum futurum regimen exiſtimantia, ſi diuinæ potentiæ benè, atque conſtantèr fuiſſet famulata*. Sed vtinam gentilis dictum imitaremur! nihil aliud dico in hac materia, quia ſatis periculoſa eſt, benignus Lector legat Baronium anno 683. & alibi.

SECTIO VLTIMA.

De euitanda negligentia, de ſectanda vigilantia ab Epiſcopis circa munia Epiſcopalia.

VLtra hucuſque narrata, quamplurima alia munia explere debet Epi-
1 ſcopus, quæ ex condicto omitto, cum ea plenè tractauerint noſtri Doctores, præſertim Auguſtinus Barboſa in ſuo amplo tractatu de officio, & poteſtate Epiſcoporum. D. Franciſcus Corſectus in idea Epiſcoporum, Alexander Sperella in ſuo Epiſcopo. Frãces de Eccleſia Cathedrali, Squillãte de priuilegijs Epiſcoporum, & alij. De illis enim ego currenti calamo tractaui, in quibus obſeruaui, Epiſcopos frequentiùs à Sacris Canonibus deuiare, culpamq; grauem committere in perniciem Eccleſiæ vniuerſalis, animarum ſuarum, & quium. Hic autem pro complemento huius capitis breuitèr attingam quanta mala proueniant ex negligentia Epiſcoporum, qui reſidentiam non explent, atque ad vigilantiam neceſſariam in cura gregis eoſdem hortabor.

Chriſtus Dominus, Diuina, & infi-
2 nita Sapientia facto proprio demonſtrauit, & parabolis ſapientiſſimis oſtẽdit, quanta mala eueniant gregi ex incuria, & negligentia Paſtorum: Siquidẽ S. Matthæus *c.8.* narrat: *Quod aſcendente Ieſu in nauiculam, ſequuti ſunt eum diſcipuli eius, & ecce motus factus eſt in mari, itaut nauicula operiretur fluctibus, ipſe verò dormiebat, & acceſſerunt ad eum, & ſuſcitauerunt eum, dicentes: Domine ſalua nos, perimus*. Marcus verò *c. 4.* eundem factum dicens: *Et dimittentes turbam, aſſumunt eum, itaut erat in naui, & alia naues erant cum illo, & facta eſt procella magna venti, & fluctus mittebat in naui, itaut impleretur nauis, & erat ipſe in puppi ſuper ceruical dormiẽs, & excitant eum, & dicunt illi, Magiſter non ad te pertinet, quia perimus?* Quid nam per hoc factum inſinuare voluit nobis Dominus? omnis enim Chriſti actio fuit noſtra inſtructio. Demõſtrare enim voluit
3 nobis apertè, quod cum Paſtor dormit, periclitantur oues, optimè Salmon. *tomo 6. tract.* 12. qua in re ait: *Dominus depingere voluit enigmate quodam, quantum imminent periculi rebus humanis, quoties ij dormiunt humanis vitæ commodis delinati, qui Chriſti vicem ſuſceperunt, nam Paſtores Eccleſiæ altè, & periculosè indormiunt hodiè puluillis huiuſmodi, & cernicalibus innixi, apud quos plus valet ceruical, quàm Chriſtus cum ſua Eccleſia*. Et Ianſenius in d. Marc. 4. *Dormit ſupra ceruical, quia in Epiſcopis, & Paſtoribus, aliiſque populi ſui Doctoribus, quibus commiſſa eſt nauis huius gubernatio; dormit dum voluptatibus dediti commiſſam ſibi gregis curam non gerunt, neque communi Eccleſiæ periculo adeò commouentur, vt expercti cogitant, quæ ſint officij eorum.*

Eadem Diuina Sapientia apud Mat-
4 th. *c.* 13. parabolam illam propoſuit, dicens: *Simile factum eſt Regnum Cœlorũ homini, qui ſeminauit bonũ ſemen in agro ſuo, cum autem dormirent homines, venit inimicus eius, & ſuperſeminauit zizaniam in medio tritici, & abijt*. Quid ſignificat parabola hæc, niſi, quod tunc inimicus generis humani ſuperſeminat zi-
5 zaniam, quando dormiunt Paſtores, cũ ſunt negligẽtes. Optimè Lyranus in dicto loco Matthæi: *Hæc dormitio*, ait, *ſuperiorum negligentiam ſignificat circa cuſtodiam ſui gregis*. Et S. Ioannes Chryſoſto-

Digitized by Google

ſtomus homil. 47. in Matthæum: *Non parum periculũ prærupti præcipitij Præſulibus hic imminere videtur, quibus agrorum cuſtodia commiſſa eſt*. Atque Sanctus Paſcaſius lib. 7. in Matthæum: *Cogitare oportet*, inquit, *quam periculoſum ſit his, qui præſunt, aliud intendere, vel ignauia torpere*. Et eruditè Michael Maculerus de Monarchia Eccleſiaſtica *tom. 1. par. 2. lib. 5. c. 10.* quis autem neſcit, ſcribit, corporis myſtici ChriſtiDomini oculos eſſe Eccleſiæ Paſtores, quibus dormientibus, atque circa veram doctrinam, probitatemque populo monſtrandam conuenientibus, qua ratione populi à mortifero ſaluti ſuæ torpore ſe temperabunt, cum dormirent homines, inquit Chriſtus Dominus, venit inimicus homo, & ſuperſeminauit zizaniam in medio tritici, hæc quidem oſtendunt, niſi dormientibus Paſtoribus animarũ, veluti agrorum ſpiritualium cultui præfectis, inimicum hominum diabolum hos ſpirituales agros corda populorum Chriſtianorum bono præceptorum Diuinorum fundata ſemine zizanijs corruptionis morum, doctrinæque peſtiferæ ſuperſeminatis, penitùs infeciſſe, & commaculaſſe.

Ioannes Apoſtolus iuſſus à Deo in Apocalypſi *c.* 3. hæc ſcripſit Epiſcopo Eccleſię Sardis, & Angelo Eccleſię Sardis, ſcribe, hæc dicit: *Qui habet ſeptem ſpiritus Dei, & ſeptem ſtellas, ſcio opera tua, quia nomen habes, quod viuas, & mortuus es, eſto vigilans, & confirma cętera, quę moritura erant; non inuenio opera tua plena coram Deo meo, in mente ergo habe qualitèr acceperis, & audieris, & ſerua, & pœnitentiam age; ſi ergo non vigilantem veniam ad te, tanquam fur, & tu ſcies, qua hora veniat ad te.* Erat hic Epiſcopus vita innocentiſſimus in magna ęſtimatione apud omnes, vt ſcribunt Hiſtorici Sacri, multa bona faciebat; & tamen quia negligens, vt dicit Apoſtolus, quod opera eius non erant plena coram Deo, atque eum ſic aſprè minatus fuit; quid nunc faceret nobis Ioannes cum nulla bona opera agimus, & magno torpore teneamur.

De hac Epiſcoporum deſidia lamentatus fuit Deus per Ezechielem Prophetam *cap.* 30. dicens: *Væ Paſtoribus Iſrael, qui paſcebant ſemetipſos, nonnè greges à Paſtoribus paſcuntur, lac comedebatis, & lanis operiebimini, & quod craſſum erat occidiſtis, gregem autem meum non paſcebatis, quod infirmum non conſolidaſtis, & quod ęgrotum non ſanaſtis, quod confractum eſt non alligaſtis, & quod abiectum eſt non reduxiſtis, & quod perierat non queſiſtis, &c.* ecce ſocordia, & torpor; ſi lacte paſcitur, ſi lana ouium operitur Epiſcopus, ſi quod claudum non alligat, quod infirmum non requirit, Paſtoris nomine indignus, dicit Origenes in *c.* 1. ad Romanos, non ſolùm indignus, ſed inglorius, & contemptibilis efficitur, qui ſumma venerationedebuerat à plebibus honorari, dicebat B. Laurentius Iuſtinianus de Regul. Prælatorum cap. 13. *Super ea, quę propria habemus*, ait Gregorius homil. 11. in Ezech. *alienas merces addimus, qui tot occidimus, quod ad mortem quo idiè tepedi, & tacentes videmus, duplicique iudicij efficimur rei, & noſtri, & ouium perditione præſertim earum, quę ex noſtra conuincuntur perijſſe incuria*. Idem B. Iuſtinianus loco cit. *Quid eſt Pater*, ſcribebat D. Gregorius Cuiniberto Epiſcopo Turini lib. 4. ep. 3. *quod tibi ſoli vigilas, & his, pro quibus priorem exigendus es rationem, tàm inerti ſecuritate dormitas?*

Hinc exclamat Maculerus loco cit. ſed ſi non adſit Paſtor, quem ouis interroget? aut ſi adſit, ſed deſidioſus, imperitus, & improbus habeatur; quod remedium ouis errans, & ſuæ neſcia ſalutis habitura eſt, ne pereat? ò crudelis negligentia Paſtoris, ò funeſta imperitia, ò ſcelerata vitæ prauitas, à quibus tot calamitates in ouile Domini, ouesq; eius in ipſos denique Paſtores deſidioſos, & improbos de ſua infœlicitate, minùs ſollicitos miſerè redundant? vecordi illa deſidia, atque proprij muneris, & vocationis odio, Chriſtus Dominus de gregis medio aufertus, ablatus perditur, perditus in vltionem ſcelerũ Paſtoris, & gregis omnia mala cauſantur; & inferiùs, ò Paſtor deſidioſe, & negligctor vocationis, cui te, non tàm propria recta voluntas, quàm ambitio, vanaque

Digitized by Google

naque gloria, lucri cupiditate coinquinata, indignè m incipauit? similis es sponsæ dormienti, somnoque sepultæ, quæ in principio dicebat, *Cant.* 3. in lectulo quæsiui, quem diligit anima mea, quæsiui eum, & non inueni, sic tu in lectulo desidię oscinantèr, somnoq; consopitus negligentiæ, atque tedij ouium tibi creditarum Christum quæris, indignè quæris, propterea non inuenturus. hæc & alia insignis ille Doctor. Et ter-
13 ribile, atque memorandum est exemplum, quod referunt multi Doctores, præsertim Angelus Pacciuchellus in Ionam Prophetam *lect.* 44. quod cuidam Clericus sermonem habiturus esset ad Synodum congregatum, dum cogitabat, & orabat, quidnam esset illi Synodo dicturus, apposuit ei diabolus, dicens ei, quid cogitas, & nimium angustiaris, dic congregatis Pastoribus hæc, Principes tenebrarum infernaliũ Principes Ecclesię salutant, & lęti omnes nos gratias eisdem referimus, quia cum ipsis Prelatis eorum nobis afferuntur subditi, & per eorum negligentiam ad nos totus paritèr ferè mundus; atque etiam in hac vita punitur Episcopus negligens, vt in *c. peruenit* 84. *dist.* & *c. nuntiatum est ibid.* 44.

Vigilantia è contra Pastorum quan-
14 ta sit ęstimatione apud Deum, ipsa veritas demonstrauit, cum in mundum nostra rusticitate vestitus apparuit, Chronista Sanctus Lucas *cap.* 2. narrat, quod nato Domino, hoc mysterium ab Angelis primo reuelatum fuit Pastoribus, qui erant in eadem regione vigilantes, & custodientes vigilias noctis super gregem suum, quid nam est hoc, quod primo Pastoribus vigilantibus Christi natiuitas reuelata fuit? exponit Vgo Cardinalis in dicto loco Lucę cum testimonio Bedę. *Vigilantibus Pastoribus*, ait, *& apparet Angelus, & Eos claritas circumfulget, quia illi prę cateris sublimia videre mærentur, qui fidelibus solicitè præsunt, super quos Diuina gratia largiùs coruscat.* Et D. Bernardus in *serm.* 6. in vigilia Natiuitatis considerat vigilantiam Pastorum supra gregem, atque eorum fœstinationem, qua accesserunt ad Pręsepe Domini, vt indè excludatur à nobis omnis socordiæ torpor. Fœstinantes Pastores, ait etiam Maculerus loco cit. fol. 637. Christum natum, dum media nox suis omnia tenebris apocaret; sed nihilominùs ipse, Sole clariùs lucente Verbi Incarnati lumine fœlicitèr inueniunt, testante S. Luca *c.* 2. Nec mirum, nemo quippè, inquit S. Ambrosius in dicto *c.* 2. cum dissidia Christum quintaque, vt suauitèr offendat, & eo prosperè potiatur; cui Beda consentiens, fœstinant, inquit, Pastores, neque enim cum dissidia Christi est quærenda præsentia, & ideò fortè nonnulli quærentes inuenire non merentur, quia desidiosè Christum quærunt.

Esto vigilans, scripsit Ioannes Epi-
15 scopo Ecclesiæ Sardis in *d. cap.* 3. Apocalypsis, & Paulus dilecto filio suo Thimoteo Episcopo Ephesino in 1. quam eidem scripsit, epistolam, *cap.* 1. *Hoc præceptum*, ait, *commendo tibi fili Thimothe, secundum præcedentes in te prophetias, vt milites in illis bonam militiam.* Quid est militare bonam militiam, nisi semper vigilare; militum enim ea conditio est, vt sint semper vigiles, semper prompti ad bellum, ad arma; benè Estius in dicto loco: *Nam sicut in militia*, ait, *sic in Episcopatu perpetua est aduersus hostes pugna, vigilia, labores, & prælia.* Et Diuus Petrus in sua prima con. *c.* 5. monet, dicens: *Fratres sobrij estote, & vigilate, quia aduersarius vester tanquam leo rugiens, circuit quarens quem deuoret.* Gregis Domini ei hostis perpetuus est diabolus, semper deuorare quærens oues nostræ
16 custodiæ commendatas; nos ergo, qui Pastores sumus, semper inuigilare debemus, quia si hic hostis, & lupus vorax prædam faciet de ouibus commissis, nostræ ascribetur culpæ. Hinc D. Hilarius in commentarium Matthæi *cap.* 27. ait: *Quis nam est fidelis seruus, & prudens, quem constituit Dominus super familiam suam, quam in commune nos ad indefessam vigilantia curam adhortetur, specialem tamen populi Principibus, ideſt Episcopis, inexpectatione aduętuq; suo sollicitudinem mandat, hunc enim seruum fidelem, atque prudentem præpositum familiæ significat, commoda, aut vtilitates commissi sibi populi curantem.*

Digitized by Google

Socordiam fugiendam, vigilantiam
17 amplectendam vnico consilio complectitur Salamon in Prouerbijs c. 6. dicens: *Fili mi si spoponderis pro amico tuo defixisti apud extraneum manum tuam, illaqueatus es verbis oris tui, & captus propijs sermonibus, fac ergo, quod dico, fili mi, & teipsum libera, quia incidisti in manum proximi tui discurrere festina, suscita amicum tuum, ac ne dederis somnum oculis tuis, nec dormitent palpebræ tuæ. Spondere pro amico,* ait Diuus Gregorius in Pa-
18 storal. *par. 3. ordin. 5. est alienam in periculo suæ conuersationis accipere, vade, & apud extraneum manus defigitur, quia apud carnem sollicitudinis, quæ antè deerat, mens ligatur.* Et exponens alia supradicta verba idem D. Gregorius, ait: *Quisquis enim ad viuendum alijs in exemplum præponitur, non solùm ipse vt vigilet, sed etiã vt amicum suscitet, admonetur, ei namque vigilare benè viuendo non sufficit, si non etiam illum, cui præest, à peccati torpore disiungit; benè autem dicitur, ne dederis somnum oculis tuis, nec dormitent palpebræ tuæ, somnum quippè oculis dare est intentione cessante, subditorũ curam omninò negligere, palpebræ verò dormitant, cum cogitationes nostræ ea, quæ in subditis arguẽda cognoscunt, pigredine deprimente, dissimulant; plenè enim dormire est commissorum acta, nec scire, nec corrigere, non autem dormire, sed dormitare est, quæ quidem reprehendenda sunt, cognoscere, sed tamen propter mentis tædium, dignis ea increpationibus non emendare, dormitando verò oculus ad plenissimum somnũ ducitur, quia dum plerumque qui præest, malum, quod cognoscit, non resecat; ad hoc quandoque negligentia sua merito peruenit, vt quod à subiectis delinquitur, nec agnoscat; admonendi sunt itaque, qui præsunt, vt per circumspectionis studium oculos perunigiles intus, & in circuitu habeant, & Cæli animalia fieri contendant*; hæc Diuus Gregorius: Et Magnus Origenes in homilia in Iosue reprehendit desidiosos, & ad vigilantiam hortatur, dicens: *Tu, qui Ecclesiæ præsides, corporis Christi es oculus, vide ergo, vt omnia circumspicias, omnia circumlustres, etiam ventura prænideas. Pastor es, vides ouiculas Domini, ignoras periculi ferri ad præcipitia, præcepta pendere, nec occurris, non reuocas? non saltem voce cohibes, ac correptionis clamore deterrere: sic memor es Dominici Sacramenti, vt cum ille derelictis nonaginta nouem in Cælestibus propter vnam ouiculam, quæ corruerat, in terris descendit, & inuenta vectauerit humeris suis ad Cælum, nos in nullo prorsùs in currendis oniculis, Magistri, & Pastoris sequamur exemplum.*

Vigilare proprium est officium Pa-
19 storis, & Episcopi, ob quam vigilantiã oues subditi obedientiam exhibent Pastori, itaut hæc inter se correlatiua existimauit Apostolus scribens ad Hebreos *cap. 13.* dum dixit: *Obedite Præpositis vestris, & subiacete eis, ipsi enim perunigilant, quasi pro animabus vestris rationem reddituri, etc.* Optimè ponderauit Maculerus *d. c. 10. fol. 636.* Hæbreis, inquit, *cap. 13.* dicebat Apostolus, vt eos commoneret obsequij erga Pastores suos, obedite Præpositis vestris, & subiacete eis, ea quæ subditi Pastoribus præstare tenentur, quibus postea, quæ Pastorum sunt inculcant, ne quam eorum perceptis parere recusent: ipsi enim peruigilant, quasi rationem pro animabus vestris reddituri, si somno grauantur oculi, quid fiet, vt non torum corpus simul somno consopiatur: Boni igitur Pasto-
20 ris est vigilare dormientibus subditis, ipsi peruigilant tanquam rationem pro animabus vestris reddituri. Et idem Paulus Apostolus ad Thimot. 1. c. 3. ait: Episcopum debere esse domui suæ benè præpositum, nam si domui suæ præesse nescit, quomodò Ecclesiæ suæ diligentiam habebit. Vndè communitèr Expositores docent, Episcopum vigilantem esse debere: huius vigilantię geroglifi-
21 cum est leo, qui dum dormit, oculos etiam apertos habet: indè consuerunt prisci antè fores Ecclesiæ leones aut æneos, aut marmoreos constituere, vt indè scient Episcopi, etiam cum dormiunt, oculos apertos tenere debere, ideſt semper vigilantes. Vigilare debet Pastor propter tria, dicit D. Ber-
22 nardus in *lib. sent.* videlicèt ad disciplinã, ad custodiã, ad præces. Ad disciplinam, propter morum correptionem, negligens commissus propria molestia deficiat. Ad custodiam, propter diabolicam super stitio-

Digitized by Google

tionem, nè ostili seducatur calliditate. Ad pręces propter tentationem instantaneam, nè vincatur à pusillanimitate.

Igitur si nostrum proprium est vigi-
23 lare pro nostra ouium salute, Fratres dissidiam, negligentiamque abijciamus, vigilantiam amplectamur, si sponsam dormiętem in lectulo pigritię desidiosam vsque modo sequuti sumus, eandem à somno socordię expergescentem conscitemus; surgam, dicit, & circuibo Ciuitatem, per vicos, & plateas quęram, quem diligit anima mea, & ita faciendo, cum sponsa Christum Dominum inuenies pro nostra ouium salute. Frigus dixit Maculerus in fine dicti *c.* 10. aquarum currentium impetum cohibet, ar-
24 dor suspensum cursum glacie liquefacta restituit, gelu pigritię concretum pectus ad faciendas Dei iustificationes immobile sistitur, ac sinè motu riget, sed incensum charitate Diuinaque liquefactum deuotione mirum quàm celeres, promptos, atque Diuina virtute corroboratos ad perfectè Christo Domino seruiendum, & ad sibi creditas erudiendum animas in prętore Ecclesiastico cursus, motusque concitat: & nouissimè eruditè ad hanc vigilantiam hortatur *Pater Oliua lib. 3. stromatum, fol. 217. et in Esdr. c. 2. lib. 2. fol. 396.*

Sed videamus circa quæ vigilare
25 debet, vt oneri suo satisfaciat. In primis curare debet, vt introductos malos mores tollet, & vt boni introducantur inuigilet. mali autem mores sunt omnes, qui peccatum continent, vel contra Religionem, contra
26 pietatem, & contra iustitiam: *Ecce Ego constitui te hodiè super gentes, et Regna, vt euellas, destruas, et dispердes, et dissipes, et adifices, et plantes*, dixit Deus per Hieremiam *cap. 1. Oportet enim*, dicit Diuus Gregorius in *c. oportet 81. dist. Sacerdotes, quibus Domini populus commissus est, cum magna animi constantia vigilare super Dominicas oues, ne lupinis morsibus, ideſt diaboli stimulis lanientur.* Si horologium à recto sui legitimi tramite motus exorbitet, non ipsi horologio, eiusque rotis, ait Maculerus *tom. 1. par. 2. lib. 5. cap. 11. fol. 644.* sed eius Directori error imputatur, sic errata populorum ab impro-
27 bis eorum Rectoribus nata, & cum scelerato propagata incremento creduntur: & inuigilare debet in tollendis su-
28 perstitionibus omnibus, præsertim in infirmitatibus curandis, vt monuit Diuus Augustinus in *c. admoneant 26. qu. 7. Hos enim laqueos, & insidias antiqui hostis*; dicit Augustinus in *d. Canone, quibus genus humanum ille perfidus hostis decipere nititur, quantum possumus eſtirpare, & redarguere debemus.* Iterum monuit idem D. Augustinus in *c. ecce 23. qu. 4.* si ea, de-
29 quibus Deus vehementèr offenditur, insequi, vel vlcisci differimus ad irascędum vtique Diuinitatis patiętiam prouocamus, ait idem Sanctus in *cap. si ea, ibidem 23. q. 4.* Episcopus enim, qui cri-
30 mina non corrigit, canis potiùs, quàm Episcopus vocari debet. *c. nemo 83. dist.* & Gregorius *lib. 9. ep. 66.* & error, cui non resistitur, tacitè approbatur, *c. error, c. consentire 83. dist.*

Maiorem vigilantiam, atque enixam
31 adhibere debent Episcopi in corrigendis excessibus Clericorum, peccata negligentia est Episcoporum; *Inferiorum enim culpa ordinum ad nullos magis referenda sunt, quàm ad desides, & negligentes Rectores, qui multam sępè nutriunt pestilentiam, dum austeriorem dissimulant adhibere medicinam*, dixit Leo Papa scribens Aquilegiensi Episcopo, refertur in *c. 1. 86. dist. Supremi iudicij meritò su-*
32 *bire debet vindictam, qui neglexit in subditos exercere disciplinam*, ait Petrus Damianus *lib. 1. epist. 5. Non enim parcere*
33 *debemus delictis, nam cum vni parcimus, alios indiscrimine ponimus. Can. Sed illud dist. 45. Nonnè*, ait Diuus Ambrosius *ser. 8. in psal. 118. cum vni indulget, plurimos facit ad prolixioris contagium prouocari*;
34 Facilitas enim veniæ incentiuum tribuit delinquendi, habetur in *c. est iniusta 23. qu. 4.* inde in *c. si quis Episcopus 83. dist.* ex Synodo Romana sub Gregorio VII. fuit statutum: *Vt si Episcopus permiserit scandalum in Clericis, deponi debeat. Non enim est molestus Medicus frenti phrenetico, & Pater indisciplinato filio, ille ligando, iste cedendo, sed amor diligendo; si autem illos negligat, & perire permittat, ista potiùs falsa mansuetudo, crudelitas est*; dicebat Diuus Augusti-

Digitized by Google

nus *epist.*50. Bonifacio, & habetur in *c.ipsa pietas* 23.*qu.*4.& idem Augustinus *ep.*167. *Quid faciet hic Ecclesiastica medicina salutem omnium materna charitate conquirens, antequam inter phreneticos, & letargicos æstuans nunquid contemnere, nunquid desistere, vel debet, vel potest, vtrisque sit, necesse est molestæ, quia neutris est inimica, nam & phrenetici nolunt excitari, sed perseverat diligētia charitatis phreneticum castigare, & letargicum stimulare, malos amare, ambo offenduntur, sed ambo diliguntur, ambo molestati, quamdiù ægri sunt, indignantur, sed ambo sanati, gratulantur.* habetur in *c.quid faciet ead.causa, & quæst.* Indè Innocentius III. in
35 Concilio generali: *Irrefragabili constitutione sancimus*, ait, *vt Ecclesiarum Prælati ad corrigendum subditorum excessus, maximè Clericorum, & reformandos mores prudentèr, & diligentèr intendant, nè sanguis eorum de suis manibus requiratur.* habetur in *c.irrefragabili* de officio ordinarij, vbi optimè *glos in verb.ne sanguis eorum*, ait, durum verbum est istud pro Prælatis, dicebat enim Paulus
36 Apostolus *act.*20. *Munda sunt manus meæ à sanguine omniū vestrum*. Mundæ erant manus Apostoli, quia Ephesijs fecit, quod potuit, in annunciando verbum Domini, nec in aliquo negligens fuit. Addit idem Apostolus: *Quominus, scribens, annunciarem vobis omne consilium Dei*. Optimè D. Gregorius Venantio *ep.*33. *lib.*1. Ephesijs, ait, Paulus dicit, mundæ sunt manus à sanguine omniū vestrum, non enim subterfugi quominùs annunciarem omne consilium Dei vobis, mundus ergo à sanguine eorum non esset, si eis Dei consilium annunciare noluisset, quia cum increpare delinquentes noluerit, eos procul dubio tacendo Pastor occidit.

Hæc, & alia benè considerantes Pa-
37 tres in œcumenico Concilio Tridentino *sess.*22. *cap.*1. *de reform.* ita decretum terribile efformauerunt. *Nihil est, quod alios magis ad pietatem, & Dei cultum assiduè instruat, quàm eorum vita, & exemplum, qui se Diuino Ministerio dedicarunt, cum enim à rebus sæculi in altiorem sublati locum conspiciantur, in eos tanquàm speculum reliqui oculos conjciunt, & ijs, quæ sumunt, quod imitentur, quapropter sic decet omninò Clericos in sortem Domini vocatos, vitam, moresque suos omnes componere, vt habitu, gestu, incessu, sermone, alijs omnibus rebus nil nisi graue, moderatum, ac Religione plenum præseferant: leuia etiam delicta, quæ in ipsis maiora essent, effugiant: vt eorum actiones cunctis afferant venerationem, cum igitur quæ maiora in Ecclesia Dei, & vtilitate, & ornamento, hæc sunt, ita etiam diligentiùs sint obseruanda, statuit Sancta Synodus, vt quæ alias à Summis Pontificibus, & à Sacris Conciljs de Clericorum vita, & honestate, cultu, doctrinaque retinenda, ac simul de luxu, commessationibus, choreis, alijs lusibus, ac quibuscumque criminibus, necnon sæcularibus negotijs fugiendis, copiosè, ac salubritèr sancita fuerunt, eadem in posterum ijsdem pœnis, vel maioribus, arbitrio ordinarij imponendis, obseruentur, nec appellatio exequutionem hanc, quæ ad morum correctionem pertinet, suspendat, si quæ verò ex ijs in desuetudinem abijsse compererint, ea quam primum in vsum reuocari, & ab omnibus accuratè custodire studeant, non obstantibus consuetudinibus quibuscumq; nec subditorum neglectæ emendationes ipsi cōdignas, Deo vindice pœnas persoluant.* In quo decreto, vt vides benigne Lector, innouantur omnes Canones antiqui, qui de vita, & honestate Clericorum fuerunt emanati, quos videre poteris in *tit. tàm extra. quàm in 6. & Clementinis de vita, & honestate Clericor.* ac in *tit. ne Clerici, vel Monaci*, & alibi.

Hæc tamen ita temperanda, & intel-
38 ligenda, vt omnia fiant ab Episcopis spiritu charitatis, & pacis, vt plus erga corrigendos potiatur beneuolentia, quàm seueritas, plus cohortatio, quàm comminatio, plus charitas, quàm potestas, cùm nemo nostrum sinè reprehensione, & sinè peccato viuat, ita Gregorius IV. in *epist. Episcopis per Galliam, & Germaniam constitutis, c.licèt* 45. *dist. & in libro moralium* 20. *c.*6. ait: *Disciplina, vel misericordia multum destituitur, si una sinè altera teneatur, sed circa subditos suos in esse Rectoribus debet, & iustè consolans misericordia, & piè seuiens disciplina. Hinc est, quod seminini illius vulneribus, qui à Samaritano instabulum ductus est, & vi-*

Digitized by Google

num adhibetur, & oleum, vt per vinum mordeantur vulnera, per oleum foueantur, quatenus vnusquisque, qui sanandis vulneribus praest, in vino morsum districtionis adhibeat, in oleo molitiem pietatis. Per vinum mundantur putrida, per oleum sananda fouentur; miscenda est ergo lenitas cum seueritate, faciendumq; quodam ex vtrumque temperamentum, vt neque multa asperitate exulcerentur subditi, neque nimia benignitate soluantur. Hinc nimirum tabernaculi arca significat, in qua cura tabulis virga simul, & manna est, quia cum Scripturæ sacræ scientia in boni Rectoris pectore, si est virga districtionis; sit & manna dulcedinis. Hinc etiam Dauid ait: *Virga etenim percutimur, & baculo sustentamur; si ergo est districtio virgæ, quæ feriat, sit & consolatio baculi, qua sustentet, sit itaque amor, sed non emolliens; sit rigor, sed non exasperans; sit zelus, sed non immoderatè seuiens; sit pietas, sed non plusquàm expediat, parcens.* Habetur in *can. disciplina* 45. *dist.*

Iustitiam cum misericordia miscere
39 debemus, monet Sanctus Isydorus *lib.* 3. *sententiarum de summo bono c.* 54. *Omnis, qui iustè iudicat, stateram in manu gestat*, ait, *& in vtroque penso iustitiam, & misericordiam portat; sed per iustitiam reddit peccanti sententiam, per misericordiam peccanti temperat pœnam, vt iusto libramine quædam per æquitatem corrigat, quædam verò per misericordiam indulgeat.* habetur in *c. omnis* 45. *dist.* sicuti man-
40 suetudinem, & districtionem non esse inuicem separandam, iubet D. Gregorius in *moral. lib.* 19. *c.* 23. habetur in *cap. sunt namq;* 45. *dist. Sunt namque*, dicit, *nonnulli ita districti, vt omnem etiã mansuetudinem benignitatis amittant, & sunt nonnulli ita mansueti, vt perdant districti iura regiminis, vndè cunctis Rectoribus vtique summoperè sunt tenenda, vt nec in disciplina vigore benignitatem mansuetudinis, nec rursùm mansuetudine districtionem deserant disciplinæ, quatenùs nec à compassione pietatis obdurescant, cum contumaces corrigunt, nec disciplinæ vigorem molliant, cum infirmorum animos consolantur. Regat ergò disciplina vigor mansuetudinem, & mansuetudo ornet vigorem, & sic alterutrum comendetur ex altero, vt nec vigor sit rigidus, nec mansuetudo dissoluta.*

Vera etiam iustitia compassionem
41 habet, falsa verò dedignationem, quamuis & iusti soleant rectè peccatoribus dedignari, sed aliud est, quod agitur typo superbiæ, aliud quod zelo disciplinæ, dedignatur etenim, sed non dedignantes, at contra ij, qui de falsa iustitia superbire solent, cæteros quoque despiciunt, nulla infirmitatibus misericordia condescendunt, & quo se peccatores esse non credunt, eo deteriùs peccatores fiunt. Hęc Diuus Gregorius *homil.* 34. *in Euang.* habetur in *c. vera iustitia* 45. *dist.* Boni etenim Rectores ex sua infirmitate aliorum infirmitates pensantes magis per humilitatem, & mansuetudinis leuamentũ studeant peccantes ab erroris laqueo eruere, quàm per austeritatem in foueam perditionis nutantes propellere; vndè Doctor gentium, factus sum, inquit, infirmus infirmis. Ita Diuus Hieronymus in *ca. recedite* 45. *dist.* qui enim clementiam non habet, non adimplet legem Christi. *c. qui clementiam* 83. *dist.*

Certum est, quod cum subditos cor-
42 rigimus, & in viam veritatis reducimus, magnam ei eleemosinam facimus, iuxtà *c. tua sunt* 45. *dist.* sed eleemosina charitatis ardore præstanda est, ita siquidem cum corrigendi sunt subditi, amore, non vindicta, trahi debemus.
43 Cum Christum Dominum noluissent recipere Samaritani, & hoc vidissent discipuli eius Iacobus, & Ioannes dixerunt: *Domine, vis dicimus, vt ignis descendat de Cælo, & consumat illos; & conuersus increpauit illos dicens, nescitis cuius spiritus estis.* Lucæ *cap.* 9. Quarè increpauit Iesus discipulos, cum & Elias descendere fecit ignem de Cœlo, & consumpsit multos? nonnè Elias zelum Dei non habuit? sed ideò Iesus increpauit eos, quia dicit Diuus Augustinus
44 relatus in *c. ea vindicta* 23. *qu.* 4. adhùc erant in rudibus animaduertentes eos non amore correctionem, sed odio desiderare vindictam. Moyses populum
45 præuaricantem, & idolatram dilectione castigauit, quamuis multos vna die occiderit: *Quid crudele Moyses*, ait D. Augusti-

Digitized by Google

guſtinus contra Fauſtum *lib.* 22. *cap.*79. *mandauit, aut fecit, cum commiſſum ſibi populum ſanctè zelans, & vni vero Deo ſubditum cupiens, poſtquam cognouit ad fabricandum, & colendum idolum defluxiſſe, mentemq; impudicam proſtituiſſe damonibus in paucos eorum vindicans gladio, quos Deus ipſe quem offenderant alto, & ſecreto iudicio faciendos voluiſſet mox feriri, & in præſenti ſalubritèr terruit, & diſciplinam in poſterum ſanxit? nam cum nulla crudelitas, ſed magna dilectione feciſſe, quod fecit, quis non in verbis eius agnoſcat orantis pro peccato eorum, & dicentis, ſi dimittis illis peccatum, dimitte; ſin autem dele me de libro tuo, &c.* habetur in *Can. quid* 44. *in ordine* 23. *qu.*4. & Diuus Gregorius in *d. lib.*20. *moralium c.* 6. de Moyſe loquẽs:

46 *Intueri libet*, ait, *in Moyſi pectore miſericordiam cum ſeueritate ſociatam, videamus amantem, quæ & diſtrictè ſeuientem, & infra intus arſit ignibus amoris, foris accenſus eſt zelo ſeueritatis, tanta fuit pietas, vt ſe pro illis coram Domino morti offerre non dubitaret, tanta ſeueritas, vt eos, quibus præfuit, vt pro eis, nec ſibi parceret, & tamen delinquentes ſic perſequutus eſt, quos amauit, vt eos etiam Domino parcente proſterneret, vtrobique legatus fortis, vtrobique mediator admirabilis, cauſam populi apud Deum precibus, cauſam Dei apud populum gladijs allegauit, intus amans Diuina ira ſupplicando obſtitit, foris ſeuiens vulpem feriendo conſumpſit, ſuccurrit citiùs omnibus oſtenſa morte paucorum, & idcircò omnipotens Deus fidelem famulum ſuum citiùs exaudiuit agentem pro populo, quia vidit quid ſuper populum acturus eſſet, ipſe pro Deo in regimine erga populum vtrumque Moyſes miſcuit, vt nec diſciplina deeſſet miſericordiæ, nec miſericordia diſciplinæ.* habetur in *dicto cap. diſciplina.*

Inſuper dicit Diuus Auguſtinus de
47 ſermone in Monte *lib.* 1. *c.* 37. quod ea vindicta, quæ valet ad correctionem, non prohibetur, quæ etiam ad miſericordiam pertinet, nec impedit illud propoſitum, quo quiſque paratus eſt ab eo, quem correctum eſſe vult, plura pręferre, ſed hinc vindictæ referendæ non eſt idoneus, niſi qui odium, quo flagare ſolent, qui ſe vindicare deſiderant, dilectionis magnitudine ſuperauerit. habetur in *c. ea vindicta* 23. *qu.* 4. Igitur concludendum eſt, quod non ex odio, ſed amore, delicta ſubditorum vindicanda ſunt, vt illum, in quem vindicat, non pœna miſerum, ſed correctione beatum velit, vt dicebat D. Auguſtinus in *can.* ſupra citato. Regulam adducit Seneca: *Corriggẽdus eſt itaq; qui peccat & admonitione, & vi, & mollitèr, & aſperè. li.* 1. *de ira n.*15. *Legum Præſidem, Ciuitatisq; Rectorẽ decet, quamdiù poteſt verbis, & his mollioribus ingenia curare, vt facienda ſuadeat, cupiditatemque honeſti, & æqui eonciliet animis, faciatque vitiorum odium pretium virtutis. Tranſeat deindè ad triſtiorem orationem, qua moneat, adhuc & exprobret: Nouiſſimè ad pœnas, & has adhuc leues, & renocabiles decurrat: vltima ſupplicia ſceleribus vltimis ponat, vt nemo pereat, niſi quem perire etiam pereuentis interſit.* Senec. ibidem.

Rursùs obſeruare debent Prælati,
48 quod cum delicta punienda ſunt, curãdum, ne ira ſubrepet; ne fiat citiùs omne, quod licet, non enim ira debet prę-re vt Domina, ſcribebat D. Gregorius Riccardo Viſigotorum Regi *epiſt.* 126. *lib.*7. ſed poſt rationis tergum velut ancilla famulari, vt ad faciem inſſa veniat, nam ſi ſemèl mentem poſſederit, iuſtum deputat, quod crudelitèr facit. Ideò Sãctus Iacobus *epiſt.* 1. dicit: Ira iuſtitiam Dei non operatur, reſtringẽda eſt enim ſub ratione pòteſtas. Et idem D. Gregorius Duci Campaniæ *epiſt.* 12. *lib.* 8.
49 *indict.*3. ait: *Quando audito crimine concitatur mens, nihil agendum priùs, quàm concitata mens ad tranquillitatem redeat, nàm commotionis tempore iuſtum putat ira omne, quod fecerit; iram enim aliquando oſtendere debemus, ſed non exhibere; aliquando etiam exhibendam, quando placida mente iraſcimur in exequutione iuſtitiæ.* Idem Diuus Gregorius *epiſt.* 8. Abbati Lyrinenſi *lib.*9. *indict.*4.

Aliquando etiam differre debemus
50 correctionem, vt monet S. Gregorius in paſtorali *par.*2. *c.*10. dicens: *Nonnulla autem vel apertè cognita maturè tollerandа ſunt; cum videlicèt rerum minimè opportunitas congruat, vt apertè corrigantur, nam ſecta immaturè vulnera deterius infer-*

Digitized by Google

fermescunt, & nisi cum tempore medicamenta conueniant; cōstat procul dubio, quod medendi officium amittant, sed cum tempus subditis ad correctionem quæritur, sub ipso culparum pondere patientia, præsulis exerceatur. Hinc etiam S. Thomas 2.2. *qu. . art. .* docet, posse Prælatum in
51 tempus aliud opportunū differre corriggere subditos, sicuti differre debemus increpare, & corrigere eos, qui perturbati, & in furore iracundiæ constituti sunt; nam isti declinandi sunt, vt ad se
52 reducti tanto libentiùs exhortationis verba recipiant, quantò se tranquilliùs toleratos erubescant. Bartholomæus à Martyribus de moribus Prælatorum. 2.p. c.9. Nonnunquam etiam, qui per flagella, & verbera non corrigūtur, per
53 blandimenta curantur, quia quædam vulnera, quæ curari incisione nequeūt, fomentis sanantur: ex Diuo Gregorio idem Bartholomæus de Martyribus, quando etiam excessus non est magnus, sæpè ignoscendum, & relinquendum illi, vndè verecundiam habeat, nam
54 quandoque plus virium habet discreta in correctione remissio, quàm in exequenda vltione districtio, quia illa poterit plerumque fidelior, & subiectum; hæc verò obstinatum, & æmulum, Sanctus Gregorius Clementiæ *ep.16.lib.8.*

Tandem in correctione ordo seruā-
55 dus est, vt personas diligemus, vitia prosequamur, nec in modo excedamus, vt monebat idem Diuus Gregorius in *d.epist.8.* Abbati Lyrinensi: *Nè fortè alitèr agens, transeas in crudelitatem correctio, & perdas, quod emendare desideras, sic vulnus debes abscindere, vt non possis vulcerare, quod sanum est, nam si plusquam res exigit, ferrum impresseris, nocens erit, prodesse festinas, ipsa ergo tua dulcedo sit cauta, non remissa, & correctio ipsa diligens sit, non seuera; sed sic alterum condiatur ex altero, vt & boni habeant amando, quod paueant, & praui metuendo, quod diligant.* hæc D.Gregorius. Virga sit cor-
56 rectio, sed virga vigilans attendat diligentèr, & quem feriat, & quo vulnus infigat, & an causa vulnerandi reuera adsit, deindè ita sit virga, vt baculus quoque sit, vulneret, sed substentet. Monet Oliua *lib.6. stromatum fol.563.*

Sed oh vtinam ita à nobis hæc, vt
57 cumulata sunt, exequantur, tabescit in me anima mea, cor conteritur, oculi illagrimantur, quia vel in correctione torpemus, & illam omninò negligimus, vel cum vindictam sumimus, non recto fine hoc agimus; non correctionem, & emendationem, & salutem animarum optamus, sed dumtaxat nostrum vtile intendimus; non quæ Dei sunt, sed quæ nostra quærimus, quod exprobauit Apostolus Paulus, & ex eodē Alexander III. in *c.licèt de pœnis.* Quandoque grauia delicta relinquimus, & læuia satisfaciendi causa proprijs passionibus vindicamus, quasi semper, nec cum mansuetudine, & charitate corrigimus, sed cum austeritate dominamus, & meritò Dominus lamentatur per Ezechielem *c.* 34. sed cum austeritate dominaberis eis, cōtrarium enim facimus eius, quod præcepit Christus Dominus Apostolis suis, dicens Matth.20. *Principes gentium dominantur eis, vos autem non sic.* Non obseruamus ædictum Summi post Christū hominum Pastoris, dicens: *Non dominātes in Clero, sed forma gregis facti.* Pastor forma factus gregis ex animo dignoscatur, non dominandi libidine, sed amore rectè gerendi, dixit Honorius III. in *c.insta de officio ordinarij.* Veh nobis, veh nobis, quid dicemus, aut quid respondebimus, cum ipse fecerit; reliquit nobis Euangelia, constituit modū regendi oues suo sanguine redemptas, amorē expostulauit à Petro, antequam suas cōmiserit oues, dixit Apostolis, discite à me: quamobrē Christum primū Pastorem non sequimur, qui tot sudores pro ouibus passus est, quæ vnquam lex humana, quæuè consuetudo, vel vsus legem Euangelicam poterit euertere, vel abrogare: pensemus Fratres, quod antè illud districtum, & supremū Tribunal oportet nos esse, & reddituri sumus strictam rationem de nostro Pastorali officio. Non intres in iudicio cum seruo tuo Domine, dicebat Dauid, de quo ipse Deus dixit, inueni hominē iuxta cor meum. Quid dicemus nos, qui non secundùm cor Dei sumus, non quæ Christus iussit, & fecit, sed oppositum agimus.

Sed

Digitized by Google

Sed nunquid Episcopis poterit pro
58 delictis mulctandis Clericorum mul-
ctam pecuniarum imponere; quæstio
hęc diù inter nostros agitata fuit, & pro
vtraque parte adducunt Canones, &
pro sententia negatiua, scilicèt id Epi-
59 scopis non licere, adducuntur, *text. in c. licèt de pœnis. c. irrefragabilis. §. vltimo de off. ord. c. vt Clericorum de vita, & honestate Clericorum, & alij multi.* Vice-
60 versa pro affirmatiua sententia adducuntur. *c. si vos 23. qu. 3. c. dilectus de officio ordinarij, c. olim de iniurijs, c. cum sit nimis, & c. significasti de Iudæis, c. in Archiepiscopatu tuo de raptoribus c. Presbyteri de pœnis,* & alij. Agitant hanc quæstionem Canonistæ in *d. c. irrefragabili. c. de off. ord. Barbosa de potestate Episcopi allegat. 107. Iulius Clarus lib. 5. qu. 80. Alzedus de præeminentia Episcop. par. 1. cap. 12. num. 90. Couar. variarum lib. 2. c. 9. Salzedo in praxi. c. 142. Solorzanus de iure Indiarum tom. 2. lib. 3. c. 7. Salgadus de Regia protectione p. 2. c. 4.* latissimè *Antoninus Diana p. 10. tract. 8. per tot. Fagnanus in c. presbyteri de pœnis. Emanuel Gonzalez in d. c. irrefragabili, §. fin. de off. ordinarij, & c. in d. c. licèt de pœnis.*

Veritas est, quod Episcopi possunt
61 mulctare delicta, & crimina subditorum pœna pecuniaria. Probatur ex iuribus citatis, & ex Sacro Concilio Tridentino *sess. 25. c. 3.* & melius *c. 14. de reform.* in quo Clerici concubinarij mulctantur pro prima vice pœna amissionis tertiæ partis obuentium, ac prouentuumq; beneficiorum quorumcumque, & ita obseruat communis praxis Italię. Id quod tamen prohibent Canones est, ne sibi has pœnas approprient Episcopi, hoc enim prohibetur in *d. c. irrefragabili, & d. c. licèt*; requiritur tamen causa, vt mulctare possint pœna pecuniaria.
62 *Riccius in praxi p. 4. resol. 119. Diana par. 10. tract. 8. resol. 5. Squillante de priuilegijs Episcoporum par. 1. cap. 28. à num. 15. cum seq.* Ibique narrat multas causas: & cum facit huiusmodi compositiones pecuniarias, Episcopus debet multa obseruare, præsertim vt eas tunc faciat, quando pars est concordata, & habita fuit remissio, seù exculpatio à parte offensa, aliàs mortaliter peccaret. *Riccius d. par. 4. resol. 120. Squill. loco cit. num. 29.* Secundò, vt fiat antè sententiam latam, licèt nunc in praxi vtatur illa clausula, salua potestate minuendi, aggratiādi, &c. qua attenta, etiam post sententiam latam à Vicario, potest Episcopus facere compositionem. *Riccius in prax. par. 4. resol. 122. Squillante loco cit. nu. 19.* & tùnc Episcopus compositionem facere debet, quando hæc pœna pecuniaria plus iuuaret, quàm alia, vt benè *Abbas in d. c. irrefragabili, §. fin. de off. ordin. Salzedus ad Lopez c. 142. lit. A.* plures alios citat *Diana d. resol. 5.* Diuitibus autem
63 cum magna cautela, & prudentia imponenda est pœna hæc pecuniaria, quia nullam reus prętermittit culpam, quàm redimere potest auro. iuxtà *c. pauper 11. qu. 3. DD. cit.* & docent etiam huiusmo-
64 di Doctores, quod tantum facere potest hanc compositionem, quando venit imponenda pœna extraordinaria, & vbi pœna non est à iure taxata; secus autem si esset statuta, vel in grauioribus criminibus, vel manifestis, &c. *Diana loc. cit.* qui alios citat. *Riccius autem p. 4. res. 105.* dicit, melius esse ab huiusmodi compositionibus abstinendum, & alia via delicta castigare, quia mundus semper applicat huiusmodi compositiones auaritiæ, & cupiditati Clericorum. Tandē
65 compositionem facere debet gratia correctionis pro corrigēdis excessibus, & charitatis ardore. *Host. in c. vt Clericū de vita, & honestate Clericorum. Squillante loco cit. num. 23.* In visitationibus autem ab huiusmodi compositionibus abstinendum, dicit *Diana loc. cit. res. 5. vers. sed licet.*

Sed numquid Episcopus poterit sibi
66 appropriare pœnas, siuè mulctas pecuniarias, maximè cùm est pauper, non incongruè hic dubitari potest. Equidem S. Thomas in *2. 2. q. 32. art. ad tertium* docet, quod quilibet distributor, seù dispensator eleemosinæ, cum est pauper, poterit illam eleemosinā, quam debet alijs erogare, sibi appropriare, cum verè est pauper, & potest sibi dare commodo, quo & alijs ministrat: & adducitur illa generalis regula, quod prima charitas incipit à seipso, *l. præses, C. de seruitutibus, & aqua*; & ita docent quam-

Digitized by Google

quamplurimi Doctores, *Molfes. ad consuetud. Neap. par. 4. qu. 64 num. 24. Barbos. alleg. 107. de potestate Episcopi. Riccius p. 4. res. 125. Squill. loco cit. num. 5. & alij.*

Sed res hęc non sicco pede transire
67 debet: oportet enim, vt illam melius trituremus. Multi Doctores docent, quod attento iure Canonum antiquo, Episcopus poterat pœnas pecuniarias sibi appropriare, quia Episcopus habet fiscum. Citantur pro hac sententia multi Doctores, pręsertim *Baldus in l. autentica bona damnatorum lib. 2. c. de bonis prescriptor. Angl. de maleficijs verbo eius bona num. 30. Barbatius cons. 22. num. 12. vol. 3. Francus Marcus decis. 339. num. 12. p. 12. & alij.*

At id non licere Episcopis, etiam iu-
68 re hoc attento communi, docent antiquiores Canonistę *Ananias in c. excommunicamus de hæreticis num. 9. Hostien. in d. c. irrefragabili num. 21. de off. ord.* assignans illam rationem, quia tunc vehementèr esset pręsumptio, quod non ad correctionem puniret, sed ad quęstum, *Abbas Panorm. in d. c. irrefragabili, §. cæterum num. 1.* qui limitat, nisi Episcopus euidentèr indigeat. *Felinus tamen Sandeus in d. c. irrefragabili, §. cæterum*, rem hanc magis explicat, & ponit plures conclusiones, quarum prima attinet ad potestatem inferendi has pœnas, secundam, & tertiam ad nostrum propositum dubium, dicit enim in secunda conclusione, quod vbi statutum imponit Ecclesiasticis pœnas pecuniarias Episcopus, potest illam sibi retinere, citat *Hostiensem in sum. de off. ord. §. quid pertinet, vers. non tamen debet leuare. Abbatem in c. licèt de pœnis in fin.* Tertiam ponit conclusionem, quod vbi hæc pœna imponitur per sententiam, licèt Episcopus possit sibi retinere, tamen honestius est, quod pro euitanda suspicione cupiditatis, deputet in pium vsum, ad quod allegat *Hostiensem in summa loco cit. §. quod pertinet. Abbatem in d. c. licèt, & in d. c. irrefragabili. Io. Andr. in c. 1. de homic. in 6. Zabarellam in Clem. 2. vers. inquisitoribus in 2. qu. de hæret. Butri. in c. dilectus de off. ord.* & alios dicentes, quod malè faciunt Episcopi, quia sibi omnia imburśant, rationem diuersitatis assignat *Felinus* inter pœnam statutariam, & impositam per sententiam, quia quando ponitur pœna à statuto, & non ab ipso, videtur cessare suspicio cupiditatis; quando autem ipse esset conditor statuti, videtur dicendum, quod non possit, cum ipse eam induxerit; sed cogita, dicit *Felin.* hanc etiam differentiam facit *Couarr. lib. 2. variar. c. 9. sub num. 9.* vt scilicèt statutariam possit sibi applicare, non autem illatam per sententiam, *Io: Honorius in comp. iuris Canonici lib. 5. tit. 57. n. 12. Riccius in praxi p. 4. resol. 124.*

Limitat hanc conclusionem *Felinus*
69 *loco cit. num. 9.* nisi Episcopus euidentèr indigeret, nam tunc posset sibi pœnam applicare, ad quod multos Doctores assignat *Felinus*, ita etiam *Couarr. loco cit. vers. quintum in fine, &c.* & alij etiam Doctores.

Sed iure recentiori inducto per Sa-
70 crum Concilium Tridentinum, nulla facta distinctione inter mulctam inductam à statuto, & pœnam inflictam à Iudice, non posse neutram Episcopum sibi applicare, docent communiùs nostri Doctores, præsertim *Barbosa loc. cit. alleg. 107. num. 18. Squillante loco cit. n. 3. Genuensis in praxi c. 69. num. 1. de Nobilibus in selectis controuersijs iuris sacri, & ciuilis disp. 30. num. 66. & 67. Io: Baptista Ciarlinus cent. for. tom. 1. c. 50. n. 37. Marcellus Volpe in praxi c. 46. num. 1. & 2. Antonellus de Regimine Ecclesiæ Episcopalis lib. 6. c. 5. Ioannes de Solerzano de iure Indiarum tom. 2. lib. 3. c. 7. n. 76. & 77. Diana loc. cit. p. 10. tract. 8. resol. 2. 3. & 4.* quia Sacrum Concilium nullã facit distinctionem inter pœnam, & mulctam, & generalitèr constituit has pijs vsibus erogandas esse, atque *P. Diana* respondet ad argumenta, quæ in contrarium afferri possunt. Verum quasi omnes docent, posse Episcopum, verè pauperem, sibi applicare has pœnas, sed consulendum esse Sacram Congregationē, dicunt Quaranta *verbo pœna pecuniaria. Gen. in praxi c. 69. Squill. loc. cit. n. 8.*

At *Prosper Fagnanus* hac nostra tem-
71 pestate primarius in Romana Curia Prælatus, vir in Sacris Congregationibus versatissimus, in *c. presbyteri de pœnis.* mouet hoc dubium, ipse quoque distin-

ctionem facit inter pœnam impositam ab homine per sententiam, & illam impositam per statutum: vt pœnam impositam per sententiam arbitrio suo nullo modo posse sibi appropriare, sed illam conuertere teneatur in vtilitatem Ecclesiæ, vel vsum pauperum, & adducit rationem, nè scilicèt propter quæstum, & auaritiam arbitria in pœnis pecuniarijs infligendis sint immoderata, & excessiua, ex quo fit, dicit *Fagnanus*, quod Episcopus, & Iudex Ecclesiasticus non potest sibi appropriare mulctas pecuniarias, quæ infliguntur ad arcendam contumaciam, sic etiam sequitur, dicit *Fagnanus*, quod conditor statuti non potest sibi appropriare pœnam, quam ipse posuit in statuto, quia respectu sui est arbitraria, & citat *Felinum loco cit. supra text.* Aut verò, dicit *Fagnanus*, loquimur de pœna pecuniaria imposita à iure, siuè statuto, & limitata, & tunc esse etiam subdistinguendum: nam aut Episcopus habet vndè viuere possit, aut non; si habet, tunc non potest hanc pœnam retinere, sed debet illam distribuere in pios vsus, quod probari dicit in *d. c. presbyteri de pœnis*, in quo textu agitur de pœna Presbyteri interfecti à lege taxata, seù determinata, quæ secundùm legem Longobardorum erat sexcentorum solidorum, & tamen ibi iubet Canon medietatem applicandum Ecclesiæ, cui seruiebat Presbyter interfectus, & aliam medietatem distribuendam in eleemosinam pro anima ipsius Presbyteris. Item probari dicit in *l. penultima, C. de modo mulctandi*, vbi mandatur, pœnas, quæ pro facinioribus commissis infliguntur, non Erario Principis applicandas esse: sed publicis operibus esse deputandas. Confirmat hoc *Fagnanus*, quia non desunt Doctores, qui docent, Episcopum propriè non habere fiscum. Concludit igitur *Fagnanus* in hoc casu cum *Henrico Boich in d. c. presbyt.* Episcopum teneri has pœnas conuertere in vtilitatem Ecclesiæ, vel pauperibus erogare, nisi sit pœna, quæ infligitur pro damno passo, nam tunc passo damnum applicari debet, quod etiam dixit *Fabrus loco cit.*

72 Sin autem Episcopus aliundè non habeat vndè viuere posset, sic euidenter egeat, tunc tenendum esse, dicit *Fagnanus*, has pœnas inflictas à iure, siuè statuto posse sibi Episcopum applicare, & ita intelligendum *textum in c. dilectus de off. ordin.* & quod notat *Archid. in c. si vos, in glosa antè finem* 23. *q.* 5. & *c. venerabilis*, §. *denique de sententia excommunicationis in* 6. & hoc intendere *Host. Io: Andr. Henricum Boich*, & *Butrium in d. c. presbyteri*, dum concludunt, Episcopum habere dispensationem pœnæ pecuniariæ, de qua in textu, & teneri illã partiri, & distribuere, sicut facit de redditibus Ecclesiæ, de quibus viuit, atque has posse sibi applicare, firmare *Host. Io: Andr. & omnes in c. irrefragabili de off. ordin. ibi Felinum*, &c. Rationem assignat, quia charitas est ordinata, & qui vult eleemosinam, ordinatè dare vult, à seipso debet incipere, & eam sibi primum dare, iuxtà *text. in c. qui vult de pœnit. dist.* 3.

Cæterum ait *Fagnanus*, pœnas Cleri-
73 corum non residentium, & pœnas concubinariorum indistinctè pijs locis applicari debere, quia ita cautum in *Trid. sess.* 6. *c.* 1. & *sess.* 25. *c.* 14.

Hanc autem distinctionem, an pœnę
74 pecuniariæ sint arbitrariæ, vel à iure, siuè à statuto limitatæ, & an Episcopus egeat nec nè, dicit *Fagnanus*, quod probauit Sacra Congregatio Concilij, nam sæpiùs declarauit Episcopũ si indigeat, posse pro se retinere eas tantum pœnas pecuniarias, quæ à Sacris Canonibus, vel synodalibus statutis pro delictis ad certam quantitatem fuerint præfinitæ, eas autem, quę vel ab eius arbitrio pendent, vel nulla præcedente Canonum, vel statutorum synodalium determinatione imponuntur, nequaquam alijs, quàm pijs locis, vel vsibus applicare posse, ac postea dixisse Sacram Congregationem, ac consultiùs fore, vt Episcopi egentes, pro ijs pœnis sibi applicandis, adeant Sedem Apostolicam, nec immeritò, ad tollendam infamiam facti, & periculum conscientiæ euitandum, an quis sit pauper, nec ne, non vacat periculo, vt Prælati sunt Iudices suæ paupertatis, & in causa propria, cum præsertim non sit tutum in hac materia ap-

pro-

Digitized by Google

propriationis pœnarum metiri pauper-
75 tatem, ex decreto Concilij in *can.* 13. *seſſ.*2. atque hoc caſu paupertatem Epiſcopi ſtrictiùs accipiendam eſſe, cum agatur de præiudicio pauperum,& magis ægentium, quibus pœnæ ſunt diſpenſandæ. Hæc eſt doctrina *Fagnani*, cum qua libentèr concurro; cum ſit ſatis, ſit æquè, & ſatisfacit meæ conſcientiæ.

Ex his pœnis pecuniarijs, ſiuè mul-
76 ctis nihil percipere poterit Vicarius Epiſcopi, *Diana loco cit. reſol.* 7. *Fagnan. loco cit. num.*36. an autem Procuratori fiſcali Curiæ dari poſſit aliqua portio, dubium maius poteſt eſſe, & tamen tàm *Diana loco cit.* quàm *Fagnanus* etiam *loco cit. num.*25. *cum ſeq.* & alij Doctores reſoluunt negatiuè, ad quod multa ponderat *Fagnanus*, quia pœna locis pijs eſt omninò diſtribuenda, & dicit *Fagnan.* ita reſoluiſſe Sacram Congregationem: ſic etiam nec alijs Miniſtris Curiæ aliquid ex pœnis dari poteſt, vt cenſent Doctores citati, præſertim *Fagnanus num.*35. exceptis tamen pœnis, quæ ſoluuntur pro inobſeruatione dierum feſtiuorum, nam ex iſtis dari poteſt Mini-
77 ſtris Curiæ, ſiuè Curſoribus tertia pars, vt in conſtitutione B. Pij V. quæ incipit, *cum primum*.

Fabricæ autem Eccleſiæ, vel Sacri-
78 ſtiæ applicare huiuſmodi pœnas tunc licet, quando id non tendit in commodum Epiſcopi, qui alias ad id teneretur, vt reſpondiſſe Sacram Congregationem, dicit *Fagnanus loco cit. ſub n.* 31. & 37. & eo fortiùs nec licèt præfatas pœnas expendere in fabricam, ſeù reparationem Palatij Epiſcopalis, vt pluries reſoluiſſe Sacram Congregationem, dicit *Fagnanus loco cit. num.*38. Ex gratia tamen Epiſcopis pauperrimis ſolet cõcedi, vt certam partem erogent in huiuſmodi reparationibus, vt obſeruat idem *Fagnanus*, & mihi in facto contingit; nam cum Eccleſiæ meæ ſint pauperrimæ, obtinui à Sacra Congregatione ſuper negotijs Epiſcoporum, vt per duos annos medietatem pœnarum applicare poſſem in huiuſmodi reparationibus, aliam verò medietatem erogare debuiſſem pijs locis. Tenor literarum talis eſt: *Illuſtriſs. e M. Rev. Monſig. come fratello. Queſti Eminentiſſimi miei Signori per l'iſtanza fatta da V.S. in riguardo della tenuità delle rendite di coteſte ſue Chieſe Veſcouali, ſi ſono benignamente contentati, ch'ella poſſa applicare in reparatione, e riſarcimento di beni delle medeſime la metà delle multe, ò pene pecuniarie, che ſi eſiggono dalla ſua Corte per cauſe criminali in due anni proſſimi ſolamente, con che l'altra metà s'impieghi fedelmente in opere, & vſi pij, ſecondo la diſpoſitione del Sacro Concilio; Io glie lo ſignifico, e Dio la proſperi. Roma 4. Marzo 1665. Di V.S. come fratello M. Cardinal Ginetti. Emil. Veſcouo di Camerino Segretario.*

Aduertunt omnes ſcribentes, & cita-
79 ti Doctores, has mulctas cæteris paribus debere Epiſcopum erogare in vſus pios, in pauperes illius loci, in quo habitat Clericus condemnatus.

Sed hæc ne ita obſeruantur ab Epi-
80 ſcopis huius ſæculi? Vtinam ita foret! Videmus Epiſcopos pœnas omnes, ſiuè mulctas ſibi applicare, & fraudant pauperes, ne dum illa portione, quæ ex proprijs redditibus Epiſcopalibus eis debetur, ſed etiam emolumentis, & ſuffragijs, qui eis iure iuſtitiæ debentur. Videmus Epiſcopos ex pœnis, mulctisque pecuniarijs palatia Epiſcopalia reſtaurare, & ſuperbas fabricas facere, & ſibi perſuadent ad eis licitum, cum omni iure ſit prohibitum; pauperes, qui fraudantur, clamant quotidiè contra Nos: Exurge Domine adiuua nos, & exurget in iudicio Deus, & condemnabit nos.

Poſt ſcripta, Sacra Congregatio Re-
81 gularium iuſſu Sanctiſs. Domini Noſtri Innocentij Diuina Prouidentia Papæ XI. ſcripſit literam circularem omnibus Epiſcopis, in qua eos ad reſidentiam hortatur, atque ad explenda munia, & inter alia mandat Sacra Congregatio, vt conſtituatur Depoſitarius pro pœnis, & mulctis. Tenor talis eſt, foris. *Al Molto Illuſt. e Reuerendiſs. Monſignore come fratello. Il Nuntio Apoſtolico di Napoli.* Locus ✠ ſigilli. Intus verò. *Molt' Illuſt. e Reuerendiſs. Monſign. come fratello, Trà li graui penſieri, ne' quali per*

Digitized by Google

l'ottimo gouerno della Chiesa vniuersale, hà fissa la mente di nostro Signore, si è, di porre ogni studio, e di adoperare ogni mezzo, che i Pastori delle Chiese particolari, come membra del Capo, adempino bene il lor Pastorale officio, dal quale dipende la santificatione dell'anime alla loro cura commesse. Per tanto la somma paterna prouidenza della Santità sua, volendo, che le parti del Ministerio Vescouale siano inuiolabilmente in quella esatta osseruanza, che la grauità della materia richiede, hà con l'oracolo della sua viua voce ordinato, che si scriua à V.S., che della presente lettera circolare ne mandi copia autentica à tutti li Vescoui, & Arciuescoui di cotesto Regno, che seruirà ad eccitare chi hà bisogno di stimolo, per instradarsi nella via del Signore, & à maggiormente inferuorare chi vi camina. D'ordine dunque di Sua Beatitudine si ricorda primieramente l'obligo della residenza de' Vescoui, e le pene, che contra li non residenti si trouano, particolarmente dalla Bolla della s. m. di Vrbano VIII. prescritte. Et inherendo la Santità sua a' dettami del Sacro Concilio di Trento, e delle Constitutioni Apostoliche esorta, ammonisce, e comanda a' Vescoui, che ricordandosi esser essi la forma del Clero, donde si traggono gli esempi da imitare, procurino tanto nell'interno, quanto nell'esterno quella modestia, e sobrietà negli habiti, nelle mense, nelle suppellettili, & in tutte le attioni, che spiri santimonia proportionata alla perfettione del loro alto stato. E considerando, che chi non sà i proprij domestici, difficilmente sarà habile al gouerno degli altri. Inuigilino sopra la vita, e costumi de' loro familiari, acciòche siano tali, quali deuono essere i Ministri de' Ministri di Dio. E con non dissimile accuratezza habbino gli occhi alli Ministri delle loro Curie, come a' Vicarij Generali, e foranei, a' Cancellieri, & altri officiali, acciòche con integrità, fedeltà, e senza sospetto d'auaritia esercitino li loro carichi. Nell'amministratione della giustitia, & anco nelle cose di gratia posponghino affatto ogni humano rispetto, acciòche siano fedeli Amministratori di ciò, che è stato loro fidato da Dio. Nelle correttioni de' sudditi habbino il solo riguardo all'emendatione de' costumi, & all'estirpatione degli abusi. E ricordandosi d'esser Pastori, e non percussori, non tralascino di premettere opportunamente le paterne ammonitioni, alle quali, quando il caso richiede, ci si aggiunga il rigore; auuertino, che questo sia mischiato sempre con la paterna soauità. Acciòche cessi ne' Vescoui quel vitio, che è radice di tutti li mali, cioè l'auaritia, ma anco il sospetto: tenghino nette le mani da ogni qualunque cosa, che possa dar ombra di essa. E quando occorre punire li delinquenti con pene pecuniarie, per queste si tenga vn fedel Depositario ad effetto d'impiegarsi, conforme prescriue il Sacro Concilio. Auuertino, che le speditioni di cose spirituali, come di amministratione de' Sacramẽti, di predicar la parola di Dio, di scommuniche, e di altre cose somiglianti, si deuono far gratis omninamente, etiam da' loro Ministri; & in quello, che a' medesimi Ministri è lecito di riceuere la mercede prescritta dal Sacro Cõcilio Tridentino per la sola manuale fatica delle scritture, come di beneficij, di collationi d'ordini, essi Vescoui nõ partecipino d'alcuna cosa, nè diretta, nè indirettamente. Si ricordino, che delle rendite delle Chiese non sono Padroni, ma semplici amministratori, e che con esse detratta la sostentatione de' Vescoui, non hanno, che fare li loro parenti, nè conuertirsi in vsi profani, ma impiegarsi in sollieuo de' poueri, e de' luoghi pij, a' quali son douute. Non tralascino ne' tempi prescritti le visite delle Diocesi, le celebrationi de' sinodi, e faccino queste funtioni, che sono delle primarie, come oggetto, & attẽta riflessione di rimediare à gli abusi, d'instaurare la disciplina Ecclesiastica, oue è rilasciata, e d'introdurla, oue è affatto scaduta. Inuigilino, e con occasione delle visite, & in ogni altro tempo ancora, all'esecutione delle pie volontà de' testatori, all'adempimento de' pesi di Messe, anneßi à beneficij, à Cappellanie, & à legati pij, procurando in tal maniera vna esatta osseruanza de' decreti generali emanati dalla Sacra Congregatione del Concilio. Auertino nelle visite di non grauare li visitati di spese più di quello, ch'è lecito per li soli alimenti proprij, e della loro comitiua, che douerà esser modesta. Habbiano special sollecitudine in far crescere l'Alunni ne' Seminarij, con farli instruire nella pietà, e nelle lettere, osseruando quanto in tal maniera è stato prouidamente prescritto dal S. Concilio di Trẽto.

Non

Non aſcriuino alla militia Clericale, ſe non quelli, che ſi può congetturare, che eligghino queſto ſtato non per altro fine, che per ſeruire al Signor' Iddio. Nè à gli ordini maggiori promouino, ſe non ſoggetti, la bontà, e dottrina de' quali, ſia ſtata precedentemente prouata, oſſeruandoſi gl'interſtitij de' tempi, nella quale grauiſſima materia delle impoſitioni delle mani, tanto più deuono inuigilare, quanto troppo lagrimeuole, e di grãdiſſimo ſcandalo nella Chieſa d'Iddio ſarebbe il promouere a' ſacri ordini perſone ſenza ſpirito Eccleſiaſtico, & indegne per ignoranza, e cattiua vita, vederli poi miniſtrare nel ſagro Altare. Habbiano à cuore il culto Diuino nelle Chieſe, procurando la politia negli Altari. Nella celebratione de' Diuini officij nel Choro inuigilino, che ſi ſtia con quella riuerenza, riſpetto, e deuotione, che ſi deue in lodare la Maeſtà Diuina. Ponghino ogni più eſatto ſtudio in fare sì, che il ſacrificio della Meſſa ſi celebri con quella riuerenza, e decoro, che ſi può maggiore, procurando, che li Sacerdoti nel ſacro Altare ſi vegghino in habito, e tonſura decenti, con rimouere gli abuſi, che circa le cerimonie, & altro fuſſero inſorti in queſto Diuino Miniſterio. Ad vdire le Sacramentali Confeſſioni, non ammettino ſe non quelli, che precedente vna diligentiſſima perquiſitione, ſaranno trouati per dottrina, per coſtumi, e per altre qualità eſſere non indegni di sì graue miniſterio. Non traſcurino di preeleggere buoni Parochi, che ſono li loro coadiutori nel regimento dell'anime. E nelle collationi d'altri beneficij, ò ſiano di reſidenza, ò ſemplici, ò di qualſiuoglia ſorte, non ſi mouino da affetti, ò riſpetti humani, ma habbino puramente auanti gli occhi la virtù, li meriti, & altre qualità di quelli, a' quali deuono conferirſi. Inuigilino, che l'iſteſſi Parochi non ſi allontanino dalle loro reſidẽze, che ſiano diligenti nell'eſercitare la cura dell'anime, e che particolarmente non traſcurino di cibarle frequentemente col pane della Parola di Dio, ſpiegando a' fanciulli, & ad altri, che n'hauranno di biſogno, i rudimenti della noſtra Santa Fede; al quale effetto doueranno eſpreſſamente ſotto graui, e rigoroſe pene ordinare alli Parochi delle loro Dioceſi, che tutte le Domeniche, & altre feſte di precetto inſegnino con particolar attentione la Dottrina Chriſtiana, tanto neceſſaria alla ſalute dell'anime. Siano eſſi Veſcoui diligenti, & acerrimi difenſori dell'Immunità Eccleſiaſtica, procurandone con rimedij giuridici la reintegratione ne' caſi, ne' quali occorreſſe, che reſtaſſe violata, e, eſſercẽdo la contumacia delli poco obbedienti, diano parte à Roma, per riccuere le riſolutioni più vigoroſe. Si facciano da' Vicarij foranei tener auuiſati di tutto ciò, che occorra ne' luoghi biſognoſi di prouedimento. Promouino con ogni ſtudio la diſciplina, & oſſeruãza regolare ne' Monaſterij delle Spoſe di Chriſto, rimouendo tutti quell'impedimenti, che poſſono rilaſſarla, maſſimamente per gli acceſſi a' parlatorij, ò alle Chieſe medeſime, dalle quali ſi deuono tener lontani i concorſi, particolarmente per occaſioni di celebrationi di feſte, le quali ſi deuono fare con apparato graue, e deuoto. Ricorda noſtro Signore l'obligo di rendere alla Santa Sede il douuto oſſequio con la viſita de' ſacri limini ne' tempi preſcritti dalla Bolla della s.m. di Siſto V. coll'eſibitioni delle relationi dello ſtato delle loro Chieſe, rendendo in tal maniera al Vicario di Chriſto vn'eſatto conto della loro Paſtorale amminiſtratione. E ricorda in fine la Santità ſua il più ſtretto rendimento di conto, che à Chriſto iſteſſo douerà ciaſcuno dare dell'anime alla loro cura commeſſe, acciòche nè per il mal'eſempio, per mal gouerno, nè per negligenza, ò per qualſiuoglia altra cagione ne periſca alcuna. E mentre io ſtarò attendendo di ſentire, che V.S. habbia partecipato li predetti auuertimenti à tutti li Veſcoui, & Arciueſcoui di coteſto Regno, per douerne poi fare relatione à ſua Santità, le prego per fine dal Signore Iddio ogni vera gratia. Roma 5. di Febraro 1678.

Di V. S.

Come Fratello affettionatiſs.

Il Cardinal Gaſparo de Carpegna.

C. B. Arciueſcouo di Genoua Segretario.

Extracta eſt preſens copia à ſuo proprio originali, cum quo facta collatione concordat, ſalua ſemper, &c.

Ita eſt, Ioannes Baptiſta Daniel Magiſter Actorum.

Locus ✠ ſigilli.

CAPVT



CAPVT VLTIMVM

De pœnis, & præmijs Episcoporum non residentium, & verè residentium.

PŒnas, & prȩmia habent Episcopi non residentes, & verè residentes, tàm in præsenti, quàm in futura vita; quarè Caput hoc vltimum duas habet inspectiones, prima est de pœnis, & prȩmijs in hac vita. Secunda de pȩnis, & prȩmijs in altera respectiuè. In quantum ad pœnas Episcoporum non residentium in hac vita, multæ sunt cõstitutæ in Sacris Canonibus, & Constitutionibus Pontificijs, quæ quasi omnes enumerantur in bulla Vrbani VIII. quas omnes dicta Constitutio innouat; præcipuæ tamen sunt, priuatio fructuũ, priuatio facultatis testandi alias obtentæ, interdictum ab ingressu Ecclesiæ, ac etiam crescente contumacia, priuatio, seù depositio ab Ecclesia: & quãuis Vrbanus s. m. VIII. in dicta Constitutione, quam supra in primo capite retulimus, requiri videatur declarationis sententiam, ibi: *Vt Nos, ac Romanus Pontifex pro tempore existens in Consistorio ad sentẽtiam declarationis pœnarum, ac respectiuè priuationis, seù depositionis, aliarumque punitionum prafatarum inobedientium, valeamus; & ipse Pontifex Romanus pro tempore existens valeat procedere*. Attamen circa pȩnam priuationis fructuum nulla exigitur declaratio, seù sententia priuatiua, quia Sacrum Concilium Tridentinum satis expressit, Episcopos nõ residentes non facere fructus suos in conscientia, nulla expectata declaratione, vt legenti patet in *sess. 23 c. 1. de reform. Statuit Sacrosancta Synodus prater alias pœnas aduersus non residentes sub Paulo III. impositas, & innouatas, ac peccati mortalis reatum, quem incurrit, cum pro rata temporis absentia sue fructus suos non facere, nec tuta conscientia, alia etiam declaratione non sequuta illos sibi retinere posse*. Certum enim est, quod cum imponuntur per legem pœnæ priuatiuæ, quę plenam exequutionem habent, nullamque hominis actionem exigunt, vt est hæc, statim incurruntur, cum lex ipso facto incurri præcipit, addita clausula illa absque alia declaratione, prout fecit Sacrum Concilium. Optimè *Merolla præ cæteris tom. 2. disp. 4. c. 4. dub. 5. num. 99.* Difficultas tantum procedere poterit, quando lex pœnas priuatiuas imponit cum clausula dumtaxat ipso iure, & non addit illam aliam absque alia declaratione, & tamen communiùs docent Doctores, illas incurri, non expectata Iudicis sententia declaratoria, vt subsistinet multis citatis *Merolla loc. cit. num. 101. cum seq.* quia hic effectus est aptus fieri integrè, & perfectè per solã legem, potestatem enim sufficientem ad ita faciendum supponimus in legislatore, vt optimè idem *Merolla loco cit. dub. 1.* voluntatem enim enixam declarat Legislator per illa verba ipso iure; indubitauit enim Sacrum Concilium ad fructus merendos, Episcopos non residentes, & optimè quidem ratione, quia vt diximus inter Episcopum, & Ecclesiam interuenit contractus quidam innominatus, scilicèt do, vt fãcias; dat enim Ecclesia fructus, vt Episcopus expleat residentiam, & ea, quæ muneris

Epi-

Episcopalis. Ergo cum Episcopus minimè hoc præstat, non potest tuta conscientia fructus recipere, nam non præstat opus, ob quod ei sunt dati fructus; si spiritualia non seminat, non potest temporalia metere, vt dicebat D. Paulus 1. ad Corinth. c. 9. & qui non laborat, non manducat. Dicebat idem Paulus Apostolus, & ipsa Veritas Diuina dixit, dignus est operarius mercede sua, à contrario autem sensu benè concluditur, quod qui non operatur, non est dignus mercede. Vt ergo Episcopus fructus suos facere possit, residere ipsum oportet, atque in residentia operari.

Hinc videmus Episcopos illos non resi-
10 dentes, vel malè residentiam explentes, Deo sic iustè permittente, non benè frui de redditibus Ecclesiæ, quandoque vexari infirmitatibus, quandoque litibus, & controuersijs, ac alijs animi doloribus, eodem quippè modo, quo iustissimus Deus latroni non permittit de rebus furatis benè frui; furtū quip-
11 pè est accipere redditus Ecclesiæ; & non residere, vel malè residere; immò atrociùs hoc eo, quo committunt latrones, dum spoliant viatores in publica via, nam hoc est rerum temporalium, &
12 bonorum hominum particulariū, illud bonorum Ecclesiasticorum, & Christi Domini, quę scilicèt Ecclesia habet meritorum sanguinis Christi. Studeant
13 ergo Episcopi, non solùm residere, sed benè prodesse gregi sibi commisso, si velint de redditibus Ecclesiæ benè, ritèq;
14 frui. Circa verò priuationem facultatis testandi obtentæ à Sede Apostolica, quod hæc non prosit, si Episcopus moriatur extra residentiam, neque requiritur dubitatio; nam Pius IV. & hactenùs prodesse Episcopis declarauit, quatenùs in residentia diem clauserint extremum, vt legitur in bulla Pij, quam in primo capite retulimus; igitur declaratio pœnarum requiritur respectu interdicti, & priuationis Ecclesiæ.

Insuper Episcopis in proprijs Eccle-
15 sijs residentibus indulsit Sacrum Tridentinum Concilium, & contra exemptos, procedere possit, vt legitur in *sess.* 2. *cap.* verùm in praxi non ita fęlicitèr obseruari vidi.

Ad residentiam explendā solent al-
16 lici Episcopi altero priuilegio, nempè alternatiua in conferendis beneficijs: per regulam enim nouam hodiè Cancellariæ quilibet Summus Pontifex solet sibi reseruare beneficia vacantia in octo mensibus, præterquam per cessum: nempè in mensibus Ianuarij, Februarij, Aprilis, Maij, Iulij, Augusti, Octobris, & Nouembris. Verùm ab antiquo consueuerunt Summi Pontifices ad alliciēdum Episcopos ad residentiam, diuidere menses ad conferendum quæcumque beneficia vacantia in mensibus reseruatis, abstulendo reseruationem mensium tantum, & hac dumtaxat reseruatione affecta, cum ipsi postquam ad residentiam peruenerint, alternatiuam acceptare voluerint, & se obligauerint residere, de quo per speciales literas certiorare debent Summum Pontificem,
17 ita enim se habet regula: *Insuper Sanctitas sua ad gratificandum Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis intenta, ipsis quamdiù apud Ecclesias, aut Diœceses suas verè, ac personaliter residerint dumtaxat, de omnibus, & quibuscumque beneficijs Ecclesiasticis cum cura, & sinè cura, Secularibus; & Regularibus ad liberam ipsorum dumtaxat, non autem aliorum cum eis dispositionem, seù præsentationem, vel electionem, nec etiam cum consilio, vel consensu, seù interuentu Capitulorum, vel aliorū, aut alias pertinentibus, quæ in eorum mensibus Februarij, Aprilis, Iunij, Augusti, Octobris, & Decembris extra Curiam ipsam vacare contingerit (dummodò aliàs dispositioni Apostolicæ reseruata, vel affecta non fuerint) liberè disponendi facultatem concessit: ac etiam voluit, vt si ipsi in collatione, aut alia dispositione beneficiorum in alijs sex mensibus, videlicèt Ianuarij, Martij, Maij, Iulij, Septembris, & Nouembris vacaturorum (quæ etiam dispositioni suæ, vt præfertur, reseruauit) seù etiam aliorum dispositioni sua, & dictæ Sedis aliàs quomodolibet reseruatorum, vel affectarum se se intromiserint, aut quominùs prænissionis, & gratiæ Sanctitatis suæ de illis debitum effectum consequantur, impedimentū quomodò præstiterint, vsu & beneficio prædictæ facultatis eo ipso priuati existant: ac collationes, & alias dispositiones de hu-*

cijs

reijs illius prætextu deinceps faciendæ, nullius sint roboris, vel momenti. Illi verò, qui gratiam alternatiuæ prædictæ acceptare voluerint, acceptationem huiusmodi per patentes literas manu propria subscriptas, suoque sigillo munitas, & in sua quisque Ciuitate, & Diœcesi datas declarare, & literas ipsas huc ad Datarium Sanctitatis suæ transmittere teneantur, quibus ab eo receptis, & recognitis, tunc demum, & non antea, vti incipiant gratia supradicta. Decernens sic in prædictis omnibus per quoscumque, &c. iudicari debet, ac irritum, &c.

Alternatiua igitur est quædam spe-
18 cies contractus inter Papam, & Episcopum, optimè *Cocchier. in reg. 8. gl. 21. num. 2. Locterius lib. 2. qu. 40. nu. 70. Gonzalez in reg. 8. glos. 43. num. 107. Rota dec. 108. num. 16. par. 11.* & sicuti res per eas causas nascitur, per easdem dissolui debet, & contractus, qui mutuo con-
19 sensu perficitur, mutuo quoque consensu dissolui debet, ita hoc casu alternatiuam Episcopus postquam accepta-
20 uit, non potest ex se solùm renunciare, nisi ascendat quoque Papæ voluntas, & mutua voluntate dissoluatur, *Rota in d. dec. 108. num. 7. Gonzalez glos. 58. nu. 14. Squillante par. 3. c. 3. nu. 39. Locterius* tamen *lib. 2. qu. 41. in fin.* docet implicitum consensum sufficere. Durat alternatiua durante vita Pontificis illam concedẽ-
21 tis, nam eo mortuo, estinguitur, *Cocchier d. qu. 11. num. 2. Nouar. in concl. iuris Pontif. tit. d. alternatiua concl. 18. alias quarta*; sicuti expirat Episcopo translato ad aliam Ecclesiam, nam tunc opus est, vt
22 nouam accipiat alternatiuam. *Nouar. loco cit. concl. 26. alias 2. Squillante de priuilegijs Episcoporum p. 3. c. 3. n. 37.*

Ad sui validitatem requirit acceptа-
23 tionem, & descriptionem in libris Datariæ, & de eo certiorari debet Episcopus, vt conferre possit in mensibus alternatis, vt liquidò constat ex Regula, *Rota dec. 5. num. 2. par. 13. recent.* & penes *Buratum dec. 888. Cocchier loco cit.* & acceptationem Episcopus non potest facere, antequam ad suam residentiam
24 perueniat, vt dicitur in *glosa*, & communiter *DD. Gonzalez glos. 62. in princ.*

Habet locum dumtaxat in beneficijs
25 collatiuis, non autem comprehendit ea, quæ sunt simultaneæ collationis, latè *Gonzalez glos. 45. Cocchier loco cit. Rota dec. 49. n. 1. & dec. 31. & dec. 299. nu. 9. par. 10. recent. & dec. 5. num. 2. & dec. 30. num. 12. par. 15. recent.* sicuti non comprehendit beneficia duplici reseruatio-
ne affecta, sed dumtaxat ea, quæ sunt
26 reseruata ratione mensium, vt expressè dicitur in Regula, & extra controuersiam est apud omnes. Beneficium autem
27 quod vacat ob assequutionem alterius beneficij incompatibilis, si secundum fuerit collatum vigore alternatiuę, etiã primum quod vacat per talem assequutionem conferre potest vigore eiusdem facultatis, *Rota dec. 127. num. 3. & 4. parte 13. recent.*

Alternatiuę fundamentum est resi-
28 dentia, quæ debet esse vera, & realis, vt dicitur in Regula, & optimè, & latissimè explicat *Hieronymus Gonzalez in reg. 8. Can. glos. 43. Cocchier in reg. 8. Cancel. glos. 15. num. 3.* itaut quæcumque ficta residentia excluditur, & ex causa quamuis priuilegiata; nam tunc non
28 poterit vti alternatiua, *Gonzalez in d. glos. 43. nu. 83. Nouarius loco cit. concl. 27. nu. 10. Barb. de potestate Episcopi alleg. 53. num. 35. Squillante loco cit. par. 3. c. 3. n. 46. de priuilegijs Episcoporum.* Et nec ad lo-
30 cum parum distantem à Diœcesi abesse poterit, & per modicum tempus, vt decisum, dicit *Gonzalez*; in loco tamen
31 exempto situato intra limites poterit permanere, & alternatiuę priuilegio gaudebit Episcopus, *Gonzalez loco cit. num. 187. Nouarius loco cit. nu. 11.* & non solùm residentiam realem explere debet, sed etiam debet habere intentionẽ
32 residendi. *Rota* penes *Ludouisium dec. 70. & 136. siuè 139. Gonzalez loco cit. n. 172. cum seq. Nouarius loco cit. concl. 27. num. 7. Squillante loco cit. num. 47.* & circa animum residendi, vide decisionem præfatam Ludouisij 136. siuè 139.

Cum autem Episcopus non reside-
33 in mense alternato, non potest prouidere de beneficijs vacantibus, attamen non amittit alternatiuę priuilegium in totum, sed dumtaxat suspenditur, vt benè loquitur *Locterius de re beneficiaria lib. 2. qu. 41. num. 47. Squillante loco cit. num. 40.*

Exi-

Digitized by Google

Existimant autem multi Doctores in
34 mensibus fixis spectantibus Episcopis, nempè mense Iunio, & Decembre non requiratur residentia, sed posse tunc Episcopum prouidere, quamuis ipse non resederit; quia dicti menses spectabant ad Episcopum antè alternatiuam, & sic non mutauerunt eorum qualitatem. Ita *Riccius in praxi par.1. ref.582. Squillante loco cit. num.42. Nouarius loco cit. concl.27. siuè 3. Nicolaus Garsia de beneficijt par.5.cap.1.num.506.* Sed contra-
35 riam sententiam mordicus defendit *Gonzalez loco cit. num. 121. cum seq.* in quem etiam inclinat *Locterius d. lib. 2. qu.41. à num.38. cum seq.* & ego libentèr huic sententiæ adhæreo propter rationes efficaces, quas adducit *Gonzalez loco cit.* ad quem remitto Lectorem.

Episcopus, vt alternatiuæ priuilegio
36 in conferēdis beneficijs fruatur, ipsum oportet residere in mense alternato, vndè si initio mensis alternati non resederit, quamuis præsens fuerit tempore vacationis, quia tunc per talem absentiam in principio mensis iam cœpit esse Apostolicus, & Episcopus amisit alternatiuę priuilegium, quod non potest conualescere per regressum, licet de tempore vacationis fuerit præsens, vt decidit *Sacra Rota in Fauentina Canonicatus 16. Decembris 1585. coram Blanchetto*, quam decisionem affert *Garsia loco cit. num.693.* & quamuis *Garsia num.695.* & etiam *Gonzalez glos. 43. num.141.* videatur contrarium tenere,
37 ac infringere Rotæ decisionem; attamē meo iudicio verior est opinio Rotæ, quam defendit acutus *Locterius loco cit. 940. num.89.* quia cum vinculum reseruationis initūctum sit à principio (sunt verba Locterij) mensis, & illum totum tanquam vnum quid integrale, peruadat, quandocumque vacet beneficium, semper dicitur reseruatum Papæ, & sic etiam inspecto tempore vacationis optimè dicitur intrare reseruatio, vt optimè in Papien. beneficij 10. April. 1617. coram Andrea. Extra controuersiam ta-
38 men est, si initio mensis, & tempore vacationis Episcopus esset absens, *Rota apud Ludouisium dec.70. & in Cluen. beneficij S. Saluatoris 30. Octobris 1602. apud Marchesinum tomo 1. fol.350. n.4. Locterius loco cit. num.81. & 82. Gonzalez loco cit. glos.43. num.141. Squillante loco cit. num.41.* Licet etiam in hoc casu contrarium multi tenuerint, sed malè. Quan-
39 do verò fuit Episcopus præsens, tam in principio mensis, quàm tempore vacationis, verùm antè ipsam vacationem abscessit per modicum tempus, & propterea minùs integra videri possit residentia à principio mensis vsque ad ipsum vacationis diem, tunc nec posse conferre vigore alternatiuæ, existimat *Locterius*, & probat à *num.91.* vsq; 103. prout est videre ipsum, equidem si stricte loquimur, & rigorosè, opinio Locterij non est improbabilis, immò satis probabilitatem, & fundamentū habet.

Cum autem Episcopus præsens fue-
40 rit in initio mensibus, & in ipsa vacatione, & vigore alternatiuæ contulerit: si postea absens fuerit, dubium potest esse, an collatio inualidetur, & quidam illam valere, nec infringi posse, nec esse, retrotrahēdam ad tempus, quo incipere non potuit; ęstimat dictus doctus *Locterius loc.cit. d. qu.40. à num. 83. 84. 85. & 86.* & ita etiam *Squillante loco cit. num.45.*

Alterum restat videre in hac mate-
41 ria, an cum acceptatur alternatiua in mense, qui incipit esse ordinarius, v3. Septembris, sicut tunc hic mensis fit Apostolicus, ita etiam procedat è conuerso. *Locterius d.qu.40.num.70.* expressè tenet pereundam esse æqualitatem, quia Papa dum contrahit, vtitur iure priuato, & nec admittenda est claudicatio: sed contrarium tenuit Sacra Rota in *dec.49. & 299. par.10. recent.* ita enim habetur in dicta decisione. Ex-
42 clusio vero collationis Episcopi, & reseruatio ad fauorem Sedis Apostolicæ oritur per acceptationem mensis Septembris, qui alias est ordinarius, & ordinarius hic iam esse incœperat. Siquidem ab Episcopo Oscensi alternatiua sub die 6. eiusdem Septembris acceptata fuit, & superueniente hac acceptatione alternatiuæ euasit Apostolicus, quamuis mensis, qui cœpit esse Apostolicus, è conuerso non fieret ordinarius, vt voluit *Roderic. à Quisad. in annot. ad*

Digitized by Google

*reg.*8. *Cancell. reg.*1. *in fin. & reg.*4. *vers. his itaque suppositis. Barbos. de offic. & potest. Episc. alleg.*53. *num.* 38. *&* 41. *& de Canon. & dignit. cap.* 14. *num.* 24. *Modern. Alex. in prax. haben. concur. prælud.*23. *dubio* 2. *num.*2. *&* 3. *& in Tarentina Canonicatus* 4. *Maij* 1611. *coram Lugdunen. impress. par.*3. *recent. dec.*349. *sub nu.*1. *vers. & stante acceptatione; & in alia Tarentina Canonicatus* 10. *Decembris* 1612. *coram bon. mem. Coccino*. Ratio verò diuersitatis est, quia acceptatio, vel non acceptatio alternatiuæ consistit in sola facultate Ordinarij, qui si in principio sui mẽsis alicuius acceptauerit, sibi imputet, cum sinẽ talis mensis expectare potuisset. Si verò in aliquo mense Pontificio alternatiuam acceptauit, rationi congruum non est, vt id Papæ præiudicet, quod præiudicium Papæ in acceptatione facta ab Ordinario in suo proprio mense cessat, & hoc simul cum alijs rationibus pro decisione casus acceptationis in mense Ordinarij ad fauorem Papæ ponderatur in *dec.*144. *nu.*6. *par.*2. *recent.* quibus motiuis alia ratio diuersitatis addi potest, quia videlicet in gratia alternatiuæ excipiunt expresse beneficia, alias dispositioni Apostolicæ reseruata, ibi: dummodò alias dispositioni Apostolicæ reseruata, vel effecta non fuerint, per quæ verba Pontifex declarauit, se nullatenus Episcopo sub gratia alternatiuæ beneficia Sedi Apostolicæ reseruata concedere voluisse, vt benè ponderat eadem *dec.*144. *num.*8. *in fin. par.* 2. *recent.* Attamen clarum est, omnia beneficia in toto mense Apostolico antè acceptationem alternatiuæ cẽpto esse reseruata, & perindè est, ac si in gratia nominatim omnia beneficia in eo mense vacatura exceptuata fuissent, non tamen eodem modo est exceptuatum ius Ordinarij. Vndè mirum nõ est, si Papa, & Ordinarius non pariformitèr iudicentur, hoc enim inconueniens non est, quando in aliquo contractu, plus ad fauorem vnius ex contrahentibus, quàm alterius in verbis dispositum est, & vtrinque diuersitatis ratio militat, vt post *Glos. et Castr. in l. Iulianus, §. si quis collutione, ff. de action. emp. Gagnol. in l. singularia num.*160. *et seq. ff. si certum pet. Surd. dec.*187. *num.*11. & in terminis alternatiuæ dixit Rota coram *Martin. Andrea d. dec.*110. *sub num.*114. *circa finem vers.*5. *non est inconueniens*.

Nec obstat ratio, quod sicuti Episcopus acceptando alternatiuã in suo mense, cum posset in fine eiusdem mensis acceptare, sibi præiudicet: ita paritèr Papa alternatiuam concedendo in mense Apostolico, cum similitèr illam in fine mensis concedere posset, sibi præiudicium inferat, adeò quod in fauorem Papæ in mense Apostolico procedere dicitur, id locum habere debeat ad fauorem Ordinarij in suo mense. Quia aduertendum est, Papam non posse differre concessionem Episcopo acceptanti alternatiuam in mẽse Apostolico cẽpto vsque ad finem mensis, quemadmodum Episcopus, quandocumq; velit, alternatiuam acceptare potest. Cum in verbis regulæ 9. Cancellariæ Papa id in arbitrio Episcopi posuerit, eumq; quatenus literas acceptationis ad Sanctitatis suæ Datarium miserit, ab ipsoq; receptæ, & recognitæ fuerint, mox gratia alternatiuæ Episcopum gaudere incipere declarauerit, vt *in fin. d. regul.*9. legitur. Vndè non concessum, Papam arbitrium semel Episcopo concessum sinè noua causa retractare, aut differre, ita *Prob. ad Monach. in cap. frustra num.*5. *de regul. iuris in* 6. *Roland. cons.* 15. *n.*55. *et seq. lib.*3. *Buratt. dec.*106. *num.*20. Atque semper firmum notiuum remanet, quod Papa in gratia alternatiuæ beneficia quidem sibi reseruata, non autem ad collationem Ordinarij spectantia, nisi in mensibus alternatis, reseruauit. Vndè cum hæc opinio verior sit, siuè authoritates, siuè rationes attendantur, contrarium enim solus *Lotterius* sequitur; *Gonzal.* verò *Garz. et Castropal.* indistinctè tenent, quod tàm mensis Apostolicus, quàm ordinarius ab ipsa die superuenientis acceptationis alternatiuæ metitur, itaut in hoc casu idem mẽsis Septembris partim Apostolicus, partim ordinarius fuerit: non tamen è cõuerso ex rationibus supradictis, & latè articulo discusso decisum fuit in *Salamantina beneficij de Almanera coram bo. m. Manzanedo*, quæ est supradicta *dec.*144. *p.*2.

Digitized by Google

p.2. recent. et in Papien. benef. 10. *Aprilis* 1617. *coram Mart. Andr. inter eius impress. d.dec.*110. *sub num.*3. *vers. non obstat, et nu.*20. *et in Regien. Canonicatus* 15. *Aprilis* 1630. *coram bo.mem. Pirouano*; & hoc quidem ex pluribus rationibus, videlicet, quia gratia alternatiuæ loquitur de mense integrali, non autem de singulis diebus: & cum ipsa regula 9. Cancellariæ mensium reseruatoria ipsos menses per nomina propria designet, ex hac ipsa designatione colligitur, vtrobique agi de mense integrali, computando à media nocte vltimi mẽsis proximè præcedentis vsque ad mediam noctem subsequentis, maximè quia hac via discordiæ, & differentiæ, quæ alias ex computatione dierum possent oriri, tolluntur, itaut illa verba regulæ 9. ibi: quibus receptis, & recognitis, tunc demũ, & non antea vti incipiant gratia suprædicta, pro beneficijs vacatis in præteritum vsum quidem alternatiuæ excludant, sed non includant tempus futurum, nisi post completum mensem, in quo acceptata fuit alternatiua, vt latè prosequitur *Locter. de re benef. lib.*2. *qu.* 40. *num.*53. *& seq.*

Cætera in hac materia vide penes *Gonzalez, Garsiam, & Locterium*, & alios; hæc enim breuitèr adnotanda duxi.

Benè residenti Episcopo Deus optimus maximus multa bona tribuet in
43 hac etiam præsenti vita, si enim illis, qui eum offendunt, quamplurima tribuit bona, quanto magis illis, qui ei deseruiunt? Debet igitur Episcopus pro gloria Dei operari in vinea ei à Christo ad colendum tributa, quia mercedem copiosam accipiet: O vtinam, dicit *Olina lib.*1. *c.*6. *in Esdram fol.* 13. disceremus aliquando nullam potentiorẽ vocem esse, quam susceptum pro Deo laborem, operemur, & deludemus Deo, & opera nobis patrocinabuntur.

In quantum verò ad alteram vitam,
44 pœna, vel præmium erit, æternitas vel gehennæ, vel gloriæ, qui non residerunt, vel malè, ibunt in ignem æternũ. Audite Bernardum in sermone ad Clerum congregatum in Concilio Rehemensi: *Hoc mare magnum*, ait, *& spatiosum manibus illic reptilia, quorum non est numerus; & vobis dico Fratres mei Episcopi, multum exaltauit vos Deus, vos estis sal terræ, sicut dicit Dominus in Euangelio, vos estis lux mundi, ego dixi Dij estis, & filij excelsi omnes, verumtamen sicut homines moriemini, et sicut vnus de Principibus cadentes, vbi sapiens, vbi scriba, vbi cõquisitor huius sæculi? Nonnè sicut homines moriẽtur? Nõnè sicut vnus de Principibus cadẽt! vndè cadent, vel quo? de latere Domini in profundum inferni.* Hęc Bernar. Arbor, quæ fructus nõ facit, dixit Veritas, excidetur, & in ignem mittetur; Episcopus, qui non facit fructus in vinea Christi, tanquam arbor infructifera in ignem mittetur, & quidem sibi potentes tormenta potentiora patiatur, ò cecitas, ò insania in æternum cruciari, ob neglectos labores in momentanea residentia.

Vice versa, qui benè præsident, au-
45 dient illud encomium: Euge serue bone, & fidelis, quia in pauca fuisti fidelis, intra in gaudium Domini tui. Mira res, emitur fœlicitas æterna tam paruo pretio, certum est, quod Episcopatus magnum includit laborẽ, est enim quasi martyrium, si benè, & sedulò agatur; at non sunt condignæ passiones huius tẽporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis, dicebat Apostolus, mometaneum est hoc, quod patimur, æternum, quod speramus præmium, coronari desideramus in gloria; sed non coronabitur, nisi qui legitimè certauerit, magna præmia speramus, sed ad magna præmia peruenire non potest, nisi per labores, oportuit Christum pati, & ita intrare in gloriam eius; delectat mentem magnitudo præmiorum, sed non deterreat certamen laborum, D. Gregorius homil. 37. in Euangelia, dicebat enim D. Petrus ad D. Clementem, vt refert ipsemet Clemens in epistola ad Iacobum fratrem Domini, *tomo* 1. *concl. fol.*32. *Sed esto confidens, et fortiter ferens certus, quia laboris tui meritum recipies, cũ ad portum quietis incolumem hanc prouexeris nauem, vbi mercedes, et præmia pro omnium salute suscipies, si hic pro omnium incolumitate vigilaueris.* Et in epistola 3. idem D. Clemens dicebat: *Vnaquæque res tempus suum habet, et locum; operum hic locus est, tempus verò meritorum est sa-*

Digitized by Google

culum futurum? ne ergo impediamur ordinem locorum, et temporum permutantes primo, quæ sit iustitia Dei requiramus, et tanquam iter acturi abundanti viatico bonis operibus repleamur, quo possimus ad Regnum Dei, tanquam ad vrbem maximã peruenire. Et post pauca: *Idcirco persuadeo primo, iustitiam eius esse requirendam, vt per hanc iter agentes, et in via veritatis positi, verum Prophetam inuenire possimus, non velocitate pedum, sed bonorum operum velocitate currentes, vt ipso duce vti nullum via huius patiamur errorem. Si enim ipsum sequentes nudi, meruerimus illam, quo peruenire cupimus Ciuitatem omnia iam, de quibus queritur oculis videbimus, tanquam heredes omnium facti. Intelligite itaque viam esse hanc nostræ vitæ cursum, viatores eos, qui nos instruunt, vel bona opera gerunt, portam verò Prophetam, de quo dicimus, Vrbem, Regnum esse, in quo residet omnipotens Pater, quem soli videre possunt hi, qui mundo sunt corde. Non ergo nobis difficilis videatur huius itineris labor; quia in fine eius requies erit.* Hæc ibi. Quot labores sustinent homines, vt in hac vita, quę transitoria est, & momentanea, viuant commodè, dignitates, & honores assequantur? quot maiores pati debemus pro fœlicitate æterna cõsequenda? Vide benè dixit *Oliua cap. 2. lib. 2. in Esdram fol. 470.* Deus nobis vilis est, nam ob ęterna nil agitur, ob temporalia omnia fiunt. Eia Fratres Episcopi, si vsque nunc negligentes, vt ego fui, per cursum decem, & octo annorum vsque nunc in Præsulatu, & pigri excitati, tanquam à profundo lętargo reliquum tempus, quod nobis restat Præsulatus. Illud omne in veram sollicitudinem Pastoralem impendamus, & certantes bonum certamen, in reliquo, vt dicebat Paulus, reposita sit nobis corona iustitiæ, quam reddat nobis iustus Iudex.

FINIS.

Regi Sæculorum Immortali, & inuisibili Deo soli honor, & gloria, atque Beatissimæ eius Genitrici sinè macula concepta, & in Cœlum assumptæ.

RERVM;

Digitized by Google

RERVM, ET VERBORVM INDEX.

Prior numerus paginam, secundus marginalem eiusdem paginæ numerum indicat.

A

Apostoli non omnia simul habuere à Christo Domino. pag. 3. num. 16. Cap. 1. & pag. 10. n. 18.

Acceperunt potestatem supra corpus Christi mysticum post resurrectionem. ibid. n. 27.

Certũ est eos Episcopos fuisse. ibid. n. 28.

Quando, & quomodo fuerint facti Episcopi. ibid. sect. 1.

Non poterant esse sinè potestate ordinis, & iurisdictionis. pag. 9. n. 18. vers. igitur.

Fuerunt in Petro immediatè, in reliquis mediatè à Christo creati Episcopi. pag. 10. num. 20.

An fuerint in cœna, vel in Cœnaculo creati Episcopi. pag. 11. n. 26. an in die Pentecostes. ibid. num. 29.

Apostolos certum est in Authoris sententia fuisse omnes destinatos Episcopos à Christo D. licet consecratos à D. Petro. pag. 12. n. 34.

Apostolis omnibus, etiam D. Paulo potestas delegata, nam solum D. Petro potestas ordinaria data est. pag. 47. n. 48. & de potestate politica n. 55.

Apostoli, quos successores habent. pag. 48. n. 58.

Canones formauerunt, & symbolum cum Petro eorum Principe. pag. 52. sect. 4. nu. 2.

instituerunt Episcopos per Ciuitates sibi visas. pag. 53. n. 5.

Aeris intemperies excusat à Residentia, sed quomodo. pag. 95. n. 6.

Accessus ad Concilium excusat à Residentiam. pag. 104. n. 53.

Absentia causam vltra tres menses ob Reipublicæ vtilitatem, & Principis seruitium approbandam à Summo Pontifice, & Metropolitano, voluit Conc. Trid. pag. 110. nu. 24. & seq.

Animarum curam, non rerum corporalium suscipit Episcopus. pag. 141. n. 86.

Antistitis etimologia, & significatio explicatur. pag. 158. n. 58.

Auaritiam odio habere debet, qui eligitur ad iudicandum. p. 174. n. 144. & multo magis Episcopi. ibid. n. 146.

Appellatione victualium, & expensarum in Visitatione, quæ veniant. pag. 227. n. 59.

Alex. Papa VII. de grangijs visitandis decretum. pag. 250. n. 180.

Ademptum Episcopo ius visitandi nunquam censetur. pag. 151. n. 186.

Assistentia iuris non iuuat aduersus possessionẽ, & quomodo hoc intelligendum in materia visitationis. Vide pag. 256. n. 214. & infra.

Actus vnicus prohibitionis non sufficit ad excludendum Ordinarium à visitatione. pag. 257. n. 223.

Assistentia iuris semper quod redditur turbida, non prodest manutentioni in materia visitationis. pag. 259. n. 237.

Archiuium publicum, & Scripturæ in eo conseruatæ, probant etiam in materia confinium. pag. 262. n. 263.

Actus vnicus non controuersus sufficit in iudicio possessorio in materia visitationis. pag. 271. n. 335.

Appellationi non tenetur deferre Episcopus visitans, si est in quasi possessione visitandi. pag. 273. n. 253.

Sed si non est in quasi possessione validitas censurarum ab eo fulminatarum pendebit à futuro euentu. ibid. n. 354. & seq.

Acquisibilia priuilegio sunt, etiam acquisibilia præscriptione. pag. 282. n. 416.

Actus gesti in una specie. non interrumpunt. quoad omnia possessionem. pag. 294. n. 517.

Appellatio à decretis visitationis suspensiua nõ admittitur. pag. 301. n. 585. sed ad quem fæsenda. vide ibid. n. 590.

Alternatiuam beneficiorum prouisionem immensibus cõcessam Episcopis. vide pag. 327. n. 17. et seq.

Alternatiua, quæ sit explicatur. pag. 328. à num. 18.

Accipiens alternatiuam in mense, qui est ordinarij, facit illum Apostolicũ, sed an hoc procedat vice versa. pag. 329. num. 41.

Bel-

Digitized by Google

B

Bellum irruens excusat à Residentia. pag. 98. num.28.

Bullam esse in Regnis Hyspaniarum, qua Episcopi iubentur obedire Regi, quidam asserunt. pag.109. n.17.

Bulla Vrbani VIII. non excusat Episcopos sub pretextu Regij seruitij. pag.111. num.28. obligat etiam S.R.E.Cardinales ad residentiam. pag.120. n.22.

Baculus Episcopalis, Mitra, & reliqua insignia quid significent. pag.125. n.11. & seq.

Benedicere, & baldacchinũ habere potest Episcopus, etiam in Ecclesijs Regularium. pag. 152. num.63.

Bona sunt dispertienda pauperibus ab Ecclesiasticis. pag.190. n.318.

Beneficia à Deo nobis collata. pag.191. n.330.

Beneficij ratione quis sortitur forum quoad ordines. pag.213.n.170. siuè à Papa, siuè ab Episcopo. pag.214. n.182. sed quid si ordinandus erigat beneficium, ad hoc vt illius causa ordinetur. vide pag.113.n.172. quid de beneficio tenuissimo.p.214.n.184.& 195

Beneficij collatio non sufficit ad hoc, vt quis fiat de iurisdictione conferentis quoad ordines, sed oportet, ac possessio adsit. p.213. n.178.

Bona fides duplex, quod explicatur. pag. 284. num.435.

Boni Pastoris est vigilare. pag.314. n.19.

Bona Maxima tribuit Deus benè residenti Episcopo. pag.331. num.43. & seq.

C

CAthedralium erectio quando facta. p.52. sect. 4. non eodem tempore quo Episcopatus. pag.55. n.16.

Causa, qua excusant à Residentia. pag.91. cap.3. quænam sint explicantur. pag.93. à n.31. reducuntur ad tria Capita. ibid.

Christiana charitas excusat à residẽtia, & quænam sit. pag.94. sect.1. cap.3.

Camerarij, & viceCancellarij officia in vrbe excusant à residentia. pag.106. n.4.

Causa dispensationis à Residentia an debeat exprimi. pag.107.n.9.

Concilium Trid. quid iusserit circa Principum iussa, vt excusent à residentia. p.110.n.23.

Cardinales S. R.E. quibus ex causis excusentur à Residentia in Ecclesijs Collegio vnitis. pag.113. sect.5.

Eorum origo vndè. ibid. n.3. à quo tempore præcesserint Episcopos. pag.119. n.13. vtrum eorũ munus institutum à Christo D. pag.114. num.4. in quo consistat. pag 118. n.11. de eorum nomine. pag.115. n.5.& 6. de eorum institutione. pag.116.n.7. & dignitate. p.117. n.10. de Assistentia Pontifici. pag.118. n.12.

Cardinales non solum in Ecclesia Romana, sed etiam in inferioribus erant antiquitùs, præsertim in Cathedrali Neapolitana. pag.117. num.8.

Hodiè extinctum hoc titulum, & abrogatum à Canonicis inferiorum Ecclesiarum. pag. 117. n.9.

Cardinales quarè à residentia excusantur. pag. 119. n.15. obligantur a Bulla Vrbani VIII. pag.120. num.22.

An si sint Episcopi Sacri Collegij possint habere alios Episcopatus in commendam. pag.120. num.20.

Non excusantur à Residentia per solam scientiam, & tolerantiam Pontificis. pag. 121. num.23.

Cardinales Episcopi vocantur à Summo Pontifice fratres, at non Episcopi vocantur filij. ibidem num.24.

Continuare priores tres menses vnius anni cũ alijs tres mensibus sequentibus pro sequenti anno, an possit Episcopus. pag. 122. n.27. & seq. Negatiuè decisum per Sacram Congreg. ibidem n.29.

Cathedra, in qua sedet Episcopus quid significet. pag.126. n.14.

Charitate debent esse feruentes Episcopi. pag. 137. n.44. & seq. & n.53. etiam erga inimicos n.57.

Curam animarum gerens eximio amore oportet vt sit refertus. pag.145. n.124.

Curatis licet concionari, concionante Episcopo. pag.152.n.55. sed reuocatur indubiũ.n.57.

Cæcus Episcopus in rebus spiritualibus non potest lumen populo præbere. pag.156.n.39.

Crimine vacare debet Episcopus, & quarè explicatur. pag.160. n.81.

Commendatio eleemosina. pag.163.n.4. & seq.

Clericus sicut & omnes Ecclesiastici tenetur etiam iure Ecclesiastico ad eleemosinas faciendas. pag.165. n.44.

Cupiditas radix omnium malorum. pag.171. num.112. & seq.

De Confirmationis Sacramento plura. pag.200. num. 4.

Con-

Digitized by Google

Confirmari pueri an possint, & an debeant, & & in qua ætate. pag.203. à n.27.
Confirmandus an debeat esse subditus Episcopo. ibidem n.44.
Confirmationis Sacramentũ semper potest conferri, etiam tempore interdicti, & in loco interdicto. pag.205. n.78.
Confirmatio Episcoporum etiam electorum antiquitus à Clero, & Capitulis, semper facta à Summo Pontifice Romano. pag.210. n.124.
Cardinales & si non Episcopi possunt conferre ordines minores in suis Ecclesijs titularibus. pag.211. n.154.
Cathedralis an procurationem Episcopo visitanti præstare teneatur. pag.225. n.35.
Constitutio Gregoriana, eiusque explicatio circa visitationem locorum exemptorum. pag. 232. n. 89.
Circa Concilij Tridentini decreta quoad visitationem. vide tradita pag.233. n.92.
Capitulum, & Canonicos visitat Episcopus, & cognoscit sinè adiunctis, at si procedat extra visitationẽ aduersus illos adhibebit adiũctos si de exemptis fuerint. p.235. n.104. & seq.
Conuersi existentes in grangijs an visitari possint. pag.250. n.182.
Controuersia, & lis in quadam causa visitationis inter Archiepiscopum Amalphitanum, & Salernitanum. pag.252. n. 292. eiusque decisio n.198. in fine.
Confinia probantur per enunciatiuas antiquas. pag.160. à n.247. per coniecturas, & indicia. n.248. & 253. per libros antiquos. pag. 261. n.262. per libros Archiuij. pag. 262. n.264. per testes. ibid. n.267. Item per famam pag.264. n.279. per enunciatiuam Papæ. pag.265. n.286. & per antiquas enũciatiuas supra centum annos. n.291.
Collegia, Confraternitates, & similia, item hospitalia quando visitat Episcopus. p.275. n.367. vide pag.277. n.379. & seq.
Contribuere an teneantur Procurationi visitationis. ibid. n.387.
Clausuram Monialium visitare Episcopo iniungitur. pag.299. n.505. & seq.
Collectorum Reu. Camera super exemptione, videas literas S. Congr. pag.301. n.592.
Clericos facinorosos, an & quomodo defendere Episcopus debeat. pag.308. n.50.
Clericos corrigere, eorumque moribus inuigilare debet Episcopus. pag.315. n.31.
Corrigendo subditos ei facimus magnam eleemosinam. pag.317. n.42.
Correctio aliquando differenda. pag.318. n.50. in ea ordo seruandus. pag.319. n.55.

D

Diœcesum diuisio tribuitur Dionysio Papæ. pag.55. n.17.
Diuisiones Prouinciarum ab Anacleto. ibid.
Debita pastoralia si quis per alium facit non satisfacit. pag.89. n.106.
Dei gloriam, & salutem animarum debent quærere Episcopi. pag.131. sect.1.
Doctor iuris Episcopus non excusatur à munere prædicandi, etiam si non sit Theologus. pag.149. n.33.
Doctor iuris cur admissi ad Episcopatum. pag. 151. à n.45. & seq.
Diœcesi in aliena non potest Episcopus prædicare sinè Diœcesani licentia. pag.153. n.65.
Diuitiæ sunt spinæ, quæ lacerant. p.173. n.126. & in sequentibus numeris multa de diuitijs, has spinas purgandas. pag.188. n.291.
Dignitas Episcopalis, quo cum decore manutenenda. pag.175. n. 153. & seq.
Diuitias omninò respuere non debent Episcopi, & quomodo, declaratur. pag.186. n.260.
Domicilium, seù habitatio qualis oporteat vt sit, ad hoc, vt habitans efficiatur subditus ordinarij loci, & possit ab illo ordinari. pag. 215. n.200.
Domicilij ratione quomodo fiant Ciues in Curia Neapolitana Exteri. pag.216. n.208.
Dimissoriales litera quando fieri à Vicarijs Capitularibus Sacrum Concilium Trid. permisit. pag.220. n.238.
Diœcesis fines soluuntur per gradum exemptionis supremum. pag.243. n.155.
Decretum SS.P. Innoc.X. super visitatione nõnullorum Conuentuum. pag.245. n.163.
Declarationes Sacræ Congregationis eiusdem decreti. pag.246. n. 165.
Item circa procurationem exigendam. pag.248. n.166.
Decisiones nonnullæ, & Rotæ Romanæ in materia iurisdictionis Episcoporum referuntur, & explicantur. pag.254. n.201.
Diœcesis situationes, & locorum in ea existentium, quando iustificare teneatur ordinarius. pag.257. à n.231. & distinctio affertur num.233.
Districtum separatum, in quo exerceatur iurisdictio, an constituat territorium. p. 280. num.407.

Digitized by Google

Decisiones Rotæ in materia præscriptionis exceptionis afferuntur, pag. 285. n. 448. & declarantur, & conciliantur. n. 453.

Distinctio Territory quomodo probetur. pag. 291. n. 495.

Diœcesim integram, aut in maiori parte debet visitare Episcopus. pag. 300. n. 573.

E

Episcopi nomen quid apud veteres significabat. pag. 1. n. 2. Cap. 1.

At quid in Republica Christiana. ibidem n. 5. & pag. 124. n. 6.

Episcopus idem est, ac Superintendens, & Speculator. ibidem n. 7. cap. 1.

Episcopatus ordo, quando à Domino institutus. p. 7. n. 15. cap. 1. sect. 1. & p. 10. n. 21. & seq.

Episcopalis ordo, gradus, & dignitas institutionem, prorsus Diuinam habet à Christo Domino. ibidem n. 8.

Episcopatus ordo præsupponit necessario presbiteratum. pag. 10. n. 25.

De eius institutione Authoris sententia. pag. 12. n. 32.

Episcopatus an sit ordo Sacramentalis imprimens caratherem. pag. 14. cap. 1. sect. 2. & pag. 22. n. 47. & seq.

In sententia Theologorum est ordo, sed largo modo sumptus. pag. 5. n. 8.

Sed Canonistæ esse verum ordinem Sacramentalem defendunt. pag. 16. n. 10. & pag. 22. n. 51. quid Author sentiat. pag. 20. à n. 81. & 112.

Constituit hominem alijs Superiorem, etiam in ordine ad conficiendum Sacramẽtum Altaris. ibid. n. 14. est superior presbiteratu. p. 30. n. 83. etiam iure Diuino. n. 86.

An sit vnus cum Presbiteratu, & quomodo. pag. 17. à n. 24. & an imprimat caratterem distinctum. ibid. n. 30.

Episcopalis consecratio confert gratiam. p. 17. num. 17.

Episcopus quomodo degradetur in casibus à iure expressis. pag. 21. n. 45. vers. adducit.

Episcopi, vt præsint Presbiteris, an à diuino iure manarit. pag. 33. n. 93. Stat qui restat. pag. 36. n. 99.

Episcopus etiam Scismaticus conseruat potestatem ad actus hierarchicos. pag. 38. n. 107.

Excommunicandi potestas, & absoluendi an sit formaliter actus iurisdictionis, & an ordinis. pag. 43. à n. 19.

Episcopi quomodo successores Apostolorum. pag. 45. n. 31. & seq. Ab ipsis creati. num. 6. & num. 9. & passim. Episcopi nomen quomodo oneris, & non honoris. pag. 51. n. 80. & seq.

Episcopus explet munus suum residẽdo in Diœcesi, non enim opus est vt resideat in Cathedrali. pag. 59. vers. interim.

Episcopi quo iure ad residentiam teneantur. pag. 71. cap. 2. refertur quid circa hoc fuerit in Concilio Tridentino discussum. ibid. & iterum pag 73. n. 11. Decretum Concilij Trid. pag. 8. n. 70.

Episcopus ob negotium suæ Ecclesiæ, vel alterius, accedens ad Romanam Curiam excusatur à Residentia. pag. 93. n. 32. vers. in quantum ad secundum.

Episcopus absens idoneos, oportet, vt relinquat Ministros. pag. 97. n. 24. in fine.

Episcopus tempore pestis omninò tenetur residere, sed non tenetur per seipsum administrare Sacramenta. ibid. n. 25.

Episcopo persecutionis tempore an liceat deserere Ecclesiam. decisio secundum doctrinam D. Thomæ. pag. 102. n. 45. vide n. 52.

Consulitur, vt non receedat à residentia, licet possit per alium idoneè supplere. p. 104. num. 51.

Ecclesiasticos, subdi Regi in politicis, quidam existimant. pag. 108. n. 12.

Episcopus potius Papæ mandanti, quàm Principi seculari tenetur obedire. pag. 108. n. 17. & pag. 111. n. 30.

Episcopos bellicis rebus vacasse. pag. 110. n. 27.

Episcopi sub Regij seruitij pretextu, non excusantur hodiè stantè bulla Vrbani VIII. pag. 111. n. 28.

Ecclesia, vel Reipublicæ vtilitas, vt excuset à residentia, quæ nam sit. pag. 112. sect. 4.

Ecclesiæ propriæ, vel alterius vtilitas excusat. ibidem n. 3.

Episcopi Sacri Collegij S. R. E. Cardinales an possint habere alios Episcopatus in commendam. pag. 120. n. 20.

Episcopi in Germania, qui plures habent Episcopatus, quomodo excusentur à residentia. pag. 121. n. 25.

Episcopus an trimestre vnius anni possit coniũgere cum trimestre anni sequentis, & abesse à residentia per sex menses. pag. 122. n. 27. & negatiuè decisum n. 29.

Episcopi an trimestri tẽpore concesso vacationis à residentia possint absq; iusta causa abesse, sed solũ animi relaxãdi causa. p. 122. n. 30.

Am

An peccent si per plures dies tempus prefixum trasgrediantur. pag.123.n.33.

Episcopus quid explere debet per residentiam. pag.124. Cap.4. Ei laborandum est, vt explicatur. pag.126. à n. 18. Ideo successores Christi. pag.128. n.35. operari debent, dum viuunt de redditibus Ecclesiasticis .p. 130. num.49.

Episcopus qua charitate, & amore erga Deum, & proximum feruere debeat. pag. 137. à n.44. & seq. & n.53.

Episcopus propter oues constituitur, nun è contra. pag.140. n.76.

Accipit pascendas oues, quæ Christi sunt. ibidem n.80.

Episcopus debet subditos tenere in pectore, sicut nutrix infantulum. pag.145. n.127.

Debet etiam verbo pascere oues. pag.146. sect.2. n.2. & pag.148. n.19.

Et an ad hoc esse etiam contractu innominato teneatur. ibid.n.20. sed non semper obligatur. vide pag.151. n.54.

Episcopi quidam ab hoc onere excusantur. pag. 148. n.24. Sed non facilè admittenda excusatio. n.31.

Episcopus non satisfacit muneri pradicandi sola scriptione. pag. 151. n.41. Ipso predicante, ceteri Concionatores sileni. pag.152. n.55. Exceptis Curatis. ibid.n.56.

Exemplo gregem suum pascere Episcopus debet. pag.153. sect.3.

Episcopus quomodo irreprehensibilis. pag.159. n.74. vers. fortius.

Episcopum quid suo exemplo deceat. pag. 162. n.97. & seq.

Eleemosinam erogare debet Episcopus. pag.173. sect.4. vide etiam n.66. pag.167.

Hac enixè in Sacra Scriptura commendata. ibid. Ideoque Episcopi dicti Dispensatores. pag.169. n.85.

Quando eius præceptum vrget sub mortali. pag.164. n.31.

Ecclesiastico præcepto tenentur etiam Ecclesiastici omnes ad eleemosinas faciendas. p.165. n.44. & seq. quod quomodo procedat declaratur in numeris seq.

Episcopalis dignitas cum decore manutenenda. pag.175. n.153. sed quomodò? num. seq.

Episcopus an Christum repræsentet, exquiritur. pag.177. n.171.

Frugalem habebit mensam. p.179. n.202.

Ecclesiasticos moderata affluentia opum non dedecet. pag.188. n.295.

Episcopi Villici sunt constituti. pag.189. n.303.

Eleemosinæ laudes. p.191. n.337. & in seq. latè. Quomodo facienda. pag.198. n.390.

Electio alia fuit priscis temporibus ad ordines, alia ad officia, & dignitates Ecclesiasticas. pag.208. & quid tunc in vsu. nu. 103. & num.109.

Electio Episcoporum quomodo antiquitùs vsitata in occidentali Ecclesia. pag.209. n.115.

Episcopus et si in censuras, apostasiam, & hæreses labatur, confert ordines validè, sed non licitè. pag.211. n.160.

Episcopus non omnes potest ordinare, sed dumtaxat suos subditos. explicatur. pag.212. num.165.

Episcopi non debent esse procliues in ordinibus conferendis. pag.220. n.233. Præsertim Vnigenitis, & primogenitis. n.237.

Ecclesias exemptas visitans Episcopus delegati iure non exigit procurationem. p.225. n.43.

Exactionem procurationis tempore visitationis, et si Episcopus inflixa pœna excommunicationis facere possit, moderatè tamen faciendam esse. pag.226. n.48.

Exempta loca quando, & an visitet Episcopus. pag.231. n.77. & quomodo, in seq. num.

Episcopo solo vti delegato competit ius visitandi exemptos. pag.241. n.145.

Exemptionis Realis quot gradus sint explicatur. pag.242. n.148.

Ecclesia secularis licet per Regulares deseruiatur subiacet Episcopo. pag.249. n.171.

Existentia loci visitandi intra Diœceses quomodo probetur. pag.259. n. 243. sed vide num. 247.

Enunciatiuè quando probent in hac materia. pag.260. n.248. & latè de ipsa enunciatiua à n 286. & seq. pag.265.

Exemptionē vt subditus adquirat an requiratur superioris scientia, & patientia. pag. 267. n.306. & quæ scientia, & patientia requiratur. n.317. vbi variæ contrarietates, quæ resoluuntur. n.325.

Episcopus cum visitat Ecclesias exemptas, non potest processus iudiciales facere. pag.271. num. 344.

Excommunicare potest impedientes visitationem, sed an monere prius debeat. pag.273. n.351.

Episcopus concedens in fundatione prærogatiuam, non visitandi pium locum, an nihilominus possit visitare. pag.276. n.375.

Exemptio per præscriptionē fundata an præbeat

Digitized by Google

manutentionem in possessione aduersus Ordinarium. vide pag.294.n.530.& n.533. & in seq. num. in quibus explicantur Rota decisiones.

Episcopus visitando debet abstinere à formando processu. pag.307. n.580.

Exemptione, qui sub Collectores Reuer. Camerę gaudeant, & quomodo. pag.302.

Episcopus omnia facere debet spiritu lenitatis. pag.316. n. 38.

Episcopus non residens in mense alternato nō potest prouidere, quod declaratur n.33. pag. 328. ac etiā declaratur in num. seq. & quid si Episcopus fuerit residens in mētis initio.

I

IEsus D. Episcopum se nominauit. pag.1.n.11.

Iesus Christus Dominus quid Petro, cęterisque Apostolis contulit. pag.2.n.15. Cap.1.

Quosdam Apostolos creauit Episcopos immediatè quosdam mediatè. pag.4.cap.1. sect.1. num.2.

Iacobus creatus Episcopus Hierosolymitanus à Petro. pag.9. n.18.

Iurisdictionis actus Episcopi exercent nomine proprio, non autem nomine Summi Pontificis. pag.42.n.9. sed quomodo. pag.45.n.37.

Iurisdictionis potestatem accipere Episcopos iure Diuino, sed mediatè, immediatè autem à Summo Pontifice. pag.42. n.12. vide etiam pag.46. n. 41. Authoris sententia. ibidem à num.44.

Iurisdictionis Episcopales variæ denominationes. pag.50. n.69.

Infirmitas excusat à Residentia pag.94. sect.3. cap.3. sed quando n.4. vide etiam pag.123. num.31.

Incursio infidelium nempè Turcarum, & similium iustam causam præbet excusandi Episcopum à Residentia. pag.103. n.50.

Indultus Pontificis excusat à Residentia, sed si non subreptitiè, aut obreptitiè impetratus. pag.107. n.7.

In Hyspanijs practicatur, vt Episcopi accedant ad Curiam Regis. pag.108. n.13. & seq.

Iesus Christus suo exemplo docuit Episcopos facere, & docere. pag.154. n.10.

Indicandi munus à Moyse alijs participatū. pag. 174. n.143.

Iesus Dominus quomodo loquitur apud Ioannē à Iesu Maria Discalceatorum Carmelitārū Ordinis. pag.184. n.246. & n.259.

Iesus Christi D.N. non est erubescenda humilitas. ibidem n.251.

Ieiunus Episcopus olim ieiunos fideles confirmabat, sed hoc est hodiè abrogatum. p.202. num.17.

Iesus Christus Dominus venit de Cœlo mundū visitaturus. pag.223. n.13.

Ius visitandi nunquam censetur ademptum Episcopo. pag.151. n.186.

In iurisdictionalibus ex sola iuris assistentia competit manutentio. pag.252. n.190.

Iurisdictionis Episcopalis in priuilegiatos circa materiam, variæ decisiones explicantur. pag.254. à n.201.

Inditia, coniecturas, & famam in antiquis sufficere ad probanda confinia. pag.260. n.253. & seq. sed contra, vide n.257. vera distinctio. pag.261.

Impedimentum ipsum datum Episcopo ne visitet est delictum. pag.273. n. 351.

Immemorabilis præscriptio circa vsum iurisdictionis an sufficiat. pag.287. nu. 461. & quid ad præscribendum Territorium separatum. ibid. num. seq. & vide p.292. à n.503.

Iuramētum imponere nequit Episcopus in actu visitationis. pag.301. n.582.

Immunitatem Ecclesiasticam tueri omninò tenentur Episcopi. pag.303. sect.7.

Immunitatis sub prætextu, quandoque fraudes fiunt. pag.307. n.40.

Iurisdictionem inter vtramque, quæ excitant contentiones! pag.308. n.48. Inter ipsas bona est vnio. pag.209. n.55.

Iustitia cum misericordia debet misceri. pag. 317. n.39.

Ira cum correctione non debet præcedere. pag. 318. num.49.

L

LAicus si ordinetur Episcopus secundū opinionem quorumdam DD. recipit caratterem pag.28. n.75.

Laicus à primis Ecclesiæ temporibus ad dignitates maiores non promouebatur, nisi fuisset minoribus functus. pag.28. n.78.

Lucrum proprium ab Episcopis abesse protinus debet. pag.141. n.89. quod si quæratur, quot mala eueniant describitur à n.98. pag.142.

Lucrum Episcopi est animarum salus. pag.145. num.121.

At non vt damnum sentiat. pag.146. n.134.

Lux sunt Episcopi. pag.154. n.17.

Digitized by Google

Libertatem Ecclesiasticam fortitèr tuendo Episcopalem cum decore substinet dignitatem. pag.181. n.222.
Luxus, & pompa vitandi. pag.182. n.225.
Locum quem intendit visitare Episcopus, esse intra Diœcesim, an probare teneatur, & quãdo, explicantur Rotæ decisiones. pag. 257. à n.230. & seq.
Loci existentia intra fines Diœcesis, quomodo probetur. pag.259. n.243. libri antiqui eam probant. pag.261. n.262.
Locus circumdatus pluribus finibus existentibus intra Diœcesim, præsumitur de ea. p.271. num.241.
Laicorum Confraternitates, quomodo visitentur ab Episcopis, & in quibus. vide pag.277. n.379. & seq.
Locus nullius Diœcesis quomodo esse possit, & an visitandus. pag.277. n.388. & seq.
Libertatem Ecclesiasticã defendere debet Episcopus, sed clementèr agens. pag.305. n.22. quod quomodo intelligendum, vide n.29. & 32: & ad quid animaduertere debent Episcopi. num.38.
Laici si grauentur debent à suis Superioribus subleuari. pag.308. n.44.
Laudantur infrascripti
Dominicus Sotus. pag.41. n.3. & pag.116. n.7.
Pac. Iorda. Episcop. Trag. pag.49. n.59.
Sforzia Pallauicinus S.R.E.Card. pag.71. n.7.
Emanuel Gonzalez. pag.85. num.93. & passim
Prosper Fagnanus. pag.87. num.101. & passim
Antonellus de Fulgore Episcopus S. Angeli, & Bisacciarum. pag.89. n.110.
Ascanius Philamarinus S. R.E. Card. Archiep. Neap. pag. 97. & aduersus modernum Striptorem defenditur.
S. Ignatius Loyola S.I.F. pag.133. n.15. & 144. num. 126.
S. Carolus Borromeus, S. Andreas Corsinus, S. Thomas Villanoua, S. Franciscus Salesius. pag.144. num. 225. & pag. 145. num. 31. & pag.197. n.379.
F. Vinc. Vrsinus S.R.E. Card. Arch. Sypontinus. pag.144. n.119.
D. Stephanus Quaranta Archiep. Amalphitanus. pag.149. n.31.
D. Fabritius Campana Archiep. Campsanus. pag.131. n.75.
Iacobus Pignatellus. pag.236. n.109. & passim
D. Ioannes Baptista de Luca Santiss. D. Auditor. pag.238. n.118. & passim
Cardinalis Crescentius. pag.305. n.17.
Prosper Fagnanus iterum, atque iterum, pag. 321. n.71.

M

Monasteria, & Ecclesias quomodo visitet Episcopus. pag.237. n.113.
Manutentio datur Episcopis in iure visitandi Monasteria. pag.237. n.116.
Militum S. Ioannis Hierosolymitani Ecclesias quomodo visitet Episcopus. ibid. n.118.
Monasteria, in quibus Capita ordinum residunt, an & quomodo visitentur. pag.237. n.122. & quid si subsint illis, vide p.274. n.365.
Manutentio in iure visitandi Ecclesias sitas intra suam Diœcesim competit Episcopo. pag. 251. n.189.
Monasteria commendata si non vigeat in illis Regularis obseruantia poterit Episcopus visitare. pag.274. n.363.
Monasteria, & prioratus, qui à Concilio Tridentino excipiuntur à visitatione. pag.291. num.490.
Monialium Clausuram diligentèr custodire, & visitare Episcopo præcipitur. p.298. n.565. Quid visitãdo seruare debeat. p.300. n.570.
Malos mores tollere oportet Episcopum. p. 315. num.25.
Mulctas imponere, & pœnas pecuniarias possunt Episcopi. pag.320. n.61.
Sed non possunt ex his aliquid accipere Vicarij. pag.323. n.76.
Mulctas in vsus pios, in fabricam Ecclesiæ, & in pauperes, an & quomodo implicare debet Episcopus. ibid. à n.78.
Pro mulctis, & pœnis pecuniarijs est constituẽdus depositarius. pag.323. n.81. vbi epistola circularis SS.D. Inn.XI.
Menses inter Pontificem, & Ordinarium quomodo diuidatur, quoties accipitur alternatiua, & de eadem plura si Episcopus fuerit præsens in mensis initio. pag.329. à nu.40. & seq.

N

Necessitas vrgens quomodo excuset à Residentia, atque vrgens necessitas. p. 94. sect.2. cap. 3.
Nuntiaturæ, & Legationes Episcoporum respiciunt bonum Ecclesiæ vniuersalis. pag. 112. num.2.
Nomẽ Episcopi operis, & oneris est. p.125. n.8.

Digitized by Google

Quod & vestimenta eius indicant. ib. n. 10.
Necessaria est Ecclesia, non minus Euangelij predicatio, quàm lectio. pag. 148. n. 18.
Nominandi ius ex indultu Sedis Apostolicæ habent Rex Hyspaniarum, & Rex Galliarum Episcopos in quibusdam Ecclesijs. pag. 209. num. 120.
Nullius Diœcesis locus quomodo esse possit. pag. 277. n. 390. vide pag. 279. n. 398.
Non vsus Episcopi non sufficit ad præscribendum si non concurrat vsus volentis præscribere contradicendo. pag. 284. à n. 441.
Negligentes Episcopi esse non debent. pag. 311. sect. vltima.

O

ORdines Episcoporum, Presbiterorum, & Diaconorum semper in Ecclesia fuere. pag. 9. num. 17.
Horum ordinum institutio a Christo. ibid.
Ordinis Sacerdotalis, & Episcopalis cõnexitas. pag. 11. nu. 27. & seq. & distinctio par. 19. num. 34.
Ordines omnes referuntur ad Ecclesiæ Sacramentum, & in ordine ad Episcopatum. pag. 15. num. 3.
Ordinatio Episcopalis imprimit caratterem. pag. 17. n. 15.
Ordo Episcopatus secundum Canonistas est Sacramentum distinctum à Sacerdotio, & nouum caratterẽ imprimit. p. 20. n. 36. & seq.
Ordinis, comunis definitio. pag. 20. n. 41.
Ordo Episcopalis includit presbiteratum, sicut caracter ordinis includit caracterem baptismi. pag. 24. n. 57.
Non potest repeti. ibid. n. 59.
Ordines verè sunt septem. pag. 25. n. 61.
Obedientia excusat à Residentia. p. 105. sect. 3.
Officium in Curia an excusat à Residentia, & quale officium. pag. 105. n. 3. & seq.
Obseruantia erga Reges an excuset à Residentia. pag. 107. n. 11.
Officium prædicationis maximè à Concilijs, & Pontificibus inculcatum Episcopis. pag. 147. num. 15.
Onere ab hoc prædicandi, quĩ Episcopi excusentur. pag. 148. & seq. n. 24. & seq.
Opera potentiora quam verba. pag. 154. n. 14.
Oculus est Episcopus, corpus est populus. pag. 156. num. 36.
Oues anteire est exemplo vitæ oues ducere. pag. 158. num. 49.
Ornatus Episcopalis qualis? pag. 177. n. 168.
Ordinis, & confirmationis Sacramentorũ proprius, & necessarius Minister est Episcopus. pag. 200. n. 3. & pag. 205. n. 80. & seq. in quibus aduersus hæreticos disputatur.
Ordines conferre an ex Papæ dispensatione possit alius, quam Episcopus. pag. 210. num. 123.
Ordinatio Episcopi est committenda alteri Episcopo non simplici Sacerdoti. p. 211. n. 157.
Ordinarius proprius quibus modis, Episcopus fiat. pag. 212. n. 167.
Originarius quomodo quis dicatur. ibid. n. 168. nec sufficit materna origo. ibid.
Ordines primos, qui ab vno Episcopo suscepit, an possit sequentes ab alio Episcopo suscipere, si in diuersis Diœcesibus diuersas ob rationes quis eorum sortiatur. pag. 216. n. 210.
Ordines statutis temporibus sunt conferendi. pag. 217. n. 217. sed an diebus festiuis duplicibus vigore Breuis. ibid. n. 220. & non posse concluditur n. 225.
Sed quid dicendum de Regularibus, qui priuilegium se habere prætendunt. pag. 219. num. 228.
Oratoria priuata non præstant procurationem Episcopo visitanti. pag. 225. n. 43.
Obedientiam subditus non præscribit aduersus Superiorem. pag. 282. n. 418.

P

PEtrus Apostolus primus Euangelium prædicauit. pag. 3. n. 25. cap. 1.
A Christo primus Episcopus ordinatus. ibid. sect. 1. & n. 5. & seq.
Insimul cum Iacobo, & Ioanne Zebedei ordinauerunt Episcopum Iacobum Alphei. pag. 3. n. 1. cap. 1. sect. 1. & n. 8. & seq.
Ei primus Pontificatus datus est. ibidem n. 3. & pag. 13. n. 38. & seq.
Ei data non solum potestas pascendi spiritualiter, sed regendi, & gubernandi. pag. 14. n. 40. de eius potestate ordinis, & Episcopatus, & de eius Primatu, vide pag. 47. à num. 46.
Potestas iurisdictionis quando confertur Episcopo. pag. 21. n. 43. quo iure in eo sit. p. 40. sect. 3. quando eam decipit. pag. 41. n. 3.
Presbiteri ceperunt subesse Episcopis ab Apostolorum temporibus. pag. 33. n. 98.
Potestatem Episcopalem iurisdictionis, seu facultatem actiuam Episcopus recipere iure

Diui-

Digitized by Google

Diuino, quidam dicunt. pag.41. num.5.
Pontifex Summus potest restringere, & ampliare Episcopalem iurisdictionem. pag.43. n.15. sed tenetur Episcopos in partem sollicitudinis accipere. pag.44. n.29.
Potestas Episcopalis est participatio quędam Papalis potestatis. pag.44. in princ.
Quoad ordines à Deo immediatè, quoad iurisdictionem mediatè, & à Summo Pontifice pendet. pag.49. n.61.
Petri successor Summus Pontifex, in quo succedat. pag.48. n.58. vers. vndè.
Prouincia quando diuisa, & quomodo. pag.52. sect.4. non illicò facta diuisio post Ascensionem Domini. pag.53. n.4. Anacleto tributa. pag.55. n.17.
Præceptum Residentiæ an obliget semper, & ad semper. pag.87. n.98.
Quando cesset, potest à Summo Pontifice declarari. pag.92. n.20.
Pontifex Summus nequit in lege naturali, vel simili dispensare tollendo vinculum pag.91. n.6. sed benè potest declarare, & interpretari.
Potest super Residentia dispensare. ibidem num.8.
Pestis grassans excusat à Residentia, sed quomodo. pag.95. n.10.
Pestis tempore tenetur Episcopus residere, sed non per seipsum ministrare Sacramenta. pag.97. n.25.
Quæ Sacramenta administranda. ibidem num.26.
Persecutio extrinseca, & hostilitas quomodo, & quando excusat à Residentia. pag.98. à n.30. & seq.
Intrinseca à Clericis, & populo non excusat. pag.100. n.39. & seq.
Persecutionem plerique fugerunt in veteri, & nouo testamento. ibid. à n.34.
Persecutio distinguitur in personalem, & excitatam in odium fidei. Prima excusat, secunda non item. pag.101. n.43.
Peregrinatio ob votum an excusat à Residentia. vide pag.104. n.54.
Papa semper potest super vinculo Residentiæ exercere potestatem. pag.105. n.1.
Papæ seruientes excusantur à Residentia. pag. 106. num.5.
Papa cum vocat Episcopos Romæ, vt illis in ministeriis vtatur semper rectè facit, nec vltra est exquirendum. pag.107. n.8.
Principum iussu excusare à Residentia, pleriqueputant, & quibus mouentur. pag.108. num.11. & seq.
Papa si eodem tempore cum Principe seculari mandet cui obediendum. pag.108. n.17.
Princeps potest promouere Episcopos ad officia secularia. pag.109. n.19. Sed eius iussus nō excusat post determinationem Sacr. Conc. Trid. n.21.
At non potest quomodolibet interpretando ius Diuinum à præcepto Residentiæ Episcopos absoluere. pag.111. n.32.
Papa videns, & tacens an censeatur dispensasse? pag.121. n.22.
Pastor bonus quomodo sit Episcopus, & quomodo esse debeat. pag.136. n.37.
Quomodo à fure, & mercennario distinguetur. pag.139. n.69.
Pastores antiquos debent imitare, qui nunc sunt. pag.143. n.111.
Prædicatio munus Episcopi. pag.146. sect.2.
Pastor debet etiam esse Doctor. pag.146. nu.4. & seq.
Prædicare non est solum Sacerdotum Regularium. pag.150. n.40.
Parroco an licent prædicare Concionante Episcopo. vide pag.152. n.57.
Prædicare Episcopi etiā in Ecclesijs Regulariū exemptis possunt. pag.152. n.61. sed an semper, vide in num. seq.
Prædicationis Quadragesimalis stipendium Episcopus accipere non debet. pag.152. n.64.
Prædicare in aliena Diœcesi non possunt Episcopi sinè licentia. pag.153. n.65.
Pascere exemplo suo, Pastor debet. pag.183. num.1.
Perfectus vt sit Episcopus, oportet, & quid hoc sit. pag.375. n.23.
Prælatus trabem habens in oculis, festucam non ejcit ab oculis subditorum, sed eos pœna pecuniaria plectit. pag.152. n.45.
Prælatorum vitium in subditos transfunditur. pag.157. n.63.
Pastor oportet, vt non sit dissimilis ab ouibus. ibidem num.72.
Potestas data Episcopo est in ædificationem, non in destructionem. pag.861. n.93.
Præceptum eleemosina quando vrget sub mortali. pag.164. n.31.
Pauperes fraudantur portione sibi debita, cum illis non erogatur eleemosina. p.170. n.105.
Potentia diuitiarum, & paupertatis humilitas non constituit superiorem, vel inferiorem Episcopum. pag.177. n.171.

Digitized by Google

Principes Ecclesiastici vt sunt Episcopi non debent tueri propriam dignitatem ad instar Principum Laicorum. pag.183. n.236.

Pauperibus bona Ecclesiastica eroganda. pag. 190. n.318. & infra.

Pastorem bonum Episcopum quomodo se ostendat. pag.199. n.395.

Debet pascere gregis sui animam, & corpus. pag.199. n.395.

De Patrinis plura. p.204. à n.50. & seq.

Populi, aut cuiusuis alterius potestatis secularis consensus nequaquam est necessarius in collatione ordinum. pag.206. n.87.

Patrimonij existentis in Diœcesi pratextu, non potest quis quoad ordines sortiri forum. pag. 214. num.183.

Procurationes, & euectiones dandæ Episcopis visitationis tempore: prohibitum olim recipere in pecunia. pag.224. n.25. nunc autem alias permissum, vide in num. seq.

An exigere possit Episcopus à Cathedrali. pag.225. n.35.

Possessio, vel quasi si reperiatur in eo, qui allegat priuilegium, eum eximit à iurisdictione Episcopi. pag.255. n.212.

Præsumptio est pro Ordinario circa ius visitandi, quando locus est intra Diœcesim, at si extra, ei incumbit onus probandi. pag.257. num. 229.

Processus iudiciales facere non potest Episcopus cũ exemptus visitat. pag.271. n.344. & seq.

Protectio Regia immediata eximet hospitalia à visitatione Episcopi. pag.275. n.367. id ipsum dicendum de pijs locis similibus.

Sed qui si testator, qui instituit, prohibuit visitationem. vide n.369. ibidem.

Protectione sub Regia, qua loca dicuntur stare immediatè. pag.276. n.378.

Prælatorum species tres. vide pag.278. n.395.

Præscriptio an possit constituere locum nullius Diœcesis. pag.281. n.413.

Papa solus potest concedere territorium separatum, & iurisdictionem quasi Episcopalem. ibidem n.414.

Præscriptio cui ius resistit, oportet vt eum ea interueniat titulus. pag.283. n.425.

Immemorabilis an sufficiat, & an ad separationem territorij. pag. 287. n. 461. & seq. sed potius probat quam adquirat. pag. 289. n.478.

Prohibitio non adest in iure ne quis præscribat territorium. pag.288. n.473.

Priuilegium probat separationem territorij. pag.291. n.497.

Possessio quam habet inferior, Clericos coercendi, Synodum congregandi, Vicarios deputandi, beneficia capiendi, &c. arguit separationem territorij. pag.297. n.546.

Probationes, & testes pro parte Episcopi in cõcursu præferuntur, in materia exemptionis. pag.298. n.558.

Principes falluntur si credant augeri eorum Principatum ex depressione Ecclesiastica libertatis. pag.310. n.66.

Pecuniarias pœnas imponere possunt Episcopi. pag.320. n.61. sed an sibi appropriare n.66. vide n. 70. & quid si Episcopus indigeat num.74.

Pœnas pecuniarias Clericorum non residentiũ, & concubinariorum applicare debet Episcopus pijs locis. pag.322. n.73.

Pecuniariarũ pœnarum nil potest percipere Vicarius. pag.323. n.16.

Præmia, & pœna Episcoporum non residentium, & verè residentium. pag.326. cap. vlt.

Pœna non residentium an ipso iure infligatur non expectata declaratione. pag.326. à n.3.

Prouisionem beneficiorum alternatiuam concessere Summi Pontifices Episcopis residentibus. pag.327. n. 17.

R

Romana Ecclesia mater omnium Ecclesiarum. pag.7. n.13.

Residentia origo. pag.55. cap. 1. sect. 5. ab ipsis Apostolis introduci cepta. ibid. n. 2. deindè iussa à Sacris Concilijs. ibid.

Quid circa Residentiam statuium in Concilio Trid. pag.57. n.18. quid sequentes Pontifices ibidem: quid Pius in Constitutione sua. pag.60. quid in alia Constitutione. pag.63. quid Vrbanus VIII. pag.66.

Residentia munus explet Episcopus residendo in Diœcesi. pag.59. vers. interim.

Residentia quo iure iubeatur. pag.71. cap.2. in quo refertur quid fuerit circa hanc rem in Cont. Trid. discussum. Item quid secunda vice de hac re. pag.73. n.11.

Residentiam qui negant esse de iure Diuino. pag.81. n.73. vsque ad 78. qui affirmant. p.82. n.79. quid visum sit Authori à n.80.

Residentia quomodo de iure Diuino. p.85. n.93. Eius præceptum an obliget semper, & ad semper. pag.87. n.97.

Residentia enixè præcepta iure Ecclesiastico. pag.88. nu. 103. sed quæ causæ ab ea excusent.

Digitized by Google

ſent. pag. 91. cap. 3. poteſt Papa diſpenſare. ibid. n. 8. & n. 20. & à primordijs Eccleſiæ adfuerunt cauſæ, quæ à reſidentia excuſarent. pag. 92. n. 29.

Religionis ingrediendæ votum factum ab Epiſcopo non excuſat à Reſidentia abſque Sedis Apoſtolicæ beneplacito. pag. 104. n. 55.

Regale ſeruitium an excuſet à Reſidentia. pag. 107. num. 11.

Reipublicæ vtilitas, an excuſet à Reſidentia, & quæ? pag. 112. ſect. 4. & n. 4.

Reſidentiæ nomine quid intelligatur. pag. 124. cap. 4.

Importat non ſolam præſentiam corporalem. ibidem num. 1.

Eius definitio, & in quo conſiſtat. ib. n. 9.

Rex propter Populum non è contra conſtituitur. pag. 140. n. 76.

Regulares Epiſcopo prædicante non poſſunt, & ipſi prædicare. pag. 152. n. 60. etiam in Oratorijs ſæcularibus.

Regularium in Eccleſijs, quæ poſſit facere Epiſcopus. pag. 152. n. 63.

Reges, Principesque, ſicut & Epiſcopos perfectos eſſe decet, nam eorum exemplo viuitur. pag. 155. n. 28.

Regulares prohibentur ſuſcipere confirmandos, ſed an pater. vide pag. 204. n. 55.

Regulares quando exempti, item & Monaci à iuriſdictione Epiſcoporum. pag. 234. n. 96.

Regulares ſi inſeruiunt Cathedrali ſubijciuntur Epiſcopo, qui ſtat etiam loco Abbatis, ſeu Superioris. pag. 235. n. 101.

Regularium, & exemptorum Eccleſias viſitant Epiſcopi. in his dumtaxat, quæ concernunt curam animarum. pag. 238. n. 225.

Itemque ſacra ſuppellectilia Calices, &c. ibidem num. 127.

Perſonas etiã exercentes curam viſitant. pag. 239. num. 134.

Regulares in percipiendis emolumentis ſubſunt ordinario, & tenentur ſeruare taxam. pag. 239. num. 131.

Regularium Grangiarum duo genera, & eorum explicatio. pag. 249. n. 173.

Reſiſtentes Epiſcopo viſitanti poſſunt ſtatim excommunicari, quod latè declaratur. pag. 272. à n. 345. & ſeq.

Regularium in Eccleſijs conſtructa Laicorum Confraternitates viſitare poteſt Epiſcopus. pag. 277. num. 383.

Regularium Monaſteria, & prioratus, quæ excipiuntur à diſpoſitione Concilij Tridentini. pag. 291. num. 490.

Regularium Monialium exemptorum clauſuram cuſtodire, & viſitare cui ſpectet, vide pag. 299. n. 560. & ſeq.

S

Sacramenta, & quæ illis neceſſaria ſunt Chriſtus inſtituit. p. 9. n. 16. cap. 1. ſect. 1.

Per ſeipſum miniſtrare non tenetur Epiſcopus tempore peſtis. pag. 97. n. 25.

Sententia D. Hieronymi circa Ordinis Epiſcopalis, & poteſtatis declarationem à Baronio explicata. pag. 31. n. 90.

Sacramenta, quæ ſint tempore peſtis adminiſtranda? vide pag. 97. n. 26.

Scientia, & tolerantia Summi Pontificis non excuſat à reſidentia. pag. 121. n. 23.

Salutem animarum, & Dei gloriam debent quærere Epiſcopi. pag 131. ſect. 1. & n. 25.

Simpliciter prædicare Euangelium debet Epiſcopus. pag. 150. n. 35.

Sacerdotum Regularium non ſolùm, eſt munus prædicandi. pag. 150. n. 40.

Suppellectilem temperatam habebit Epiſcopus. pag. 180. n. 213.

Sacramentorum adminiſtratio præcepta Epiſcopis à S. Conc. Trid. pag. 200. ſect. 5.

Sacerdos quilibet non poteſt confirmare. pag. 201. n. 5. ſed an ex delegatione Sum. Pont. ibidem num. 7.

Statuta tempora ſunt ſeruanda in conferendis ordinibus. pag. 217. n. 217.

Sacramentorum cæterorum vltra ordines, & confirmationes Miniſter voluntarius eſt Epiſcopus. pag. 221. n. 245. & ſeq.

Subditos viſitare conſueuere Principes omnes. pag. 22. num. 6.

Subcollectores R. C. non poſſunt viſitari ab Epiſcopo, niſi priuati fuiſſent. p. 235. n. 103

Spatium triginta annorum quidam exigunt aduerſus Ordinarium in materia viſitationis. pag. 257. n. 223.

Subditi teſtes an admittendi in probandis cõfinibus Diœceſis. pag. 263. n. 272.

Scientia, & patientia opus eſt ad adquirendum ius viſitandi, vel exemptionem. vide p. 263. à n. 306. & ſeq. & quid in poſſeſſorio ſummariſſimo. pag. 270. n. 330.

Scientia hæc an præſumatur ex actuum multiplicitate, & diuturnitate. ibid. n. 332.

Subditus non poteſt præſcribere obedientiam aduerſus Superiorem. pag. 282. n. 418.

Scientia è connniuentia Epiſcopi ſufficit pro titulo

tulo putatiuo ad præscribendam exemptionem. pag.284. n.433.
Separationem Territorij sufficit immemorabilis ad præscribendum. pag.287. n.462.
Separatio quomodo probetur. pag.291. n.495.
Arguitur à possessione Clericus coercendi, Synodus congregandi, & similia. pag. 297. n.546. sed excluditur de pluribus n.550.
Suspectus in actu visitationis non potest Episcopus allegari. pag.301. n.584.

T

Tyrannica persecutio excusat à Residentia. pag.98. n.29. si tamen sit tuta fides Ecclesiæ. ibid. n.30.
Testamentum vtrumque scire debet Episcopus, ideoque Mitram portat. pag.150. n.36.
Testimonium habere bonum quomodo dicatur Episcopus. pag.161. n.89.
Temperantiam non solum in cibo, sed etiam in supellectile adhibere debet Episcopus. pag. 180. num.213.
Thesauros, & opes expendendas ab Episcopis. pag.187. n. 272.
Tiberij Cæsaris erga pauperes liberalitas, & illius optimè dictum. pag.192. n. 350. itemque euentus. ibidem.
Territorium Episcopi soluitur per exemptionẽ plenam? pag.243. n.152.
Testis in materia exemptionis à visitatione debet deponere de prohibitione inferioris, & acquiescentia Ordinarij. pag.257. n.225.
Debet reddere rationem per actum corporis. ibid. n.226. & vnicus actus non sufficit. ibid. hac ipsum in materia confinium Diœcesis. pag.262. n. 267. de auditu probat si dixerit, à quo. ibid. n. 270. sed an subditi testes admittantur. pag.263. n.272.
Testes Monachi an idonei pro suo Monasterio. pag.263. n.276.
Testator instituens hospitale, vel aliud locum pium an possit prohibere, ne ab Episcopo visitetur. pag.275. n.369.
Territorium exemptum per priuilegium, quomodo constituitur. pag.280. n. 404.
Territorium separatum cum iurisdictione, quasi Episcopali, solùm à Papa potest concedi, pag.281. n.414.
Titulus cum præscriptione oportet, vt concurrat. pag.282. n.420. quid in putatiuo. pag. 285. num.449.
Tempus quadragenarium debet currere ad præscribendum. pag.285. n.446.
Territorium separatum ad præscribendum an sufficiat immemorabilis. pag.287. n.462.
Territorij distinctio, & separatio quomodo probatur. pag.291. n.495.
Testes deponentes super immemorabili debent esse optimæ opinionis. pag.294. n. 518. sed cuius ætatis? vide n. 527. præferuntur qui deponunt pro Episcopo in materia exemptionis. pag.298. n.558.

V

Visio cuiusdam Serui Dei. pag.145. n.128. & seq.
Vitium Prælati in subditos transfertur, vt est Principum vitia. pag.156. à n.63. & infra.
Vestes splendidas prohibitas à Sacris Canonibus Episcopis. pag.178. n.178. & seq. non tamen dum sacra peragit. pag.179. n.200.
Vestibus breuioribus vti Episcopi in magnis Ciuitatibus non debent. pag.178. n.182.
Vestis longa, & taloris honorabilior. pag. 179. à num.193.
Victu etiam frugali modestiam Episcopus seruabit. pag.179. n.202.
Vnctio digito in fronte facienda est in Sacramento Confirmationis. pag.205. n.75.
Variatio in ordinibus suscipiendis præsumitur, vt plurimum facta in fraudem. pag. 217. num. 214.
Vicarius Capitularis, quibus possit ad ordines suscipiendos literas dare dimissoriales. pag. 220. num.238.
Visitatio Diœcesis ab Episcopo facienda. p.222. sect.6. num.1.
Eius scopus solus animarum. p.223. n.21. & ideo non sui, sed visitatorum gratia. pag. 129. num.74.
Visitando exigit Episcopus procurationem, seù euectionem. pag. 225. n. 4. si tamen personaliter visitant. pag. 228. n. 68. sed an à Cathedrali. n. 35. an ab Oratorijs priuatis, & Ecclesijs exemptis. n. 43. an à Monasterijs suppressis, & postea restitutis. n. 45. & pag.234. n.100. & an ab Hospitalibus. n.47.
Visitatores, & Episcopi si aliquid aliud quam permissum exigant, tenentur ad duplum, & alias pœnas. pag.227. n.61. sed quid de munusculis commestibilibus. n.63. quid de his, quæ remanent. n.64. quid de muneribus, quę dantur in discessu. n.66.
Visitationem per Vicarium explens Episcopus, quę-

Digitized by Google

quomodo, & an procuratio præstanda. pag. 229. n.71. & n.75.
Visitationē circa loca exempta quomodo exerceatur ab Episcopo. pag.232. à n.81.
Visitando Episcopus Ecclesias exemptorum circa curam animarum, potest etiam visitare personas exercentes dictam curam. pag. 239. n.136. quod intellige si Sacramenta sæcularibus administratur. pag.141. n.142.
Visitandi ius exemptos solus Episcopus vigore delegationis non etiam inferioribus Prælatis competit. pag.241. n.145.
Circa visitationem Conuentuum decretum, & declarationes sunt. pag.245. & seq.
Item circa procurationem à paruis Conuentis exigendam. pag.248.
Visitatio Grangiarum, & quarum fieri possit. pag.249. n. 174.
Visitandi Ecclesias quascumque intra limites suæ Diœcesis habet Episcopus iurisdictionem fundatam. pag.251. n.187.
Vnicus actus non sufficit ad acquirendam exēptionem. pag.257. n.223.
Visitandi ius cum locus est intra Diœcesim, habet Episcopus cum iuris præsumptione, at si locus sit extra, ei incumbit probandi onus. pag.257. num. 229.
An ad adquirendum requiratur scientia, & patientia. pag.267. n.306.
Visitanti Episcopo si resistatur potest statim excommunicare. pag.272. n.345. quod in seq. num. declaratur.
Visitatio facta intra confines Diœcesis, censetur facta iure ordinario. pag.374. & an probent situationem, & confinia. vide num. seq.375.
Visitare Episcopus an possit locum pium, cui in fundatione concessa est prærogatiua exemptionis à visitatione. pag.276. n.375.
Vsus volentis præscribere interuenire debet. pag.284. n.441. & debet esse cum contradictione. ibid. n.443.
An viciniorem spectat visitatio loci siti in nullius Diœcesi. pag.289. n. 483. vide etiam num. seq.
Visitando Monialium Monasteria quid seruare Episcopus debeat. pag.300. n.570.
Visitationis in principio per edictum quid possit Episcopus iubere. pag.300. n.577.
Vigilantia Pastorum quam grata Deo. pag.313. num.14.
Vindicta ad correctionem non prohibetur. pag. 318. num.47.

LAVS DEO.

Digitized by Google

Lector grande quis est qui ignoret Typographorum in libris imprimendis errores? Quis de his Authorum querimonias? Ego primum scitum in te suppono, secundum inutile existimo, & dum fateor in hoc Libro plura fuisse admissa præcor, vt cęteris condonatis, saltem insigniora.

		Errata	*Corrigas*
Pag.	1. N. 7.	Fragotius	Fragosius
	3. 1.	solus apparet relictus Episcopus à Deo	solus Petrus apparet institutus Episcopus à Domino.
	15. 4.	saltnm	saltum
	22. 47.	valde	valide
	23. 54.	hanc tamen rationem	hanc tamen argumentationem
	27. 74.	verum ordinem	verus ordo
	35. 78.	præsateris	presbiteris
ibid.		obedianta, dmonet	obediant admonet
ibid.		at his, qui satis perspicue dici potest	& ex his, quæ satis perspicue sunt dicta
	36. 99.	nonnulli	nonnullos
ibid.	100.	Theoloni eximij	Theologo eximios
ibid.		non completur	non comprehenderetur
	38. 111.	dico secundo aliam	dico secundo quod aliam
	40. 1.	à nostris Doctoribus agitatur	à nostris Doctoribus, sed à Theologis
	41. 3.	vocant	*dele* vocant
ibid.		quæ etiam	quam etiam
ibid.	5.	Episcopis	Episcopos
ibid.		à Christo Domino	*dele quia bis repetitum*
ibid.	6.	Christi Domino	per Christum Dominum
	43. 91.		*dele* n. 91.
	48. 58.		
versum quia.		successores	successorum
ib. paulò inf.		hæreditas	hæreditat
	52. 85.	cum nostrum non sit hoc	cum nostrum non sit hoc munus
ibid.	87.	coactiuam in foro exteriori infideles	coactiuam in Foro exteriori in Fideles
ibid. sect.	1.	eorum Capiti	eorum Caput
	73. 13.	animus Patrum cernit commotus	animos Patrum cernit commotos
	85. 91.	hæc Caietanum	hæc Caietanus, eum
	97. 27.	euincti	euinci
	108. 17.	acceptandum	acceptandam
	109. 18.	Palindia	Palinodiam
ibid.	20.	de Patis interpositione	de Pretis de interpetr.
	110. 26.	craciliaris disputatio	conciliaris dispositio
	111. 31.	quæ	quæ erant
	116. 6.	senserit	sanxerit
ibid.		ad hoc	ex hoc
		ordines	& se scirent ordinis
		Religione	Religionis
		lucernam	lacernam
		hoc enim cum rubenti putato	atque hanc rubente cum Galero voluit vt
		quæ	vnde eadem
		vitiatorum	initiatorum
	146. 131.	naturales partes	naturales Patres
	152. 60.	dubitatur	*dele*
	158. 60.	pelusitæ	pelusiotæ
	204. 47.	se comisset	commiscet
	214. 181.	sententiæ	sensijt
	217. 217.	Canibus	Constitutionibus
	219. 226.	voluentatem	voluntatem
ibid.		obsolutio	absolutio
	276. 371.	expleditur	exploditur
	283. 433.	conuenienria	conniuentia
	299.	conseruari	conseruari curet
	329. 41.	pereundam	seruandam.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google